Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

HERODOTI MUSÆ,

SIVE

HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM DENUO RECENSUIT,

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA,

ADNOTATIONIBUS WESSELINGII ET VALCKENARII

ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER,

IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRÆC. PROF. ACADEMIÆ REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

ACCEDUNT

GEOGRAPHIÆ ET URANOLOGIÆ HERODOTEÆ SPECIMINA A G. G. BREDOW; —T. C. BREIGER COMMENTATIO DE DIFFICILIORIBUS QUIBUSDAM ASIÆ HERODOTEÆ;—ASIÆ HERODOTEÆ DIFFICILIORA, AUCTORE C. G. H. FRÖMMICHEN;—J. F. HENNICKE COMMENTATIO DE GEOGRAPHIA AFRICÆ HERODOTEA:

ITEMQUE

SUMMARIA, SCHOLIA, VARIÆQUE LECTIONES E CODICE PALATINO;—CANON CHRONOLOGICUS LARCHERIANUS, AUCTUS ET EMENDATUS;—COLLATIO EDITIONUM SCHWEIGHÆUSERI, REIZII ET SCHÆFERI, AC WESSELINGII:

NEC NON

M. ÆMILII PORTI

DICTIONARIUM IONICUM GRÆCO-LATINUM,

CUM APPENDICE

TRACTATUS QUOSDAM COMPLECTENTE DE DIALECTO IONICA,

NEMPE

MICHAELIS MAITTAIRE, GREGORII CORINTHII, GRAMMATICI LEIDENSIS, GRAMMATICI MEERMANNIANI, GRAMMATICI AUGUSTANI.

TOMUS SEXTUS.

LONDINI

EXCUDIT T. DAVISON;

VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY.

1824.

ΛΕΞΙΚΟΝ ΙΩΝΙΚΟΝ

ΈΛΛΗΝΟΡΡΩΜΑΙΚΟΝ:

HOC EST

DICTIONARIUM IONICUM

GRÆCO-LATINUM,

QUOD

INDICEM IN OMNES HERODOTI LIBROS

CONTINET,

CUM

VERBORUM ET LOCUTIONUM

IN HIS OBSERVATU DIGNARUM ACCURATA DESCRIPTIONE, QUÆ VARIAS IONICÆ LINGUÆ PROPRIETATES, REGULASQUE DILIGENTISSIME NOTATAS, ET HERODOTEIS EXEMPLIS ILLUSTRATAS, DEMONSTRAT,

OPUS ET JUCUNDUM, ET MAXIME NECESSARIUM ILLIS,

QUI VERAM GRÆCARUM LITERARUM NOTITIAM ADIPISCI MAGNA CUM LAUDE CUPIUNT:

A M. ÆMILIO PORTO,

Francisci Porti Cretensis F. in antiquiss. et celeberr. Heidelberg. Acad. Ordin. Linguæ Græcæ Professore, olim in lucem emissum.

EDITIO NOVA;

CUI SUBJICITUR

APPENDIX

TRACTATUS QUOSDAM COMPLECTENS DE DIALECTO IONICA:

NEMPE

I. MICHAELIS MAITTAIRE, EX RECENSIONE, ET CUM ADDITAMENTIS FRID. GUIL. STURZII;
II. GREGORII CORINTHII;
III. GRAMMATICI LEIDENSIS;
IV. GRAMMATICI MEERMANNIANI;
V. GRAMMATICI AUGUSTANI.

LONDINI,

EXCUDIT THOMAS DAVISON:

VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY.

1823.

EDITOR APPENDICIS LECTORI.

" Sequor autem Henrici Stephani codicem, et editionem in fol. anni 1570. quod omnium, quæ ad hunc usque diem in lucem prodierunt, sit emendatissima. Prior numerus *paginam*, posterior *lineam* significat. Librorum nomen, et numerum, brevitatis causa consulto non adscripsi."

Hæc Portus in præfatione. Nos vero, abjectis prorsus paginas lineasque editionis H. Stephani indicantibus numeris, hanc novam Dictionarii Ionici Græco-Latini editionem editioni Herodoti Schweighaeuserianæ potius accommodandam curavimus; ubi, quo more nunc fit, in capita passim libri dispertiuntur. Prior igitur numerus hic, Lector, *librum* (cujus neglectum nomen consulto), posterior *caput* significat.

Hunc laborem, nec levissimum, in se suscepit Franciscus Reveley, A. B. e Coll. SS. et Individ. Trin. Cant. qui et schedas Dictionarii omnes, a prelo typographico madentes, unus solus inspexit.

Franco-Gallicarum locutionum huc atque illuc sparsarum rationem orthographicam, quod vetuscula videbatur esse, rogatu resarsit bibliopolæ Franco-Gallus quidam.

Londini: prid. id. Oct. MDCCCXXIII.

NOBILISSIMO,

CLARISSIMO, AMPLISSIMOQUE VIRO, DOMINO

JOHANNI PACATIO,

DOMINO DE VILLARS,

SAPIENTISSIMO INCLYTÆ RUPELLANEÆ CIVITATIS, ET DIŒCESEOS PRÆTORI,

DOMINO, ET AMICO PLURIMUM OBSERVANDO,

M. ÆMILIUS PORTUS, FRANCISCI PORTI CRETENSIS F. IN ANTIQUISSIMA, ET CELEBERRIMA HEIDELBERGENSI ACADEMIA

ORDINARIUS LINGUÆ GRÆCÆ PROFESSOR,

FORTISSIMO PIETATIS, ET ORTHODOXÆ RELIGIONIS PROPUGNATORI,

BONARUM LITERARUM, ET LITERATORUM OFFICIOSISSIMO PROMOTORI,

VIGILANTISSIMO, FIDELISSIMO, PERITISSIMOQUE VENERANDÆ JUSTITIÆ MINISTRO,

IONICI GRÆCO-LATINI LEXICI NOVUM HOC OPUS,

HONORIS, AC AMORIS, JUCUNDUM AC PERPETUUM

MONUMENTUM,

EXIMIIS SUMMORUM VIRORUM VIRTUTIBUS, LAUDIQUE JURE DEBITUM,

AMICUS AMICO

OMNE FELICITATIS HUMANÆ GENUS AB ÆTERNO BONORUM AUCTORE SUPPLICITER PETENS, AC OPTANS,

ANIMO SINCERO

VOVET, DICAT, OFFERT,

MONENS, UT RECORDETUR

Αἰὲν ἀριζεύειν ἠδ' ἔμμεν' ὑπέρϊερος ἄλλων
Ἀλκὶ δαημοσύνης, κύδεϊ δ' εὐσεβίης.

Scriptum Heidelbergæ Cal. Sept. anno 1602.

ÆMILIUS PORTUS,

FRANCISCI PORTI CRETENSIS F.

LECTORIBUS GRÆCÆ LINGUÆ STUDIOSIS

S. P. D.

INTER ceteras Dialectos (Græcæ Linguæ studiosi Lectores) quæ plerosque propter multiplicem obscuritatis difficultatem a Græcarum literarum studiis deterrent, omnes, qui Græcos auctores volutant, Ionicam et Doricam sine controversia principem locum tenere confitentur. Quamvis autem ante nos et alii nominis non ignoti, nec vulgaris doctrinæ viri, satis prolixe scriptis eadem sint persecuti, nullus tamen eorum hæc adhuc ita tractavit, ut cunctas Ionismorum et Dorismorum partes certis præceptionibus comprehensas, et in perspicuum ordinem redactas, nobis reliquerit, ad quarum normam omnia facile dirigantur, quæ vel Ionice vel Dorice leguntur, aut quæ nos ipsi scribere cupimus. Quinetiam scriptores isti plurima silentio præterierunt, quorum cognitio non solum iis, qui liberalibus rerum humanarum disciplinis, et ingenuis artibus operam navant, est maxime necessaria: sed illis etiam, qui S. S. Theologiæ seriis meditationibus, et assiduis exercitationibus, animum addicunt. Quantum enim detrimentum hæc Literarum Græcarum ignoratio miseris superiorum ætatum mortalibus attulerit, quantum nunc etiam sexcentis terrarum populis, et nationibus afferat, quæ nominis Christiani professione gloriantur, quid opus est narrare? Videamus, et attente perpendamus ea, quæ fidelissimis historiæ monumentis produntur. Videamus quid usus ipse, virtutis vitæque præstantissimus Magister, quotidie nobis clarissima voce dictet, ac imperet. Hoc usi Præceptore, si recte monenti morem geramus, commodis honorique nostro melius consulemus. Ut igitur ego, pro mearum virium tenuitate, Lectores discendi cupidos et Linguæ Græcæ studiosos juvarem, et difficultatibus liberarem, quæ Juniores potissimum ob celeres animorum motus, et quendam ætatis mentisque fervorem, a Græcis Musis avertebant, aut ad majora properantes retardabant, hoc IONICUM GRÆCO-LATINUM DICTIONARIUM, quod accuratissime conscripsi,

nunc primum typis curavi mandandum. Verum ut omnes intelligant, qua fide, qua diligentia, quo studio, laboriosum ac molestum opus, divina gratia fretus, confecerim, quid in eo præstiterim, dicere non gravabor.

Hoc opus perpetuam Herodoteæ Latinæ versionis, Græci textus multis in locis, emendationem, Ionicæ Linguæ proprietates et formationes ad minime dubia præcepta summatim revocatas, utque facilius a quovis inveniantur, elementorum ordine descriptas, simplicium, et compositorum vocabulorum fidelem interpretationem, atque dilucidam integrarum φράσεων explicationem, τοῖς φιλέλλησι, καὶ φιλομούσοις, abunde suppeditat. Idem etiam plurimas voces Græcas, tam simplices quam compositas continet, ac probabiliter explanat, quas in aliis Lexicis, et Thesauris, vel omnino prætermissas, vel perperam explicatas, fuisse constat. Quoniam autem Suidas, Jul. Pollux, et alii, qui vel Græca tantum, vel etiam Græco-latina, Lexica jampridem composuerunt, Herodoteis exemplis suas interpretationes passim confirmant; sed vel in ipso librorum nomine numeroque per imprudentiam sæpissime labuntur, vel in allatorum locorum verbis gravissime peccant, ideo paginas et paginarum lineas in hoc meo Dictionario notavi, ut veram horum lectionem et correctionem ex ipsius Herodoti fontibus confestim hauriamus. Sequor autem Henrici Stephani codicem, et editionem in fol. anni 1570. quod omnium, quæ ad hunc usque diem in lucem prodierunt, sit emendatissima. Prior numerus paginam, posterior lineam significat. Librorum nomen, et numerum, brevitatis causa consulto non adscripsi. Lectores tamen illud scire volo (quod etiam suo loco diligenter a me notatur) Herodotum non semper, nec in omnibus, ac iisdem nominibus, verbis, aut locutionibus, eodem ἰωνισμῷ constanter uti: sed modo Ionicam, eamque variatam, modo Atticam, modo communem, Doricam etiam Linguam liberius usurpare; ita tamen, ut in ejus scriptis Ionica inter alias Dialectos palam emineat, atque dominetur. Unde factum, ut Ionice locutus censeatur. Sic etiam Pindarus, sic et Theocritus, carmen Doricum scripsisse dicitur, quod in utriusque carmine Dorismus præcipue dominetur. Idem est de multorum aliorum scriptis sentiendum. At Homerus omnes Dialectos per suum poëma dispersas, mixtumque dicendi genus habet;

quod carmen ejus reddit magnificentius, et admirabilius, et insignem Poetæ doctrinam, et poeticæ venæ felicitatem, commendat. Herodotus vero τῶν ἰωνισμῶν mira varietate, frequentia, suavitate, καὶ τῇ τῶν λέξεων καὶ φράσεων ποιητικωτέρων καινοπρεπείᾳ, vel ipsum Hippocratem longe superavit, cujus Œconomiam typis Wechellianis nuper excusam habemus, ubi quicquid in Hippocratis operibus observatu dignum videtur, fuse declaratur, ut actum agere non sit opus. Illic tamen ipsæ τοῦ ἰωνισμοῦ proprietates, et præcepta, non exponuntur, verba nec Herodotea nec phrases explicantur, ut in nostro Lexico Lector manifeste factum videbit, et sine magno labore, magno tamen cum fructu, cognoscet. Quamobrem etiam in Ionicæ Dialecti proprietatibus describendis, auctoritatem Herodoti ceteris anteposui. Quam autem feliciter in his præstandis sim versatus, ipse non dicam, ne proprias merces importune laudibus efferre videar, quasi (quod non pauci malæ fidei mercatores apud imperitos facere consueverunt) earum extrudendarum desiderio flagrem. Liberum judicium cuilibet relinquam: peritis tamen et æquis alienorum laborum æstimatoribus hoc nostrum opus haud ingratum fore confido. Doricum etiam Lexicum a me pari diligentia, cura, studioque conscriptum, Linguæ Græcæ studiosis jam exhibeo fruendum. Valete, vestrorumque commodorum fautoribus favete. Datum Heidelbergæ, Cal. Sept. 1602.

ÆMILIUS PORTUS.

DEBENT Φιλέλληνες et Φιλόμουσοι Æmilio, qui Græcæ Linguæ Thesauros nobilissime locupletavit. Quæ narro? Græcorum Dialectis, quæ multiplici obscuritate a Græcorum lectione studiosos deterrebant, tantum lucis attulit, ut Græcos volutare auctores quisque cupiat, et neminem jam tædeat cum iis immorari. Videbantur IONISMI, atque Dorismi scopulorum immanitates, quibus, cum vix lembo littus legere juvenes cœperint, allidere non dubitarent. IONICA DIALECTUS occurrebat, *Heu! fuge crudeles terras.* Objiciebat sese Dorica; veluti *Dorica castra* timorem incutiebat. Sic deserere Græcarum litterarum studia, veluti in horribili deserto destituti, earum amatores cogebantur. Et quid cogebantur deserere? omnium studiorum vitam, et spiritum. Intermortuæ siquidem litteræ sunt, absque Græcarum litterarum cognitione. Nervos scientiæ habere poterunt; sanguine tamen carebunt, si iis litteris caruerint. HERODOTUM illustravit, eaque occasione mendis purgavit, facilemque reddidit. Theocrito, Bioni, Moscho, Doricisque omnibus quantum luminis attulit? Vivuntque hujusmodi hujus viri Lexicis (ne alia commemorem, cum omnis litteraturæ divitias in hisce protulerit), ut ad hominum manus facillime perductos, nullo unquam tempore perituros poterimus existimare. Utilia qui hæc promptuaria publico commodo congerunt, magni hercules sunt faciendi.

Caroli Pinti.

Colligas Clio (maris inter æstus
Hactenus pinus animo manuque
Carminum rexti,) bene plena faustis
Carbasa ventis.
Ecce! nos, portus penes, explicemus,
Præpetes tanquam, volucresque pennas
Nisibus magnis, hilaresque dura ex
Arbore remos.
Hic vir est ille ÆMILIUS Latina, et
Graia gaza satis auctus: ille
Vatibus Græcis meliora fecit
Lumina linguæ.

Illustr. Mulier. et Illustr. litter. Viror. Elogia, a JULIO CÆSARE CAPACIO, p. 383.

LEXICON IONICUM.

A Ion. pro ε comm. ἐπιτραφθέντες, pro ἐπιτρεφθέντες, educati, i. 7. αἲ, pro εἴθε, utinam, i. 27. μέγαθος, pro μέγεθος, magnitudo, i. 51, 70, 178. ἐπιτάμνειν, pro ἐπιτέμνειν, incidere, i. 74. ἐτάμνετο, pro ἐτέμνετο. i. 186. ἐπιτράπειν, pro ἐπιτρέπειν. iii. 81. ἐκτράπομαι, pro ἐκτρέπομαι. ii. 80. τράπουσι, pro τρέπουσι. ii. 92. ἐπιτράψονται, pro ἐπιτρέψονται. iii. 155. ἄτερος, pro ἕτερος, alter. iv. 11. τραφθέντες, conversi. iv. 12. [Idem fit Dorice, ut αἶκα, πόκα, ὄκα. pro εἶκε, ποτὲ, ὅτε. Theocritus Idyllio i. sæpius, et alibi passim.]

α in ε Ionice in multis conversum. κρέεσσι, pro κρέασσι. i. 47. ἔξσην, pro ἄρσην. i. 109, 192. ii. 35. καταρέονται. pro καταράονται. ii. 39. πλανέονται, pro πλανάονται. ii. 41. vide κέρεα. vide φοιτέω. ἐπεσεώς, pro ἐπεσαώς, ἐφεσακώς. vii. 117. ὀπέων, pro ὀπάων. ix. 50, 51. Vide ἐω pro ἀω.

α pro communi η ab Ionibus sæpe usurpari. μεσαμβρίη, pro μεσημβρία. i. 6, 142. ii. 8, 99. iv. 33. λάμψεαι, pro λήψῃ. i. 199. ματρὶ, pro μητρί. ii. 64. ματρὸς, pro μητρός. ib. λαμφθῆναι, pro ληφθῆναι. ii. 89. ἀπολαμφθέντες, pro ἀπολῃφθέντες, ii. 115, 120. μεσαμβρίην. ii. 158. διαλελαμμένος, pro διαλελημμένος. iii. 117. iv. 68. vide λάμψομαι. ϖακτοῦν, pro ϖηκτοῦν, et καταπακτὸς, pro καταπηκτός. vide suo loco.

α pro η Ion. in verborum temporalibus augmentis, quod fortasse fit, quod Iones hæc augmenta non raro negligant, vel quod α sonantius, quam η. ἄφῑη, pro ἤφθη, accensum est. i. 19. ἄψατο τοῦ νηοῦ, templum incendit. ib. ἀμείβετο, pro ἠμείβετο. i. 35. ἀμείψατο. i. 37. vide αὐξήσεις χρονικαί.

α pro ο ab Ionibus interdum usurpari. ἀῤῥωδεῖν, pro ὀῤῥωδεῖν. i. 9, 80, 111. vide suo loco.

ἀβουλίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἀβουλία. Temeritas, inopia consilii. vii. 210. ἀπολέεται ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι. viii. 57. Græcia propter [suam] temeritatem peribit. Vel, ob inopiam consilii, ut et viii. 74.

ἀβουλότατα. Adverbium Herodoteum. Inconsultissime, inconsideratissime. vii. 9.

ἀβέλως. com. Inconsiderate, temere. iii. 71.

ἁβρὸς. com. Delicatus, mollis, lautus. i. 71. ἁβρότατοι. iv. 104.

ἄβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ. Non voratus. νεκρὸς ἄβρωτος. Ctesias Pers. 5. cadaver non voratum.

ἄβυσσος. com. ὁ πολύβυσσος. Immensæ profunditatis. Νείλου ϖηγὰς ἀβύσσους. Nili fontes immensæ profunditatis. ii. 28.

ἀγαγεῖν τὴν μελέτην εἰς πρᾶξιν. Ctesias Pers. 10. Cogitationem, vel consilium aliquod in actum perducere. Vel, Quod cogitavimus, ad exitum, vel ad finem perducere. Gallice *Mener à quelque fin ce que nous avons prémédité ou pensé. Effectuer, mettre en effet quelque conseil, ou délibération.*

ἀγαθοεργίη, ης, ἡ. Herodot. ac poet. vocab. Beneficentia, beneficium. iii. 160.

ἀγαθοεργοί. Ion. et poet. Benefici, benemeriti de aliquibus. Quinam apud Spartanos sic appellarentur, et quot essent numero. i. 67. et deinceps.

ἀγαθουργίη, ης, ἡ. Ion. pro com. εὐεργεσία. Beneficium. Vel, forte facinus. αἱ ἀγαθουργίαι ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος κάρτα τιμῶνται ἐν τοῖσι Πέρσῃσι. Beneficia, vel fortia facinora, ad honorum incrementa acquirenda multum valent. iii. 154.

ἀγαίεσθαι. Ion. et poet. ἀγαίω, καὶ ἀγαίομαι (ut docet Eustat.) τὸ ἐκπλήττω, καὶ τὸ θαυμάζω, καὶ τὸ μέμφομαι, ἐκ τῆ ἀγῶ παρήχθη. Objurgare, admirari, succensere, indignari, irasci, invidere, æmulari, male consultum alicui velle. οἱ δὲ ἀγαιόμενοι, καὶ φθονέοντες αὐτῇ. Illi vero male consultum ipsi volentes, ac invidentes. viii. 69.

ἀγάλλεσθαι. Ion. et poet. Re aliqua delectari, exultare, præ nimio gaudio vehementer saltare. Dictum enim hoc, παρὰ τὸ αγαν ἄλλεσθαι. iv. 64. ix. 109.

ἄγασθαι, comm. Admirari, suspicere. ὑμέων ἀγάμεθα τὴν προνοίην. viii. 144. Valla: Vestram providentiam gratam habemus. Æm. P. Suspicimus, admiramur, quasi dicat: quia præter morem vos nostris commodis, ac saluti nunc provide consulere videmini.

ἀγαυρὸς, α, όν. Ion. et poet. ab ἀγαυὸς, inserto ρ, vel ab α intendente, et γαῦρος. Consule Eust. Splendidus, illustris, comtus, ornatus, magnificus, voce clara præditus, valde strepens, insolens, superbus. ἀγαυρότατα, καὶ μεγαλοπρεπέστατα. Valla: Cum maximo strepitu, et ambitiosissime. Ego vero, Insolentissime, et magnificentissime. Vel, superb. et splendidissime. vii. 57.

ἀγγαρήϊον, ου, τό. Nomen barbarum, et Persicum. Eustath. ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. καὶ βαρβαρικὴ οὖσα ἡ λέξις ἐπεχωρίασε τοῖς Ἕλλησιν, ὅθεν τὸ ἀγγαρεύειν. 1854. 27. Idem, ἀγγαροφορεῖν, τὸ φορτία φέρειν ἐκ διαδοχῆς. παρὰ τὸ ἄγγαρος, ζητεῖ. καὶ ἀγγαρεύεσθαι, τὸ εἰς φορτηγίαν, καὶ ὑπηρεσίαν τινα ἄγεσθαι. παρὰ τὸ ἄγγαρος. ζήτει. Suidas vero sic, ἄγγαρος. ἔτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τὰς βασιλέως ἀγγέλους. πέμπει τῶν πιστοτάτων ἄγγαρον παρὰ τὸν Βαβυλώνιον. Idem, ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀγγάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς Ἔπεμπε. Sed apud Æsch. p. ex H. S. typ. 185. (v. 273. ed. Blomfield) legitur ἀπ' ἀγγέλου πυρός. Quare hoc exemplum est controversum. Subjicit idem Suid. τίθεται τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ τῶν φορτηγῶν, καὶ ὅλως ἀναισθήτων, καὶ ἀνδραποδωδῶν. καὶ τὸ ἀγγαροφορεῖν, ἐπὶ τῆ τὰ φορτία φέρειν. καὶ ἀγγαρεύεσθαι καλῶσιν ὥσπερ ἡμεῖς νῦν, τὸ εἰς φορτηγίαν, καὶ τοιαύτην τινα ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Idem, ἀγγαρεία, καὶ ἄγγαρος. ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος. καὶ ἀγγαρείαν ἀνάγκην ἀκούσιον λέγομεν. καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν, &c. Vide et vulgata Græco-lat. Lexica. Ab hoc autem nomine ἄγγαρος formatur τὸ ἀγγαρεῖον, ου, quod Ionice ἀγγαρήϊον vocatur. Quid autem hoc esset, et quomodo fieret, Herodotus viii. 97, 98. his verbis docet: καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσάν σφι συμφορήν. τετέων δὲ τῶν ἀγγέλων ἐστὶν ὧδε ὅ, τι θᾶσσον παραγίνεται θνητὸν ἐόν. οὕτω τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεύρηται τοῦτο. λέγουσι γὰρ ὡς ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε, καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἕκαστην τεταγμένοι. τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, ἐ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωϋτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρῶ-

τος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος, τῷ τρίτῳ. τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. Valla totum hunc locum bene vertit. Eum consule. Itali hoc patrio sermone vocant, *la posta*, unde locutio, *correre la posta*, et *andar in posta*, quod nihil aliud est, quam per equos dispositos currere. Nomen enim Italicum a Latino formatum, et a ponendo ductum, quasi postam barbare diceres, quod equi, quibus in itinere conficiendo utimur, in certis locis sint posti, id est, positi, et collocati. Per syncopen enim hoc est dictum, ut et Virgil. Georg. iii. 527. Munera, non illis epulæ nocuere repostæ, pro repositæ. Idem. Æn. iii. 364. Italiam petere, et terras tentare repostas, pro repositas. Idem Æn. vi. 59. Tot maria intravi duce te, penitusque repostas Massylum gentes, &c. Et ipsi equi sic dispositi, vocantur ab Italis, *Cavalli di posta*. Hinc et Galli dicunt, *la poste, chevaux de poste, aller en poste, courir en poste*, et *courir la poste*. Quis autem, quando primum, et cur veredos, sive veredarios equos (sic enim a Latinis appellantur) instituerit, Xenoph. Cyropæd. lib. viii. ex Wechelianis typis p. 232. C. D. E. (Cyropæd. lib. viii. c. vi. §. 17. ed. Schneider) aperte declarat. κατεμάθομεν δὲ αὐτῶ [τῶ Κύρω] καὶ ἄλλο μηχάνημα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, ἐξ οὗ ταχέως ἠσθάνετο τὰ πάμπολυ ἀπέχοντα ὅπως ἔχοι. σκεψάμενος γὰρ, πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος κατανύτοι τῆς ἡμέρας ἐλαυνόμενος, ὥστε διαρκεῖν, ἐποιήσατο ἱππῶνας τοσοῦτο διαλείποντας, καὶ ἵππους ἐν αὐτοῖς κατέστησε, καὶ τοὺς ἐπιμελουμένους τούτων. καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τόπων ἔταξε, τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι, καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους, καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. ἔστι δ' ὅτε οὐδὲ τὰς νύκτας φασὶν ἴσασθαι ταύτην τὴν πορείαν, ἀλλὰ τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι. τούτων δὲ οὕτως γιγνομένων, φασί τινας θᾶττον τῶν γεράνων ταύτην τὴν πορείαν ἀνύττειν. εἰ δὲ τοῦτο ψεύδονται, ἀλλ' ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον. ἀγαθὸν δὲ, ὡς ταχίστα ἕκαστον αἰσθανόμενον, ὡς τάχιστα ἐπιμελεῖσθαι. Vide Latinam Leunclavii versionem. Hæc Herodoti loco magnam afferunt lucem. Quamobrem etiam hic scribenda censui.

ἀγγελίη, ης, ἡ. Ionice, pro communi ἀγγελία. Peculiari quodam modo apud Herodotum sumitur pro præcipua potestate renuntiandi oraculi, quod quis audivit. οἱ Δελφοὶ ἔδοσαν Κροίσῳ προμαντηίην, ἀγγελίην, καὶ προεδρίην. Delphi Crœso dederunt in oraculo consulendo primas partes, et in oraculo renuntiando prærogativam, ac in sedendo principem locum. i. 54.

ἀγγελιηφόρος, ὁ. Ionice, pro communi ἀγγελιαφόρος. Nuntius, internuntius. i. 120. iii. 118, 126. iv. 71.

ἄγγελος, ὁ. Nuntius, legatus. i. 3. πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν. Nuntio, legatove misso denuntiare aliquid. i. 20. [pro eodem ἀπόστολον dicit. i. 21.] i. 36, 69, 81, 141. et alibi passim.

ἄγγελος. Internuntius. δι' ἀγγέλων πάντα χρέεσθαι. Per internuntios omnia transigere. i. 99. ἄνευ ἀγγέλου, sine internuntio. iii. 118. [hic ἐσαγγελεὺς alias vocatur.] vide suo loco.

ἀγγήϊον, ου, τό. Ionice et poetice, pro communi ἀγγεῖον, vas. iv. 2.

ἄγειν. Commune quidem verbum, si literas vocis spectes: at significatio non communis: sed quibusdam, ut et Herodoto, satis fami-

liaris, pro ἡγεῖσθαι, νομίζειν. Ducere, existimare. πολλῷ ἔνερθε ἄγων αὐτὸν μέσου ἀνδρὸς Μήδου. Ipsum longe infra mediocris conditionis viros ducens. i. 107. [eodem modo sumitur apud Xenophontem. 673. C.] (Encom. Agesilai, c. xi. §. 6. ed. Schneider) οὐδαμοὺς μέζονας ὑμέων ἄξω. Nullos vobis majores ducam. Nullos in majore pretio, quam vos, habebo. vii. 150.

ἄγειν, et αγεσθαι. Ducere, existimare, habere in aliquo loco, pretio, honore.

ἄγεσθαι ἐν τιμῇ. Ionica, et Herodotea locutio. In pretio habere. τοὺς ἐωϋτῶν ἑκάστῳ οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται. Eos, qui procul a se habitant, in pretio habent, ac honorant. i. 134. ὅγε μάλιστα ἐν τιμῇ πάντων ἄγονται. ii. 83. Quod omnium maxime honorant. ἐν ὀδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ αὐτὸν ἦγον. Eum in nullo magno pretio habebant, eum non magni faciebant. ii. 172.

ἄγειν, com. Facere pro ducere, existimare. περὶ πλείστου ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ ποιεύμενοι. ix. 7. Valla: Quæ festa Dei celebrare plurimi faciebant. Sed hoc verba sonant, Plurimi faciebant [res] illas Dei parare, i. e. illa Dei festa celebrare.

ἄγειν, com. pro φέρειν. Sic et apud Lat. καταχρηστικῶς agere, et ducere, pro ferre. κρητῆρα χάλκεον ἦγον. i. 70. ὁ κρητὴρ ἀγόμενος ἐς τὰς Σάρδις. i. 70. ii. 63.

ἄγειν, καὶ φέρειν. com. Agere, et ferre. (διαρπάζειν. i. 88.) diripere, populari. i. 88. ἄγον, καὶ ἔφερον ἅπαντας. Omnes agebant, ac ferebant. Omnes populabantur. i. 166. ἔφερε, καὶ ἦγε πάντας. iii. 39. μὴ ἀλλήλους φέροιεν, καὶ ἄγοιεν. vi. 42.

ἄγειν. Celebrare, com. ἄγουσιν ὁρτὴν Ἀπατούρια, diem festum Apaturia celebrant. i. 147. ἄγεσκον ὁρτήν. i. 148, 183.

ἄγειν interdum accipi videtur pro οἰκεῖν, incolere, habitare. ἑξδόμῳ δὲ σφέας ἔτεϊ παραιτησάμενοι Λίβυες, ὡς ἀμείνονα χῶρον αξουσι, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν. iv. 158. Valla: Hunc locum sex annis quum incoluissent, septimo deserendum putaverunt, admonitu Libyum, ut in meliorem transirent. Sed a verbis Græcis nimium recessit. Sic enim hæc sunt vertenda. Septimo vero anno cum Libyes ipsos rogassent, vel monuissent, ut meliorem locum incolerent, persuaserunt ipsis ut [hunc, quem incolebant,] desererent. Sensus: Cum eos monuissent de sedibus mutandis, ut in meliores se conferrent, rem ipsis persuaserunt, ac effecerunt ut pristinum domicilium relinquerent, et in melius migrarent. Nisi locum sic accipias, dicendum ἐλλειπτικὸν esse loquendi genus, ἀντὶ τοῦ, ὡς κατ' ἀμείνονα χῶρον ἄξουσι τὸν βίον. τουτέστιν ἐν ἀμείνονι χώρῳ τὸν βίον διάξωσι. Ut in meliore loco vitam degerent. Vel sic, ὡς εἰς ἀμείνονα χῶρον αὐτοὺς ἄξουσι, vel ἄξωσι. Ut ipsos in meliorem locum ducerent. Hanc postremam conjecturam ipsa Herodoti verba sequentia confirmant. Statim enim subjicitur, ἦγον δὲ σφέας ἐντεῦθεν οἱ Λίβυες, ἀναστήσαντες, πρὸς ἑσπέρην, καὶ τὸν κάλλιστον των χώρων. Valla: Ita illinc eos Libyes vesperum versus, et ad locorum speciosissimum abduxerunt. Æ. P. Libyes autem ipsos illinc excitatos, occidentem versus, et in pulcherrimum, vel amœnissimum [omnium] locorum duxerunt. Quamobrem τὸ ἄξουσι ad Libyas referetur, qui se facturos pollicebantur, quod postea re ipsa præstiterunt.

ἀγείρειν, comm. Cogere, colligere. ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων. Munera ex civitatibus collegerunt. i. 61. τὰ χρήματα ἤγειρε. Pecunias collegit. i. 62.

ἄγερσις. vii. 48. Vide ἔγερσις, et ἐπέγερσις.

ἀγηλατέειν, εῖν. Ion. et poet. Suidas. ἀγηλατεῖν, ὡς ἄγος, καὶ ἐναγεῖς τινας ἀπελαύνειν. Ut piacu-

lum, et aliquos piaculo obstrictos expellere. Idem, *ἐὰν μὲν δασέως, τὸ τὰ ἄγη ἀπελαύνειν. ἐὰν δὲ ψιλῶς, ἀντὶ τοῦ ἀπελαύνειν.* sic enim potius quam *ἀπελάσειν* ibi scribendum videtur. id est, Ac si verbum hoc cum aspero spiritu legatur, significat piacula expellere. Si vero cum tenui, simpliciter expellere. Affert autem pro exemplo hunc Herodoti locum, qui exstat v. 72. *ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίσ-τια Ἀθηναίων.* Valla: Septingentas familias militares Atheniensium, tanquam piaculo contaminatas, relegavit. Sed potes ita longe simplicius locum interpretari, septingentas Atheniensium familias, ut piaculo obnoxias, expellit. Vel, septingentas Atheniensium familias ejecit. Nam *τὸ ἀγηλατεῖν*, ut docet idem Suidas, sæpe significat *τὸ ἁπλῶς διώκειν, καὶ φυγαδεύειν*, interdum et *ἐπιτάττειν*, id est, imperare, quinetiam *ὑβρίζειν* apud Herodotum. Sed hanc postremam significationem nullo exemplo confirmat. Lib. v. 73. de hac ipsa re verba faciens Herodotus, ita loquitur, *τὰ ἑπτακόσια ἐπίσ-τια τὰ διωχθέντα.* Septingentas familias expulsas. Unde patet verum esse quod a nobis ante dictum.

ἀγινέειν. Ion. pro communi *ἄγειν*, ducere. iii. 11. *δῶρα ἀγίνεον*, dona adducebant, afferebant. iii. 89, 97. vi. 74. vii. 25, 33. viii. 105.

ἀγνεύειν. Per sanctimoniam a re aliqua abstinere, sibique temperare. *ἀγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύεσι.* Per sanctimoniam ab omnis animalis cæde sibi temperant, præter quam eorum, quæ in sacrificiis immolant. i. 140.

ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ. com. Inhumanitas, imperitia. *πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι.* Valla: Per imperitiam resistentes. iv. 93. v. s. ad imperitiam conversi. *ὑπὸ ἀγνωμοσύνης*, præ imperitia, propter imperitiam. vii. 9.

ἀγνωμοσύνῃ διαχρᾶσθαι. Herodotea locutio, pro com. *ἀγνωμονεῖν, ὀλιγωρεῖν, καταφρονεῖν*, contemnere, negligere, *ἀγνωμοσύνῃ διεχρέωντο.* Hæc negligebant, contemnebant, non curabant. vi. 10.

ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ. Commune. Contumacia. *ἐλπίζων σφέας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης.* ix. 4. Sperans ipsos de contumacia remissuros.

ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ. Commune. Fastus. Superbia. *ὑπ' ἀγνωμοσύνης.* ix. 3. Valla: Animi fastu. ix. 4.

ἀγνωμοσύνη. Ingrata memoria, quæ vulgo Ingratitudo vocatur. Perfidia. Improbitas. Iniquitas. *ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι.* v. s. Ingratitudine usi. i. e. Per animi ingrati vitium. v. 83. vel per perfidiam. Nam ab illis defecerant, a quibus beneficium non contemnendum acceperant.

ἀγνώμων, ὁ καὶ ἡ. comm. Pertinax. Gallice, *opiniâtre*. *Μαρδονίου δὲ [γνώμη ἦν] ἰσχυροτέρη τε, καὶ ἀγνωμονεσ-τέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη.* ix. 41. Valla: Mardonii vero sententia erat ferocior, pertinaciorque, et nullo modo cedens.

ἀγνώμων, ὁ καὶ ἡ. com. Inhumanus. V. Hom. 21.

ἀγοραῖος ἄνθρωπος. comm. Circumforaneus, mercenarius, ac vilis homo. i. 93.

ἀγορᾶσθαι, Ion. et poet. pro com. *δημηγορεῖν*, concionari. *καί σφι ἄλλοι ἠγορόωντο.* Et ipsis alii concionabantur. vi. 11.

ἀγορὴ. Forum judiciale, et ipsa judicia, quæ in eo exercentur. *ἀγορὴ δέκα ἡμερέων ἐκ ἵσ-αται σφι.* v. s. Forum judiciale decem dierum non statuitur ipsis. id est, Judicia per decem dies ab ipsis non exercentur. Per decem dies est justitium apud ipsos. vi. 58. Quod ex sequentibus patet, *οὐδ' ἀρχαιρεσίη συνίζει.* Nec ullus magistratus creatus considet, i. e. Nec ullus est magistratuum consessus.

ἀγρεύειν, comm. Venari, capere, captare. *ἰχθῦς ἀγρεύειν.* Pisces venari, capere. ii. 95.

ἄγρη, Ionice, pro communi ἄγρα, præda. Feræ in ipsa venatione captæ. Ferinæ carnes. Gallice, *La venaison*, vel *De la venaison*, i. 73. ἑλόντες ταύτην τὴν ἄγρην. ix. 39. Hac præda capta.

ἄγρη, ης, ἡ. Ionice, pro communi ἄγρα, venatio. Gallice, *Chasse*. τῶν Σκυθέων ἐπ' ἄγρην φοιτεόντων. Cum Scythæ ad venationem irent, velitarent. i. 73.

ἀγρυπνίη, ης, ἡ. Ionice, pro communi ἀγρυπνία, vigilia, qua fit ut dormire nequeamus. ὁ Δαρεῖος ἀγρυπνίῃσι εἴχετο. Darius vigiliis detinebatur (id est, dormire non poterat. iii. 129.) ὕπνου ἐλάγχανε somno fruebatur, dormiebat. iii. 130.

ἄγχιστα. Ionice et poetice, pro communi ἔγγιστα, sive ἐγγύτατα, proxime. τῶν ἄγχιστα οἰκεόντων σφίσι, qui proxime se habitant. i. 134. v. 79. bis. ἀγχιστα τῷ βωμῷ. ix. 81.

ἀγχίστροφα βουλεύεσθαι. Herodotea locutio. Sententiam superiori contrariam habere. Consilium, vel sententiam mutare. In consilio sententiaque mutanda celerem esse. Inconstantem, ac levem, et quodammodo volubilem, ac versatilem esse. vii. 13.

ἀγχόθεν. Ex propinquiore loco, prope, cominus. iv. 31.

ἀγχοτάτω. Adverb. Ionice, et poetice, pro communi ἐγγύτατα, vel ἔγγιστα, proxime. ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, proxime templum. ii. 169. iv. 35. οἱ ἀγχοτάτω προσήκοντες, maxime necessarii. vel, proximi quique. iv. 73. ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης. vi. 102. ἀγχοτάτω τῶν Μηδικῶν. vii. 64, 73, 74, 80, 89, 91. viii. 122, 135.

ἀγχοτάτω τοῦ κρητῆρος. viii. 122. Proxime craterem.

ἀγχότερος, η, ον. Ion. pro com. ἐγγύτερος, α, ον. Propior, propinquior, vicinior. vii. 175.

ἄγχι, cum dativo. ἀγχὶ τῇ ἵππῳ. Prope equam. iii. 85. ἀγχοτάτω τῆσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρῃσι. qui maxime similes erant gladiis Ægyptiis. vii. 91.

ἀγχῦ, cum genitivo. Prope. ἀγχῦ τῆς Τιρυνθος. Prope Tirynthem. vi. 77.

ἀγχώμαλος μάχη. Ctes. Pers. 2. Pugna æquo Marte commissa.

ἀγωγεὺς, έως. Ion. et Att. Deductor. ἄνδρες ἀγωγέες. ii. 175.

ἀγῶνα ποιεῖσθαι. ἀγωνίζεσθαι. Prælium facere, præliari, pugnare. ix. 63.

ἀγωνίδαται. Ion. pro com. ἠγωνισμένοι εἰσί. ἀγῶνες ἀγωνίδαται. ix. 26. Certamina decertata sunt. Vide δαται.

ἀγωνίη, ης. Ion. et poet. pro com. ἀγών, ἀγῶνος. Certamen. ii. 91.

ἀγώνισμα. Com. Certamen. Prælium. Præclarum facinus, pro quo certamen suscipitur. Decus. Laus. Res præclara, dignaque certamine. Res pro qua obtinenda homines inter se certare debent. Palma. Certaminis præmium. Consule nostrum indicem Græcum in Thucyd. ubi τοῦ ἀγωνίσματος varias significationes, easque raras disces. Ἀγώνισμα τοῦτο μέγα ποιεῦνται. Hoc in præclari facinoris loco ponunt. Hoc præclarum certamen esse ducunt. i. 140.

ἀδαήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Inscius, imperitus, ignarus. εἶναι τῶν ἱρῶν ἀδαήμονα. viii. 65. Sacrorum imperitum esse. Com. οὐκ εἰδὼς, ἄπειρος.

ἀδαὴς, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro com. ἄπειρος. Imperitus (ἔμπειρος. ii. 49.) τῶν ἔσαν ἀδαέες. Quorum erant imperiti. v. 90. Quorum erant ignari. ἀδαέες τουτέων τῶν ἀνδρῶν. ix. 46. Horum virorum imperiti. [Ibidem συνωνύμως dicitur ἄπειροι τούτων. et, Σπαρτιητέων οὐδεὶς πεπείρηται Μήδων.]

ἀδείη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἄδεια, ας. Vacuitas metus. ἀσφάλεια. quæ vulgo securitas vocatur. Latinis incolumitas, locus, statusve rerum tutus, et omnis metus expers. ἐν ἀδείῃ ἐών. viii. 120. Quod metus

esset expers. Quod in tuto jam esset, ac proinde nihil formidaret. ἐν ἀδείῃ δ' ποιευμένων τὸ λέγειν. ix. 42. Quod non putarent tutum esse [vel, periculo vacare,] loqui, [et libere proferre quod sentirent.]

ἀδεῖν. Ion. et poet. pro com. ἀρέσκειν. Placere. σφὶ ἀδεῖν. sibi placere, vel placuisse. iii. 45. Σπαρτιήτῃσι ἀδήσεις. Spartanis placebis. v. 39.

ἀδελφεοκτόνος, ὁ. H. V. Fratricida. iii. 65.

ἀδελφεὸς, ὁ. Ion. et poet. pro com. ἀδελφός. Frater. iii. 61, 62, 63, 64, 65. passim. ut et ἀδελφεή, pro com. ἀδελφή.

ἄδην. com. Satis, abunde. ix. 39.

ἄδοιμι, οις, οι. Optat. aor. 2. act. Eustath. ἄδοι, ὅ ἐστιν ἀρέσκοι, δεύτερος ἀόριστος ἀπὸ τοῦ ἥδω θέματος, ὅτι ψιλᾶται ἰωνικῶς, καὶ συνέλλει τὴν παραλήγουσαν ὡς δεύτερος ἀόριστος ἐν τῷ, καὶ οἱ ἄδοι αὐτόθι μίμνειν. Ὀδυσσ. Ζ. 1561. 51. (ed. Ernest. v. 245.) Apud Herodotum tamen aspero spiritu notatum legitur. ix. 79. ἐγὼ δ' ων τότε εἵνεκα μήτε Αἰγινήτῃσι ἅδοιμι, μήτε τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται. Ego igitur hac de causa neque Æginetis placeam [i. e. placere cupio,] neque illis, quibus hæc placent.

ἄδρηστος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro com. ἄδραστος. ὁ μὴ δρᾷν ἐθέλων, ἢ εἰωθώς. Qui non vult, aut non solet fugere. Non fugitivus, a fugâ alienus. Mancipii epithetum. παρὰ τὸ α στερητικὸν, καὶ τὸ δρᾷν, τὸ φεύγειν. Ἀνδράποδα ἄδρηστα μάλιστα. Mancipia a fuga maxime aliena. Minime fugitiva. iv. 142.

ἀδρὸς καρπός. Fruges adultæ. i. 17. sic παιδίον ἀδρόν. Puer adultus. iv. 180.

ἀδρός. Ion. et poet. Copiosus. ἀδρὴν χιόνα. Nivem copiosam. iv. 31.

ἀδρύνεσθαι. com. Augescere, adolescere, crescere. i. 193.

ἀδυναμίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἀδυναμία. Impossibilitas. Imbecillitas, per quam aliquid nullo modo fieri potest. viii. 111. (Δύναμις, ἡ. ibid.) Οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἐωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν ἆλναι χρέσσω. Ibid. [Dicebant] enim Atheniensium potentiam sua impotentia, vel impossibilitate potentiorem nunquam fore. Sed impotentia apud Cicer. et laudatos linguæ Latinæ scriptores aliud significat, nimirum quam Græci ἀκράτειαν vocant, de qua Cic. Tuscul. Quæst. l. iv. c. 15. ed. Ernest. iidem [animorum motus] inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia, et moderatione plurimum dissidentem. Quidam tamen de recentioribus hanc vocem, ut et alteram impossibilitatis, usurpare non dubitant, ut Græci vocabuli vim melius exprimant, quod alia vocabula his commodiora non reperiantur. At qui puritatis, et elegantiæ Lat. sunt studiosi, τὴν ἀδυναμίαν vocant infirmitatem, et imbecillitatem. Ego quoque sic appellandam censeo: sed addendum aliquid, quod nominis Græci naturam ἐμφατικώτερον explicet, ita videl. Imbecillitas, vel Infirmitas, per quam aliquid fieri non potest. Steph. cum Vall. prolixitatis vitandæ causa, reique commodius explicandæ gratia, nomen Impossibilitatis retinet.

ἀδυνασίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἀδυνασία. Barbare impotentia, quæ Latine imbecillitas vocatur, qua fit ut aliquid facere non possimus. iii. 79. ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ. Necessitas imbecillitate potentior est. vii. 172.

ἀδυνάτως ἔχειν. Herodotea locutio, pro qua diceretur alias ἀδυνατεῖν, ἀσθενεῖν. Infirmum esse. Adversa valetudine laborare. Ægrotare. V. Hom. 34.

ἀεθλέειν, εῖν. Ion. pro com. ἀθλεῖν. Certare. κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς

Τεγεήτας. Male contra Tegeatas certabant. Rem in bello adv. T. suscepto, infeliciter gerebant. i. 67.

ἀεθλεύειν. Ion. et poet. pro com. ἀθλεῖν. Certare. v. 22.

ἄεθλος, ου, ὁ. Ion. et poet. Certamen. Labor. ἐπιτελεσάντων τῶν Περσέων τὸν προκείμενον ἄεθλον. Cum Persæ propositum certamen, ac laborem perfecissent. i. 126.

ἀεθλοφόρος, ὁ. Ion. et poet. Victor. Qui præmium ex certaminibus abstulit. i. 31.

ἀείδειν. Ion. et poet. pro com. ᾄδειν. quod altero formatum sublato ε, et subscripto ι. Canere, cantare. ἀεῖσαι. Cecinisse. ἀείσας. Cum cecinisset. i. 24. ἀείδῃσι. Canunt. ii. 60, 79. ἀείδοντες. ii. 79. τοὺς ἀειδομένους. iv. 35.

ἀεικείη, ἡ. Ion. pro com. ἀείκεια. unde αἰκία, et αἰκίζεσθαι. Indignitas, contumelia, injuria, quæ præter alicujus dignitatem, meritaque fit. Quicquid præter decorum sive verbis, sive factis fit. Αὐτὸς τρηχέως κάρτα περιέσπε ἀεικείῃ. Ipsos aspere admodum, ac indigne tractavit. i. 73. dicitur et ἀεικίη. τὸν τοῦδε παῖδα ἀεικίῃ τοιῇδε περισπεῖν ἐτόλμησας; Hujus filium tali contumelia afficere ausus es? i. 115.

ἀείναος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro quo et ἀέναος, et ἀένναος. i. 145. Sed ἀένναος est etiam com. Semper fluens, perpetuo fluens, perennis. λίμνη ἀείναος. Lacus perennis. i. 93.

ἀείρειν, et ἀείρεσθαι. Ion. et poet. pro com. αἴρειν, et αἴρεσθαι. Tollere, attollere, suscipere. Οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειρόμενοι. vii. 132. Qui bellum adversus barbarum susceperunt. ἀειρόμενοι autem est præsens loco aor. 1. medii, ἀειράμενοι, κατὰ χρόνου ἐναλλαγήν. Ἀειραμένους πόλεμον αὐτῷ. vii. 156. Qui bellum adversus ipsum susceperant. Qui bellum ipsi intulerant. τὰ ἱστία ἀειράμενον. viii. 94. sublatis velis.

ἀείρειν, et ἀείρεσθαι. Ion. et poet. pro com. αἴρειν, et αἴρεσθαι. Tollere. ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι. viii. 56. Vela sustulerunt ut celeriter abituri.

ἄεισμα, τος, τό. V. H. pro quo com. ᾆσμα, τος. Cantus, cantio, carmen. ii. 79.

ἀέκων, οντος, ὁ. Ion. et poet. pro com. ἀκέων, ἑκών, ἑκούσιος. (ἐκὼν, ἑκούσιος. Invitus, nolens). Qui præter animi sententiam aliquid facit. Ἀέκοντες ἔμενον. vii. 222. Inviti manserunt. Ibidem συνωνύμως dicitur eadem linea κατ' ἐπεξήγησιν, καὶ ἀ βελόμενοι. ix. 111.

ἀελπτέειν, εῖν. V. H. et poet. pro com. ἀνελπιστεῖν. Desperare. In vulgatis Lexicis Herodoto tribuitur; sed nec liber, nec libri locus notatur, nec Latina interpretatio additur. hoc enim tantum scribitur, ἀελπτέοντες. ἀνελπιστοῦντες. Ex Herodoto Suidas. Varin. Ἀελπτέοντες τὸν Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι [τὸν Πέρσην.] vii. 168. Desperantes fore ut Græci [Persam] superarent.

ἄελπτος, ὁ καὶ ἡ. com. sed poeticum. Insperatus. ἐξ ἀέλπτου. Ex insperato. ix. 111.

ἀέξειν. Ion. et poet. pro com. αὔξειν. Augere. πλῆθος ἀέξειν. Multitudinem popularem augere. iii. 80.

ἀερθέντες. Particip. aor. 1. pass. Ionic. et poet. ab ἀείρω, pro comm. αἴρω, solvo portu, ex portu discedo. Ἀερθέντες ἐκ τῶν Οἰνουσσέων, ἔπλεον [ἐπὶ Κύρνον.] Ex Œnussis solventes, Cyrnum navibus petierunt. i. 165. ἀερθέντας πλέειν. Solventes navigare. i. 170.

ἀερθείς, εῖσα, έν. Ion. et poet. particip. aorist. 1. pass. ab ἀείρω, ἀέρω. Tollo, attollo, levo, excito. ἐνθαῦτα ἀερθέντες οἱ πολλοὶ ἀπαλλάσσοντο. ix. 52. Valla: Plerique sumtis utensilibus abscesserunt. Æ. P. Tunc plerique surgentes [excitati, se loco moventes, illinc] abierunt. vel, Tunc plerique cum surrexissent [cum loco se mo-

vissent, illinc] abierunt. Sic et Galli, *Alors plusieurs s'etant levés, s'en allerent.*

ἄζηλος, ὁ καὶ ἡ. Æmulationis expers. Quem nullus æmulatur. Contemtus, vilis, neglectus, turpis, fœdus. vii. 140.

ἀζήμιος. com. Nulla mulcta multatus. Nulla clade accepta. Sine damno. i. 212.

ἀηδές-ερος, ὁ. comm. Injucundior, insuavior, ingratior. ab ἀηδὴς, ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ ἀηδές. quod compositum ex α privante particula, et nomine ἡδὺς, ἡδεῖα, ἡδύ. gratus, a, um. jucundus, a, um. vel ex verbo ἥδω, Delecto. φὰς ἠδὲν οἱ ἀηδέ-σ-τερον ἔσεσθαι. Dicens sibi nihil ingratius fore. vii. 101.

ἀηδὴς, καὶ τὸ ές. Ion. et poet. Injucundus, insuavis, ingratus, molestus. i. 136.

ἀθανατίζειν. comm. Immortalitate donare, immortalem esse, immortalem vivere, se immortalem ducere. Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας. v. s. Getas immortalizantes. i. e. se immortales esse ducentes. iv. 93. ἀθανατίζουσι τόνδε τὸν τρόπον. οὔτε ἀποθνήσκειν ἐωϋτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάμολξιν [δαίμονα] iv. 94. Hic τῷ ἀθανατίζειν interpretationem habemus. Γέται οἱ ἀθανατίζοντες. v. 4.

ἀθάνατος μελεδωνός. Immortalis curator. vii. 31. Quinam autem ἀθάνατοι μελεδωνοὶ apud Persas, et cur ita vocarentur, docet Herodotus his verbis. vii. 83. Ἐκαλέοντο δὲ ἀθάνατοι οἱ Πέρσαι οὗτοι ἐπὶ τῷδε. εἴ τις αὐτέων ἐξέλιπε τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανάτῳ βιασθεὶς, ἢ νούσῳ, ἄλλος ἀνὴρ ἀναίρητο, καὶ ἐγίνοντο οὐδαμᾷ, οὔτε πλεῦνες μυρίων, οὔτε ἐλάσσονες, &c. Vide Vallæ versionem, quæ bene habet hoc loco. vii. 211. ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους. viii. 113.

Ἀθηναίη. Ion. et poet. pro communi Ἀθήνη. i. 19, 22, 66. iv. 180.

Ἀθηναίων. viii. 100. ὑποστεύων αὐτὸν [τὸν Ξέρξην] δρησμὸν βαλεύειν ἐκ τῶν Ἀθηναίων. Si codex mendo caret, hoc figurate dictum, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. vel ἐλλειπτικῶς intelligendum, ἐκ τῆς πόλεως τῶν Ἀθηναίων. Nec enim commode diceres, Fugere ex Atheniensibus. At (nisi fallor) ἐκ τῶν Ἀθηνέων scribendum, quod Ionice pro com. Ἀθηνῶν prolatum fuerit. Vide ἐρυθραίων. ix. 15. Quod pro ἐρυθρέων dictum videtur, ab ἐρυθραὶ, ῶν. com. et Ion. ἐρυθρέων. Error ex pronuntiationis affinitate natus. Dicitur autem non solum in singulari ἐρυθρὰ, ᾶς, ἡ. ut apud Stephanum: sed etiam in plur. αἱ ἐρυθραὶ, ῶν. ut apud Herod. ix. 22. ἐς ἐρυθρὰς ταχθέντες. Illic de eadem urbe agitur. Infra tamen ix. 107. De eodem Xerxe verba faciens Herodotus, eodem modo nomen hoc scriptum usurpat, ἐξ Ἀθηναίων φυγών. Sed et illic Ἀθηνέων, pro Ἀθηνῶν scribendum videtur, ut et lib. ii. 7. Quam lectionem, conjecturamque nostram Valla sua versione confirmat. Vertit enim, Athenis illuc profugerat.

ἀθυμίη, ης, ἡ. Ion. pro comm. ἀθυμία. Animi dejectio. Animi demissio. i. 37.

ἄθυμος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui animum non habet. Non animosus. Ignavus. vii. 11.

ἀθώωσις, εως, ἡ. (ἀπόλυσις καταδίκη. Absolutio, qua quis innocens pronuntiatur, et mulctæ fit immunis.) Condemnatio, ἀθώωσις μὲν παρὰ τῶν κριτῶν, καταδίκη δὲ παρὰ βασιλέως [γίνεται.] Ctes. Pers. 61. v. s. A judicibus quidem [illorum fit] absolutio, a rege vero, condemnatio. i. e. Illi a judicibus quidem absolvuntur, a rege vero condemnantur. Ab ἀθῶος (de quo vulgata Lexica) formatur verbum ἀθωόω, ῶ. ἀθωώσω. τὸ ἀθῶον ἀποφαίνομαι καὶ ἀπολύω ὡς ἀθῶον. Hinc istud verbale ἀθώωσις.

αἲ. Ion. et poet. pro com. **εἴθε.** Utinam. i. 27.

αἰατο. Ion. terminatio 3. pers. plur. verborum in **μι**, pro comm. in **αιντο** desinente, in optat. modis. ut **ἰ-σ-αῖντο, ἰ-σ-αίατο. ἐ-σ-αῖντο, ἐ-σ-αίατο.** Quod fit sublato **ν**, et inserto **α**. Vide **ἐπανι-σ-αίατο. συναπι-σ-αίατο,** pro **συναφι-σ-αιντο.** Sic enim legendum videtur. v. 37. non autem **συναπι-σ-έατο.** Vide suo loco. **δυναίατο,** pro **δύναιντο.** vii. 103.

αίατο. Interdum Ionice (si modo codex mendo caret) etiam in tertia sing. opt. modi verborum in **μι**, pro com. in **αιτο** desinente. ut **ἰ-σ-αίατο,** pro **ἰ-σ-αῖτο,** inserto **α**. Vide **ἐπανι-σ-αίατο.** iv. 166.

αίατο. Ion. terminatio tertiæ personæ plur. aor. 1. med. pro comm. **αιντο** in optat. **γευσαίατο,** gustarint, pro **γεύσαιντο.** ii. 47. **δεξαίατο,** pro **δέξαιντο.** iii. 38. **ἀνακτησαίατο,** pro **ἀνακτήσαιντο.** iii. 75. **τισαίατο.** ibid. **ἐνδεξαίατο.** iii. 128.

αἰγέη, ης, ἡ. Ion. Caprina pellis. iv. 189. ubi **αἰγίδας** vitiose scriptum videtur pro **αἰγέας,** quod ad marginem notatur, et sequentibus Herodoti verbis confirmatur. **ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τετέων αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετωνόμασαν.** iv. 189. Ab istis autem caprinis pellibus, quas Græci vocant **αἰγέας,** Græci **τὰς αἰγίδας,** i. e. scuta caprinis pellibus tecta denominarunt.

αἰγιαλὸς, ὁ, Ion. et poet. vocabulum, quod et apud Thucydidem reperitur. Vide nostrum Græcolat. indicem. Pro eodem **ἀκτὴ, ῆς, ἡ.** dicitur **συνωνύμως.** littus. vii. 59. Eustath. consule. vii. 59, 100, 115, 188. ix. 98, 99, 102, 106.

αἰγίπυς, ὁ καὶ ἡ. αἰγίποδος. Pedibus caprinis præditus. **λέγουσι οἰκέειν ταῦτα τὰ οὔρεα αἰγίποδας ἄνδρας.** Homines pedibus caprinis præditos in his montibus habitare dicunt. iv. 25.

ἀϊδρηίη, ης, ἡ. Ion. et poet. pro comm. **ἀϊδρεία.** Inscientia, ignorantia. vi. 69.

αἰη. Ion. et poet. in nominibus 2. declin. simpl. pro comm. **η. Ἀθηναίη,** Minerva, pro **Ἀθήνη.** i. 19, 22. **ἀναγκαίη,** Necessitas, pro **ἀνάγκη.** i. 11, 74. iii. 75. vii. 104.

αἴθειν. Ion. et poet. pro com. **καίειν.** Urere, cremare. iv. 61.

αἴκισον, αἰκίσου, τὸ. N. H. pro com. **αἰκία, ας.** Fœda verberatio, pulsatio, læsio. **κάκωσις.** Vexatio, damnum. Maleficium, quo quis afficitur. Contumelia, injuria. **ἐπισχόντας ἀπὸ τῆ Αἰγινητέων αἰκίᾱ.** Valla: Ut ab Æginetis lædendis abstinerent. v. 89. v. s. ab Æginetarum læsione abstinentes. i. e. Ab Æginetis maleficio afficiendis abstinentes.

αἶνη, ης, ἡ. H. V. Laus, honor, existimatio. **ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίσ-ῃ.** in maximo honore. In maxima existimatione existentem. Qui in maxima existimatione erat. iii. 74. Valla perperam hunc locum vertit, quod maxima flagrabat invidia. Verba Græca, quæ præcedunt, et ipse sensus hanc interpretationem respuunt. **ἐν αἴνῃ μεγίσ-ῃ εἶναι.** viii. 112. In maximo honore esse. **τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν αἴνῃ ἐῶσι Περσέων.** ix. 16. Valla: Iis Persis, qui secundum eum in honore sunt.

αἰνῶς. Ion. et poet. pro comm. **σφόδρα. δεινῶς. μεγάλως. πάνυ. λίαν.** Vehementer, admodum, valde. iv. 61, 76.

αἰορπάτα. Vocabulum Scythicum, quod Græce sonat **ἀνδροκτόνοι.** i. e. Viricidæ. **αἰὸρ γὰρ οἱ Σκύθαι καλέουσι τὸν ἄνδρα. τὸ δὲ πατὰ, κτείνειν.** Sic autem Amazones a Scythis appellabantur. iv. 110.

αἵρεε. 3. pers. imperf. Ion. pro com. **αἵρει,** hæcque pro **ἥρει.** capiebat. ab **αἱρέω, ῶ.** Ion. et Æol. verso aspero in tenuem. i. 162.

αἱρέειν, εἶν. com. **τοῖς κρέασι χρᾶται ὅ, τι μιν ὁ λόγος αἱρέει.** Carnibus utitur [ad id, ad] quodcunque animus ipsum capit, i. e. ad quod animus ipsum impellit. i. 132. **ὡς**

ἐμὴ γνώμη αἱρέει. Ut mea sententia fert. ii. 43.

αἱρεῖν κατ' ἄκρης. Funditus evertere. Herodotea locutio. Vide κατ' ἄκρης αἱρεῖν. vi. 18.

αἱρεῖν τι παρά τινος. Herodotea locutio, pro com. ἀφαιρεῖσθαί τι τινὸς, vel τινὶ, vel τινά. Auferre aliquid ab aliquo. Aliquid alicui auferre, eripere. Σίγειον, τὸ εἶλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων. Sigæum, quod Pisistratus armis, sive bello, Mitylenæis abstulit, v. 94.

αἵρεσις. Optio. Gall. *Choix.* δίδωμι σοι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. Optionem tibi do, utram ad viam te velis convertere. i. 11. διακρῖναί τινα αἵρεσιν. Ion. ἀντὶ τοῦ προαιρεῖσθαι. Aliquam optione eligere. i. 11.

ἀΐσσουν. Ion. et poet. pro com. ἀφανίζειν. Ex hominum conspectu tollere, delere, perdere, interficere. Ἀΐσσωσει μιν. Ipsam perdet. iii. 69. Magnum Etymol. 43. 10. Ἄϊσος, ὁ ἄγνωστος, καὶ ἀφανής. καὶ ἀΐσσωσαι, [τὸ ἀφανίζειν.] γέγονε δὲ ἀπὸ τῆ ἵσημι ἰσὸς, καὶ κατὰ στέρησιν ἄϊστος, ὅθεν τὸ ἀΐσσω, ὥ. καὶ ἀϊστοσύνη ἡ ἀπώλεια. Pind. Pyth. Od. iii. v. 67. ἀΐσσωσεν ὕλαν. Vastavit, absumsit sylvam. Illic agitur de igne.

αἰσχύνη. Dedecus, ignominia. τῆτο μεγάλην αἰσχύνην φέρει. Hoc magnam affert ignominiam. i. 10.

αἰτατος. Attica, Ionica, et poetica terminatio superlativi gradus in ὠτατος com. desinentis. Ut, μεσαίτατος, pro inusitato μεσωτατος. iv. 17. Consule Eustath. in αἰτατος term.

αἰτεῖν δίκας. Vide δίκη.

αἰτερος. Attica, Ionica, et poet. terminatio comparativi gradus in ώτερος com. desinentis. ut, μεσαίτερος, pro inusitato μεσώτερος, iv. 17. πλησιαιτέρω, pro inusitato πλησιωτέρω. Propius. iv. 112. σχολαίτερα, pro σχολώτερα, inusitato. Tardius. ix. 6. Consule Eustath. in αἰτερος term.

αἰτιατικὴ ἀττικῶς, καὶ ἰωνικῶς ἀντὶ τῆς γενικῆς κοινῶς, καὶ τοῦτο μετὰ τοῦ ὡς. ὡς συνιέντα Ἀρταφέρνεα. ἀντὶ τοῦ, ὡς συνιέντος Ἀρταφέρνους. vi. 2.

αἰτιατικὴ ἀντὶ τῆς ὀνομαστικῆς μετὰ τῶν ἀπαρεμφάτων. Vide ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν παρατατικῶν, ἢ ἀορίστων. Item ὡς cum infinitivis, &c.

αἰτίη variis modis ab Herodoto usurpatum. ἔχειν τινὰ ἐν αἰτίῃ, pro αἰτιᾶσθαι. Aliquem culpare, aliquem accusare. ὅρα μὴ σεωῦτὸν ἐν αἰτίῃ σχῇς. Vide ne te ipsum culpes, accuses. v. 106. αἰτίη ἔσχε Ἀθηναίοισι. ἀντὶ τῦ, Ἀθηναίως. hocque ἀντὶ τοῦ, οἱ Ἀθηναῖοι ἔσχον αἰτίην. Athenienses culpam sustinuerunt, insimulati fuerunt. vi. 115. Μαρδόνιον ἐν αἰτίῃ τιθέντες. viii. 99. Mardonium in culpa ponentes, i. e. Mardonio culpam tribuentes.

αἰτίην ἔχειν. Ion. pro com. αἰτίαν ἔχειν. Culpam sustinere. Culpari, accusari. εἶχον αἰτίην φόνου. Cædis culpam sustinebant. Cædis accusabantur. Cædis nomine culpabantur. v. 70. καθ' ὑπαλλαγὴν vero dicitur et αἰτίην ἔχειν τινά. Τὸν Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν παρὰ τοῦ Ἰσαγόρεω γυναῖκα. ἀντὶ τοῦ, ὁ Κλεομένης εἶχε αἰτίην φοιτᾶν. &c. Cleomenes culpabatur quod ad Isagoræ uxorem frequenter iret. v. 70. Sic φονεῦσαι αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας. ἀντὶ τοῦ, Ἀλκμαιωνίδαι αἰτίην ἔχουσι φονεῦσαι αὐτές. Alcmæonidæ culpantur, accusantur quod eos interfecerint. v. 71. αἰτίας μεγάλας ἔχον. Magnam culpam sustinuerunt. Valde culpati sunt. Vehementer accusati fuerunt. v. 73. ἐν αἰτίῃ μεγάλῃ εἶχεν αὐτήν. V. H. 2. Ipsam vehementer culpabat, vel accusabat, objurgabat.

αἰχμὴ, ἡ. Ion. et poet. pro com. δόρυ. Hasta, lancea. i. 52, 214, 215. ii. 106, 111. iii. 78. μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμάς. Hastas in ipsius gratiam deposuerunt. iii. 128.

iv. 71. v. 49. vii. 61, 63, 64, 67, 69, 77, &c.

αἰχμή. Ion. et poet. τὰ ὅπλα. ὁ πόλεμος. Σίγειον, τὸ εἷλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων. Sigæum, quod Pisistratus armis, sive bello, Mitylenæis abstulit. v. 94. ἐπειδή σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐστήκεε. vii. 152. Cum ipsis adversus Lacedæmonios cuspis male stetisset, i. e. Cum prælium adversus Lacedæmonios ipsis non fuisset secundum. Vel, Cum in prælio cum Lacedæmoniis commisso rem infeliciter gessissent. Sic enim Eustathius hoc elegantissimum, at rarissimum loquendi genus interpretatur Iliados H. v. 259. Hæc sunt ejus verba, quæ maximam huic loco lucem afferent, Ἀνεγνάμφθη δὲ οἱ αἰχμή. φανερῶς αἰχμὴν λέγει τὸν τοῦ δόρατος σίδηρον, ὃς καὶ ἐπιδορατὶς λέγεται. ἄλλως μέντοι, ὥσπερ τὸ δόρυ ἐστὶν ὅτε πόλεμον σημαίνει, ὡς δηλοῖ τὸ, δουρὶ κλυτὸς, ἤγουν περιώνυμος ἐν πολέμῳ, οὕτω καὶ τὸ αἰχμή. διὸ καὶ ταυτὸν δορυάλωτον εἰπεῖν, καὶ αἰχμάλωτον. ἐν οἷς δηλοῦται ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς. Λέγει δέ που καὶ Ἡρόδοτος περί τινων ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἐστηκε πρὸς τοὺς δεῖνα, ἤγουν ἐδυστυχήθη αὐτοῖς ὁ πόλεμος. τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος εἴρηται. παρακολουθεῖ γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυστυχοῦσι, κακῶς αὐτοῖς ἐστάναι τὴν αἰχμήν. i. e. Incurvata vero est, ac reflexa cuspis. Manifeste αἰχμὴν vocat ipsum hastæ ferrum, quod et ἐπιδορατὶς, i. e. cuspis appellatur, quæ in extrema hastæ parte ponitur. Alias tamen, quemadmodum δόρυ, i. e. hasta bellum nonnunquam significat, ut declarat illud loquendi genus, δουρὶ κλυτὸς, hasta inclytus, i. e. bello clarus, sic etiam αἰχμή. Quamobrem idem est dicere δορυάλωτον, et αἰχμάλωτον, i. e. hasta, vel cuspide, i. e. armis, belloque captum. Dicit autem quodam in loco et Herodotus de quibusdam, quod ipsis hastarum cuspis adversus quosdam male stetisset, i. e. quod bellum, vel prælium infeliciter ab ipsis gestum fuisset. Hoc autem etiam a consequenti dictum est. Illos enim, qui rem in prælio gesserunt infeliciter, hoc sequitur, ut hastarum cuspis ipsis male stet. Hinc ὁμαιχμίη, ἡ συμμαχία. De qua suo loco.

αἰχμοφόρος, ὁ. Idem ac δορυφόρος. Principis satelles armatus. Custos corporis hastatus. i. 8. Miles hastatus, quod Gall. dici potest *picquier*, vel *halebardier*. i. 103, 215. vii. 40, 41, 55, 103.

ἀντέχειν τί τίνι. Herodotea locutio. pro, ἀρκεῖν τι τινί. ἀρκούντως παρέχειν, ἱκανῶς παρέχειν. Aliquid alicui suppeditare, ita ut ei sufficiat, satisque sit. ποταμὸν τὸν οὐκ ἀντισχόντα τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα. Fluvium, qui alveum exercitui non suppeditarat, ita ut ei aqua sufficeret: sed defecerat, vel, sed alveum suum deseruerat. vii. 58. i. e. fluvium, cujus aqua copiis non suffecerat: Videtur autem metaphora sumta a rebus bellicis. Quum enim in bello nullam aciem satis firmam habemus, quam hostibus opponamus, ut ipsorum viribus alias numero, vel saltem virtute pares objiciamus, ac ita resistamus, tunc τοῖς πολεμίοις, vel πρὸς τοὺς πολεμίους, οὐκ ἀντέχειν δύνασθαι dicimur. Hic tamen ἀντέχειν transitive sumitur eo modo, quem supra declaravi. Quod minus frequens, ideoque observandum. Sic et illa τὸ ῥέεθρον ἐπιλιπεῖν, ut περί τινος ἐν μάχῃ λειποτάκτου nobis sunt intelligenda. Quid autem hæc significant? Illam fluminis illius aquam toti Xerxis (de quo ibi verba fiunt) exercitui non suffecisse, ita ut omnes, qui in eo erant, satis haberent, unde sitim restinguerent: sed alveum citius exhaustum, ac exsiccatum, quam omnes inde bibere possent. Tanta fuit copiarum illarum multitudo. Λίσσος ποταμὸς τότε οὐκ ἀντέσχετο τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε. vii. 108. Lissus fluvius non suffecit ad præbendam aquam Xerxis copiis. Hic est quædam levis mutatio τῆς φράσεως, quæ tamen idem significat utroque modo. At longe major est quum vii. 127. dicit Herodotus, μοῦνος [οὗτος ὁ ποταμὸς] οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε. id est, Solus hic fluvius non suffecit exercitui ad bibendum. Non habuit satis aquæ, quæ posset toti Persarum exercitui potum præbere. Vide ἀντιχρᾶν, et ἀποχρᾶν. Οὐδὲ οὗτος [ὁ ποταμὸς πινόμενος] ἀντέσχε. vii. 196.

ἀντέχειν. Com. Resistere. ἀντέσχον Ἁρπάγῳ. Harpago restiterunt. i. 175. ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀντέσχε. Diutissime restitit. ii. 157. Οὐ γὰρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον εἰσὶ τοι ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες. viii. 68. Haud enim Græci tibi diu resistere poterunt.

ἀντέχεσθαί τινος πράγματος. Locutio communis. Rei alicui adhærere. Rem aliquam sibi vendicare, nec velle eam dimittere. In rem aliquam attentius incumbere. ἀντέχεσθαι τοῦ πολέμου ἐντεταμένως. In belli curam vehementer intentum esse. Magna animi corporisque contentione in bellum incumbere. vii. 53.

ἀντέχεσθαι. Com. Adhærere rei alicui. Aliquid sequi, ita ut ei quodammodo adhæreamus. τῶν ὀχθῶν ἀντείχοντο, καὶ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος. ix. 56. Valla: Prærupta occuparant, et radices Cithæronis. Æ. P. Colles sequebantur, et radices Cith.

ἀντέχρησε. V. H. de quo in Lexicis vulgatis hoc tantum traditur, Suffecit, satis fuit: jungitur dativo. Vide ἀντιχρᾶν.

ἀντία, Ion. et poet. pro com. ἐναν-

τίον, κατενώπιον, ἄντικρυς, cum dativo. E regione. Gallice, *vis à vis.* ἀντία τοῖσι Πέρσῃσι ἵζοντο. E regione Persarum sedebant. v. 18.

ἀντία. Ion. et poet. cum genit. pro com. κατὰ, contra, vel adversus. τὰς καμήλους ἔταξε ἀντία τῆς ἵππου. Camelos adversus equitatum collocavit. i. 80. ἀντία σεῦ. Contra te. i. 124. ἀντία Ἀθηναίων. Adversus Athenienses. iii. 160. ix. 31. ἀνδία δούλων τασσομένους. ix. 48. Instructos, vel in acie collocatos adversus servos.

ἀντία ἰέναι τινὶ ἐς μάχην. Herodotea et poetica locutio. In prælium ire adversus aliquem. ἦν ἴωσι Λακεδαιμόνιοι ἀντία Πέρσῃσι ἐς μάχην. vii. 236. Si Lacedæmonii adversus Persas in prælium iverint.

ἀντιάζειν. Ionice et poetice, pro communi ἀπαντᾶν. Occurrere, obviam ire. ἀντιάζον. Occurrerunt, obviam iverunt. i. 166. ἀντιάζων τὸν Ἀραξίων στρατόν. Arabum copiis occurrens. ii. 141. ἀντιάζωμεν τὸν ἐπιόντα, Hosti nos invadenti occurramus. iv. 118. ὑπηντίαζον τὴν Δαρείου στρατιήν. Darii copiis clam occurrerunt, obviam clam iverunt. iv. 121. vel ex occulto occurrebant.

ἀντιᾶν. Ionice et poetice, pro communi ἀπαντᾶν, occurrere, obviam ire. βασιλεὺς ἀντιάσας. Rex obviam profectus. Gallice, *Le Roi leur étant allé au devant.* i. 105.

ἀντιβαίνειν. Com. Resistere, adversari. iii. 72. μὴ ἀντίβαινε τούτοισι. Ne his adverseris. v. 40. vi. 73. viii. 3.

ἀντίζεσθαι. Ionice, pro communi, ἀνθίζεσθαι. Idem ac ἀντικατίζεσθαι. Castra castris opposita, vel adversa habere. v. 1.

ἀντίης, vide ἐκ τῆς ἀντίης.

ἀντιθευσόμενος, η, ον. V. H. Qui contra aliquem est cursurus. In cursu adversarius futurus. In cursus certamine alicui adversarius futurus. v. 22. παρὰ τὸ ἀντιθέειν, εἶν.

ἀντικαθιζάνειν. Com. Substituere in alterius locum. ἐν νόῳ ἔχων ἀντικαταζήσειν ἄλλα [προβατα] πριάμενος. ix. 93. In animo habens alias [oves] emtas substituere [in locum earum, quas lupi voraverant.]

ἀντικάτησθαι. Ionice, pro communi ἀντικάθησθαι. E regione alicujus sedere. Castra castris opposita habere. ἀντικατημένοισί σφι. ix. 39. Ipsis castra castris opposita habentibus. ἀντικατημένοισι ἀλλήλοις. ix. 41.

ἀντικατίζεσθαι. Ionice, pro communi ἀντικαθίζεσθαι. Castra castris opposita, vel adversa habere. v. 1.

ἀντικατιζεύμενος, ὁ. Ion. pro com. ἀντικατιζόμενος, hocque pro ἀντικαθιζόμενος. Castra alicui opposita habens. iv. 3.

ἀντιλογίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἀντιλογία. ας. In jure disceptatio. ἡμεῖς ἡμέας αὐτοὺς ἐς ἀντιλογίην παρέξομεν. ix. 87. Ipsi nos ipsos ad disceptationem in jure præbebimus, [exhibebimus.] οἱ μὲν ἐδόκεον ἀντιλογίης κυρήσειν. ix. 88. Valla: Ipsi quidem putabant se crimen refutaturos. Æm. P. Illi quidem existimabant se disceptationem impetraturos. Vel, Se causæ dicendæ potestatem, ac in jure disceptandi facultatem impetraturos putabant. Quanquam ἀντιλογίη verti potest etiam causæ dictio, qua nobis concessa, criminibus objectis respondemus, contra ea dicimus, ea refutamus, ac ita nos purgamus.

ἀντίξοος, ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ ἀντίξοον. Ion. et poet. pro quo com. ἀντίπαλος, ἐναντίος, dicitur. Adversus, contrarius. τὸ ἀντίξοον. Id, quod alicui contrarium est, ac adversatur ejus conatibus. i. 174. Sic et Apollon. Rhod. τῶν Ἀργοναυτικῶν, lib. ii. v. 79. ὡς δ' ὅτε νῆϊα δοῦρα θοοῖς ἀντίξοα γόμφοις. Con-

sule Suidam, apud quem et *ἀντίξουν κατὰ κράσιν*, pro *ἀντίξοον*, dicitur. Sic et apud Aristot. *τῶν ἠθικῶν Νικομαχείων Θ.* cap. 1. *καὶ Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν [ἔλεγε] συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. τοῖσι Σκύθῃσι ἀντίξοον.* Scythis contrarium. Scythis adversarium. iv. 129. *στρατὸν ἀντίξοον Πέρσῃσι.* vi. 7. *ἄλλοι ἀντίξοοι αὐτῷ ἐγένοντο.* vi. 50. vii. 49. *ἡμῖν ἀντιξόους γενέσθαι.* vii. 150, 192, 218. viii. 119. Hinc *τὸ ἀντιξοεῖν, τὸ ἀντικεῖσθαι, ἐναντιοῦσθαι, ἀνθίστασθαι.* Pind. Ol. Ode xiii. v. 47. vide Scholia.

ἀντίον. Ion. et poet. pro com. *ἐναντίον.* Coram, cum gen. *ἀντίον ἄλλου.* Coram alio. In alius conspectu, ac præsentia. i. 133. *ἀντίον τοῦ μεγάρου.* E regione templi. v. 77. *ἀντίον Λακεδαιμονίων.* E regione Lacedæmoniorum, i. e. adversus Lacedæmonios. Contra Lacedæm. ix. 31.

ἀντίος, α, ον. Ion. et poet. pro com. *ἐναντίος.* Adversus. *ἀντίοι ἔστασαν.* ix. 18. Adversi steterunt. *ἀντίοι τοῖς καθιοῦσι.* ix. 26. Descendentibus adversi. ix. 62.

ἀντιοῦσθαι. Ionicum pro com. *ἐναντιοῦσθαι.* Adversari, sese opponere, resistere. *εὗρον ἀντιουμένην σφι στρατιήν.* Exercitum sibi resistentem invenerunt, nacti sunt. iv. 1. *ἠναντιοῦντο τοῖσι κατιοῦσι.* Redeuntibus [in patriam] resistebant. iv. 3. *τοῖς ἐμοῖσι πρήγμασι ἀντιωθῆναι.* Rebus meis adversari. iv. 126. *ἀντιώσονταί τοι ἐς μάχην.* vii. 102. In prælio tibi adversabuntur, resistent. Vel, Occurrent tibi ad prælium tecum committendum. vii. 139, 168. *ὑμῖν οὐκ ἀντιεύμεθα.* ix. 26. Vobis non adversamur, non resistimus.

ἀντιοῦσθαι. Ion. et poet. pro com. *ἀπαντᾶν.* Occurrere, obviam ire. *οὐδεὶς ἠντιώθη ἐς μάχην.* Nullus ad prælium [nobiscum committendum] occurrit, obviam processit. vii. 9. Sic *ἀντιώσονταί τοι ἐς μάχην.* Ad prælium tecum committendum occurrent. vii. 102.

ἀντιοῦσθαι. Ion. et poet. pro com. *ἀπαντᾶν.* Occurrere, obviam ire. Gallice, *Aller au devant.* *Κῦρος ἠντιοῦτο Κροίσῳ.* Cyrus Crœso obviam ivit. i. 76. vii. 139. *σοὶ ἀντιωθῆναι.* viii. 100. Tibi obviam venire, tibi occurrere. *οἱ ἡμῖν ἠντιώθησαν.* ibid. Qui nobis obviam venerunt. *ἡμῖν ἀντιώσεσθαι.* ix. 7.

ἀντιπολέμιος, ὁ. N. H. quo et Dionys. Halic. utitur. Hostis. iv. 134. *ἐδίζητο τοὺς ἀντιπολεμίους,* hostes quærebant. iv. 140. pro quo et *ἀνθιπόλεμος* dicitur. q. d. in bello adversarius. vii. 236. *τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα.* viii. 68. Res hostium.

ἀντιπόλεμος, ου, ὁ. N. H. quod et a Dionys. Halic. usurpatur, ut et *ἀντιπολέμιος,* de quo suo loco. In bello adversarius, hostis, adversarius. vii. 236. viii. 68.

ἀντιπρήσσειν. Ion. pro com. *ἀντιπράσσειν, καὶ ἀνθίστασθαι.* Adversari. i. 92.

ἀντίπρωρος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Qui proram in aliquem habet conversam. *ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γινόμενοι.* Cum proras in barbaros convertissent. viii. 11.

ἀντισήκωσις, ἡ. N. H. Compensatio. iv. 50.

ἀντιστασιώτης, ὁ. com. Adversæ factionis homo, contrariarum partium homo. *ἀντιστασιώτας κατεστήκεε.* Lat. Interpres: Repugnans. Sed hoc verba sonant, Adversæ factionis homines [adversus adversarium] constituit. Adversæ factionis homines in eum concitavit. i. 92. *δίκας τοὺς ἀντιστασιώτας αἴτεε τῆς ἑωυτοῦ φυγῆς.* Valla: Vocatis ad causam dicendam iis, qui contra ipsum in partibus fuerant, objecit culpam fugæ suæ. Sed hæc parum fideliter ab eo videntur explicata. Sic enim po-

tius sunt Latine reddenda, A contrariæ factionis hominibus pœnas sui exilii repetebat. Vel, Ab illis, qui contrariæ factionis fuerant, pœnas exilii sui reposcebat. iv. 164. Vel, Ab illis, qui in partibus contra ipsum fuerant, exilii sui pœnas repetiit. *τῶν ἀντισασιωτέων*. v. 69.

ἀντισατεῖν. Herodoteum verbum, pro com. *ἀνθίσασθαι*, adversari, resistere. iii. 52.

ἀντισχεῖν, ἀρκεῖν, ἀρκούντως παρέχειν. Vide *ἀντέχειν*.

ἀντιτείνειν. com. In partem adversam tendere. In contrariam partem trahere. Adversari. Repugnare. Resistere. *τούτοισι μὲν οὐκ ἀντιτείνομεν*. His quidem non adversamur, non resistimus, non repugnamus. vii. 161.

ἀντιτείνειν. Com. Repugnare, resistere, adversari. vii. 219. viii. 3. *ἀντιτεινόντων τουτέων*. ix. 106. His adversantibus.

ἀντίτυπος τύπος, quid. i. 68.

ἀντυπουργεῖν τί τινι. Aliqua in re vicissim alicui inservire. Ion. pro com. *ἀνθυπουργεῖν*. iii. 133.

ἀντιχρᾶν. V. H. pro quo et *ἀντέχειν*, et *ἀντισχεῖν*. et *ἀντισχέσθαι, συνωνύμως* ab eodem Herodoto dicitur. Vide suo loco. Communiter vero dicitur, *ἱκανὸν εἶναι, ἀρκούντως ἔχειν*, et *ἀρκεῖν* apud poetas, Sufficere, satis esse, suppetere. *μοῦνος οὗτος ὁ ποταμὸς οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε*. vii. 127. Solus hic fluvius exercitui eum potanti non suffecit: sed defecit. *θώϋμά μοι παρίσταται ὅκως τὰ σιτία ἀντέχρησε ωυριάσι τοσαύτῃσι*. vii. 187. Admiratio me subit, [miror] quomodo commeatus tot [hominum] millibus suppetierint. Pro eodem dicitur *συνωνύμως ἀποχρᾶν*. Vide suo loco.

ἄνω, τὰ μὲν ἄνω, κάτω θήσω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω. Gallicismus hunc Ionismum sic exprimit, *Je mettrai ce que dessus, dessous*. Id est, *Je renverserai tout l'ordre qui y est établi*. H. Steph.

ἀνώγειν. Ion. et poet. pro com. *κελεύειν*, jubere. iii. 81. vii. 104.

ἀνωθεῖν. Com. Repellere, propulsare. *βασιλῆα ἀνωσάμενοι*. vii. 139. Rege propulsato.

ἀνώϊστος, ὁ καὶ ἡ. N. H. pro com. *ἀνέλπιστος*, insperatus, improvisus, citra suspicionem, nihil suspectus, incognitus. fit autem ab *οἴω*, opinor, arbitror. (Hinc verbale *οἰστὸς, ἀνώιστος*, opinatus, exspectatus.) Inopinatus, inexspectatus. *τὸ α στερητικὸν, τὸ ν εὐφωνίας χάριν ἐπεμβάλλεται. τὸ δὲ ωἔκ τοῦ ὁ κατ' ἔκτασιν γίνεται*. Consule Magnum Etymologicum, et Hortos Adonidis. *ἀνωΐστου γενομένου* [*τοῦ πρήγματος*] *ἐς τὴν Πυθίην*. vi. 66. Valla: Quum erga Pythiam nihil suspicionis esset. Quod bene, si sensum spectes. Sed verba hoc sonant, Cum res careret suspicione erga Pythiam. id est, Cum nulla prorsus esset suspicio de Pythiæ sinceritate ac fide. Consule Suidam et Eustathium. Stephanus *ἀνωστοῦ* legendum censet. Sed lectionis hujus nullas hic reddit rationes, quas alibi se redditurum pollicetur. Quamobrem dum iste novam, *ἀνήκεστον, καὶ ἀνώϊστον* aliquam lectionis palæstram molitur, interea Lector discendi cupidus nostras conjecturas verisimilibus argumentis nixas æqui bonique consulet.

ἀνώϊστος, ου, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro com. *ἄγνωστος*, incognitus, ignotus. *Θεστορίδης, θνητοῖσιν ἀνώϊστων πολέων περ, οὐδὲν ἀφραστότερον πέλεται νόου ἀνθρώποισιν*. V. Hom. 16. Lat. Interpres hæc ita, Thestoride, ex multis, mortalibus abdita quæ sunt, Mens habet in primis cæcos humana recessus. Æ. P. Thestoride, quamvis multa mortalibus [sint] incognita, Nihil [tamen] hominibus magis est incognitum, quam mens [humana.

Vel, Nihil cognitu difficilius est, quam m. h.] Stephanus, quia Latinus Interpres vertit, Thestoride, nec dixit Thestorides, legendum ait Θεσ-ορίδη. Sed nihil mutandum. Est enim Atticismus vel pueris notissimus. Attici vocativum nominativo similem habent, ac dicunt ὁ, et ὦ παῖς. Consule Grammaticos. τοῦ ἀνωΐστου vocabulum explicat Eustath. πολέων, ἀντὶ τοῦ, πολλῶν. Ion. et poet. dictum. Subauditur autem ἐόντων. At pro νόον (ut in plerisque codicib. scriptum exstat) legendum νόου, quod ipsa constructio docet, atque flagitat.

ἀνωμοτί. H. V. Sine jurejurando. ii. 118.

ἀνωρίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἀνωρία, ας. N. H. q. d. Intempestivitas. Tempus non opportunum, neque commodum ad aliquid faciendum. ἔδοξε Μαρδονίῳ, ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν. viii. 113. Mardonio visum est tempus intempestivum, i. e. minime commodum esse ad bellum gerendum.

ἄνωρος, ὁ καὶ ἡ. Præcox, præmaturus, immaturus. ἄνωρον ἀποθανοῦντα, immatura morte præreptum. ii. 79.

ἀνῶσαι. Herodoteum verbum, pro com. quod inusitatum, ἀνοῖσαι, ab ἀνοίω, ἀνοίσω. τὸ ἀναφέρω, refero. συμβουλῆς περὶ ἐς θεὸν ἀνῶσαι. Ad Deum de consultatione, sive de consilio aliquo referre. i. 157. Est autem infinit. aorist. primus act. pro quo dicerent Poetæ ἀνενεῖκαι, vel ἀνενέγκαι, et in aoristo secundo ἀνενεγκεῖν, quod et in soluta oratione frequens occurrit. In vulgatis Lexicis perperam ἀνῶσαι sine ι subscripto legitur in verbo ἀνωθέω, ῶ. et ad ἀνώθω refertur.

ἀνώσασθαι. Ion. pro com. ἀπώσασθαι. Repellere, propulsare. νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι. viii. 109. Tanta hominum nube propulsata.

ἀξιαπηγητότατος. Memoratu dignissimus. ἔρξε ἀπεδέξατο ἀξιαπηγητότατα. Facinora præclarissima, memoratuque dignissima fecit, edidit. pro ἀξιαφηγητότατα ἀπεδείξατο, τουτέστιν ἀφηγήσεως ἀξιώτατα. i. 16, 177. ii. 99, 137. ἀξιαπήγητος, pro ἀξιαφήγητος. Memoratu dignus. v. 57.

ἀξίη, ης. Ion. pro com. ἀξία, dignitas, meritum, magnitudo rei alicujus, quæ aliquid meretur, pretium. κατὰ τὴν ἀξίην ἑκάστου ἀδικήματος ἐδικαίευ. Pro cujusque delicti magnitudine mulctam irrogabat, pœna mulctabat. i. 100. ἡ ἀξίη τῶν φορτίων. Mercium pretium. iv. 196. ὑποτελέειν ἀξίην βασιλεῖ. Regi, quod æquum est, pendere. iv. 201. Vel, Regi pendere, quod ejus majestas meretur.

ἀξιοθέητος. Ion. pro com. ἀξιοθέατος. Spectatu dignus. i. 14. [θέης ἄξιος. i. 25.] i. 184. ii. 111, 163, 176. ἀξιοθεητότατον. ii. 176, 182. ἀξιοθέητον. iii. 123. iv. 85, 162.

ἀξιόμαχος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui ad resistendum alicui in pugna par est. Qui alicui resistere potest pugnando. ἀξιόμαχοι τῆσι Αἰγινητέων νηυσὶ συμβαλέειν. Pares ad confligendum cum Æginetarum navibus. vi. 89. νεῶν ἀξιομάχων δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα. vii. 138. Naves, quæ hostem adventantem excipere possent. Vel, Quæ pares essent ad excipiendum hostem adventantem ἀξιόμαχοι γινόμεθα τοῖσι ἐπιοῦσι. vii. 157. Pares sumus ad hostibus nos invadentibus resistendum. vii. 236. viii. 63. ἀξιομάχους κείνοισι. ix. 90.

ἀξιόνικος, ὁ καὶ ἡ. N. H. Victoria dignus. Dignus, qui præter ceteros aliquid obtineat. Et simpliciter pro ἄξιος videtur accipi. οὐδεὶς αὐτέων ἀξιονικότερος ἦν αὐτοῦ Ξέρξεω ἔχειν τοῦτο τὸ κράτος. vii. 187. Valla: Nemo erat, qui cum Xerxe ipso posset contendere, tanquam dignior, qui illud imperium obtineret. Æ. P. Nullus ipsorum

ipso Xerxe dignior erat, qui illud imperium obineret. ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν. ix. 26. Digniores sumus, quam Athenienses, qui locum hunc obtineamus in acie. ix. 28. Vel, Atheniensibus digniores sumus, qui hunc in acie locum obtineamus. Valla vero vertit, hanc dignitatem. Sed jam τάξις certum in acie locum significat.

ἄξιος τινός. Cum aliquo conferendus, comparandus. Alicui æquiparandus. οὐδὲ ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας; Ne privatis quidem viris nos æquiparandos duxisti? i. 32.

ἄξιος. Interdum pro ἀντάξιος. Par, æquiparandus, conferendus cum aliquo. Vel, anteponendus. Οἱ Ἕλλήνων ἕκαστος φησὶ τριῶν ἄξιος εἶναι. vii. 104. Qui singuli se tribus Græcis pares esse dicunt. Vide ἀντάξιος.

ἀξιοῦν. com. ἄξιον κρίνειν. Dignum censere, dignum judicare, dignari. πάντων πρὸς σέο βουλευμάτων ἐπακούειν ἀξιεῦμαι. A te dignus judicor, qui omnia [tua] consilia audiam. v. 106.

ἀξιοῦν. com. ἄξιον νομίζειν. Dignum judicare. ἀξιεύμενος θυγατρὸς τῆς σῆς. ix. 111. Tua filia dignus judicatus.

ἀξιόχρεως, ὁ καὶ ἡ. Ionice et Attice. Qui est solvendo, ac proinde fide dignus. Qui solvere potest quod debet, ac ideo dignus cui pecunia credatur. Locuples, idoneus. Interdum et pro simplici ἄξιος accipitur. ὅσα ἀξιόχρεω ἀπηγήσιος. Quæcunque sunt memoratu digna. v. 65. ὑπ' ἀξιόχρεω ἀποθανεῖν. A viro magni nominis, ac auctoritatis cædi. v. 111. Sic apud Virgil. Æneid. x. v. 829. Hoc tamen infelix miseram solabere mortem, Æneæ magni dextra cadis. Nam a magno viro cædi solatium aliquod esse ducitur, vel saltem (ut Herodot. v. 111. loquitur) ἡμίσεα συμφορή. i. e. Dimidium calamitatis.

ἀξίως λόγου μάχεσθαι. vii. 211. Pugnam memoratu dignam committere.

ἄξυλος, ὁ καὶ ἡ. com. Lignorum expers. Lignis carens. iv. 61. ἄξυλος χώρη. iv. 185.

αο, Ionica terminatio in secunda persona verborum aorist. 1. medii communiter in ω desinentium, ut ἐτυψάμην, ἐτύψαο. Ion. ἐτύψαο. Sic ἐξεργάσαο, pro ἐξειργάσω. Fecisti, patrasti. i. 45. κατεχρήσαο. Interfecisti. i. 117. ἐργάσαο, pro εἰργάσω, perpetrasti. ii. 115. διεπρήξαο, pro διεπρήξω. iii. 62. προσεκτήσαο. iii. 120. ἐφθέγξαο, pro ἐφθέγξω. v. 106. ἐργάσαο. ibid. ἀπωρχήσαο. vi. 129. ὑπεθήκαο. vii. 15. ἐκτήσαο. vii. 29. ἐργάσαο. vii. 46.

ἀοιδὴ, ῆς. Ion. et poet. pro com. ᾠδή, cantio. ii. 79.

ἀοίδιμος, ὁ καὶ ἡ. Ionice et poetice. Celebris, qui celebratur. ii. 79. 135.

ἀοιδὸς, ὁ. Cantor. i. 24.

ἀοίκητος, ὁ καὶ ἡ. N. H. ii. 34. iv. 31. Inhabitatus, inhabitabilis, incultus. τὰ ὑπὸ τὴν ἄρκτον ἀοίκητα δοκέει εἶναι, διὰ τὰ ψύχεα. Loca, quæ sunt sub ursa, propter frigora, videntur inhabitabilia esse. v. 10.

ἀοίκητος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Inhabitatus, inhabitabilis. τίνι τρόπῳ ἀπίκοιτο ἐς τόπους ἀοικήτους. V. Hom. 21. Quonam modo in loca inhabitata [deserta] venisset.

ἀοράτως. Invisibiliter, invisibili ratione. Ctesias Pers. 4.

ἀπάγειν. Com. Abducere, deducere, adducere. ἐδεῖτο ἀπαγαγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν βουλήν. V. Hom. 12. rogabat [ipsum] ut se in Senatum deduceret. τοῦ ἀπάγοντος αὐτόν. V. Hom. 13.

ἀπαγὴς, ὁ καὶ ἡ. vii. 61. Impenetrabilis. Sic enim Valla vertit. ἀπαγὴς autem compositum ex præpositione ἀπὸ, quæ (ut docet Eustathius) in compositione pri-

vationem sæpe significat, et ex verbo ἄγω, ἄξω, quod præter alia significat etiam κλῶ, θραύω, id est frango, comminuo, ut idem Eustath. demonstrat. Herodotus τιάρας ἀπαγέας videtur vocare, tiaras ex materia solida firmaque compactas, et quæ propterea non facile frangi, nec facile penetrari poterant. ἀπαγὴς igitur accipietur pro ἀαγής. Ut ἀαγὲς ῥόπαλον, τὸ μὴ ἀγνόμενον, ἀλλ' ἄκλαυστον, καὶ ἄθραυστον. Vel ἀπαγὴς idem valet ac εὐπαγὴς, firmiter, vel egregie compactus, ut τὸ α nunc non privationem, sed intensionem, aut operis elegantiam significet. πηγνύω vero, πήγνυμι, μ. πήξω. ἀορ. β. ἔπαγον. hinc Latinum pago, et pango; unde compingo, jungo, figo, planto. περὶ τοῦ α μορίου πολυσήμου consule Eustath. In vulgatis Lexicis hoc tantum legitur, ἀπαγέας, impenetrabiles, ab ἀπαγής. Quare vocis hujus ἐτυμολογίαν in gratiam linguæ Græcæ studiosorum pluribus explicare volui. Quæ tamen dixi, sola verisimili conjectura nituntur. Nihil enim apud quenquam hac de re traditum comperio.

ἀπαγινέειν. Ionice, pro communi ἀπάγειν, hocque pro ἀποφέρειν, καὶ προσφέρειν, afferre. τοῖς ἀργύριον ἀπαγινέουσι. iii. 89, 92. Pecuniam afferentibus. διηκόσια ἀπαγίνεον τάλαντα. 200 talenta afferebant. iii. 93, 94. φόρον ἀπαγίνεον. Tributum afferebant, tributum pendebant. iii. 94.

ἀπαγινέειν. Ionicum pro communi ἀπάγειν, ἀποφέρειν, abducere, absportare. ἀπαγινέοντας φορτία Αἰγύπτια, merces Ægyptias absportantes, vehentes. i. 1. [V. ἐπαγινέειν.] τοῖς ἀργύριον ἀπαγινέουσι. ἀντὶ τοῦ ἐπαγινέουσι, καὶ ἄγουσι, τουτέστι φέρουσι. iii. 89, 92.

ἀπαγορεύειν. Com. Interdicere, prohibere, vetare, dissuadere, deterrere. πολλὰ τῶν μαντηίων ἀπαγορευόντων. Oraculis multum dehortantibus. Magnopere deterrentibus. iii. 124. ἀπηγόρευον Σκύθησι μὴ ἐπιβαίνειν τῶν σφετέρων οὔρων. Scythis interdixerunt ne suos fines ingrederentur. iv. 125. ἀπειρῆσθαί οἱ. Sibi interdictum fuisse. vi. 61.

ἀπαγορεύειν. com. Recusare, denegare, rejicere, contemnere, deserere. θέλων εἰδέναι εἴτε συμπέμψουσι, εἴτε καὶ ἀπερέουσι ἐκ τοῦ ἐμφανέος τὴν Ἑλλήνων συμμαχίην. vii. 205. Valla: Sciendi cupidus an una mitterent auxilia, an ex professo adimerent Græciæ societatem. Æ. P. Scire cupiens utrum cum [ceteris Græcis copias] essent missuri, an vero etiam palam, [et aperte] Græcorum societatem essent recusaturi, [vel repudiaturi, contemturi, deserturi.] Vide ἀπείπασθαι.

ἀπαγωγὴ φόρου. Tributi pensio. i. 6, 27. ii. 182.

ἀπαδεῖν. Ion. et poet. Displicere. τῷ τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα ἀπαδεῖν, huic patris opera displicuisse [tradunt.] ii. 129.

ἀπαθὴς κακῶν. Malorum expers. Qui mala non patitur. i. 32. ii. 119. iii. 147. ἀεικείης ἀπαθής. Fœdæ cladis expers. iii. 160. κακῶν ἀπαθής. Qui nullum malum adhuc est expertus. v. 19. vii. 184. ix. 79.

ἀπαθής. com. pro ἄπειρος, καὶ ἄγευστος. Qui non est passus, qui non est expertus, qui non gustavit, qui non sensit. οἱ Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. Massagetæ sunt bonorum, et commodorum magnorum expertes. Massagetæ bona, et præclaras res, easque magnas non gustarunt. Vel, Bonorum, et deliciarum magnarum sunt expertes. i. 207. Bona, deliciasque magnas non gustarunt, non sunt experti. ἀπαθέα κακῶν ἀποδοῦναι τὴν νῆσον. Insulam malorum expertem reddere. iii. 147. ἀπα-

θέα τῆς ἀεικείης, fœdæ cladis expertem. iii. 160. Vide ἀπαθὴς κακῶν. Qui nulla mala gustavit, sensit, expertus est. v. 19. ἀπαθέες τῶν πόνων. Laboribus ferendis non assueti. vi. 12. ἀπαθὴς κακῶν ἔην ὁ στρατός. vii. 184.

ἀπαίρειν. Discedere. Proficisci, solvere portu. In altum provehi. Est autem commune quidem verbum et aliis: at loquendi genus est ἑλλειπτικόν. viii. 60. Integrum vero, ἀπαίρειν τὰς νῆας, εἴτε ναῦς. quasi dicat, τὰς ναῦς ἀπὸ τῆς γῆς αἴρειν, καὶ ἀνάγειν, εἴτε εἰς τὸ πέλαγος ἄγειν· id est, Naves a terra tollere, et in altum ducere. ἣν ἀπαίρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος. viii. 57. Valla: Si a Salamine proficiscantur. Quod bene, si sensum spectes; sed vis Græcorum verborum non explicatur. Vertendum enim, Si naves a Salamine in altum ducant. Vel, Si naves a Salamine per altum abducant. Pro quo συνωνύμως dicitur τὰς νῆας ἀνάγειν. Naves in altum ducere, quasi dicat, ανω, τουτέστιν εἰς τὸ πέλαγος ἄγειν. quod locutionis genus usurpat ibidem Herodotus. viii. 57. ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν. Naves ad Isthmum per altum deducere. ἀνάγειν, et ἀνάγεσθαι (κατάγειν, et κατάγεσθαι.) In altum ferri, ad littus appellere. ἀπαίρειν, καταίρειν. Utrunque legitur apud Thucydidem, consule Græco-latinum Indicem. Vide ἀνάγειν. Virgil. Æneid. i. 34. Vix e conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, et spumas salis ære ruebant. Herodot. viii. 60. loquitur ἐλλειπτικῶς. ἐπεὰν ἀπαίρωσι ἀπὸ Σαλαμῖνος.

ἀπαιρεῖσθαι. Ion. pro com. ἀφαιρεῖσθαι. Privari, spoliari. Spoliare, privare. ἔλεγον ὡς ἀπαιρεθείησαν [τὸν κρητῆρα] ὑπὸ τῶν Σαμίων. Dixerunt craterem sibi a Samiis ereptum. i. 70. τί σφέας ἀπαιρήσεαι; Quid ipsis auferes? i. 71. ἀπαιρεόμενοι, eripientes, auferentes. i. 89. ἀπαιρεόμενος τὰ χρήματα. Pecunias auferens. ibid. μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχήν. Ne regno privarer. iii. 65. ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους. viii. 3. Lacedæmonios principatu spoliarunt.

ἄπαις ἔρσενος, καὶ θήλεος γόνου. Masculæ, fœmineæque prolis expers. iii. 66. ἀποθανόντος Κλεομένεος ἄπαιδος ἔρσενος γόνου. Cum Cleomenes maris sobolis expers obiisset. vii. 205.

ἀπαλλαγή. ἡ τοῦ ἀπαλλάττεσθαι δύναμις, καὶ ἀφορμή. Effugium, evadendi facultas. οὐδέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμίη. Nec ei dabatur ulla evadendi facultas. i. 12.

ἀπαλλαγὴ, ῆς, ἡ. com. pro quo dicitur et ἀποχώρησις. Discessus. vii. 207.

ἀπάλλαξις, ιος, ἡ. N. H. Discessus. Discedendi vel evadendi facultas. ἀπάλλαξις οὐκ ἦν, ὅτι μὴ κατὰ στεινόν. ix. 13. Valla: Neque evadi poterat, nisi per angustias. Æ. P. Nulla [illinc] abeundi facultas erat. Vel, Nulla illinc evadendi facultas dabatur, nisi per angustias. στεινὸν, subst. χωρίον.

ἀπαλλάσσειν, sive ἀπαλλάττειν. com. Interdum tamen neutraliter positum reperitur apud Herodotum pro, aliquem rei alicujus exitum habere. Aliquem esse rei alicujus exitum. ὁ μὲν δὴ πρῶτος στόλος ἐκ Λακεδαίμονος οὕτω ἀπήλλαξε. v. 63. Prima igitur navalis expeditio a Lacedæmoniis suscepta hunc habuit exitum. Vel, Hic igitur fuit exitus primæ Lacedæmoniorum expeditionis.

ἀπαλλάττεσθαι. Discedere. Liberari. et pro eodem ἀπαλλάττειν, sive dicas subaudiendum accusativum personæ, sive activum pro passivo positum Attice, sive neutraliter accipiendum censeas. ἀπὸ τούτων οὐκ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξεν. Ab his non discessit ut volebat.

Hinc ex animi sententia non recessit, nec se negotiis istis liberavit, ut optabat. i. 16. *ἀπαλλάσσετο ὀπίσω.* Retro discedebat. Se domum recipiebat. i. 17. *ἀπηλλαγμένος τῆς εὐηθίης.* A stultitia alienus, vel remotus, i. 60. *ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης.* Ex agro discessit. i. 61. *ἀπαλλαχθέντας δουλοσύνης.* Servitute liberatos. i. 170. *ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία.* Domum discedit. i. 199. *ταχὺ ἀπαλλάττονται.* Celeriter discedunt. i. 199. ii. 93. *τῶν παρεόντων κακῶν ἀπαλλαγήσεσθαι.* Malis præsentibus liberatum iri. ii. 120. *ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας.* Ad Persas abiit. iii. 4, 56, 111. *ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς* Πελοποννήσου. Ex Peloponneso discedere. iii. 148. iv. 156, 164. v. 64. vii. 149. ix. 11.

ἀπαμξλύνειν. com. Hebetare. *αὐξανομένῳ τῷ σώματι συναύξονται αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι, καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμξλύνονται.* Cum corpore crescente, simul crescit ingenium, consenescente vero, consenescit, et ad omnes res [ac actiones] hebetatur, hebes, languidumque redditur. iii. 134. Potes etiam ita vertere, Corpore crescente, simul etiam crescit prudentia, consenescente vero, consenescit, et ad omnes res hebetatur, hebes, ac languida redditur.

ἀπαμμένος. Ion. pro com. *ἀφημμένος. ἀποκρεμάμενος.* Dependens. ab *ἀφάπτομαι.* Dependeo. ii. 121. §. 4.

ἀπαμῦναι τὸν βάρξαρον. ix. 90. Propulsare barbarum.

ἀπαντίον. Ion. et poet. E regione. Gallice, *vis à vis.* vii. 34. Vel, *tout devant.*

ἀπάξιος, ὁ. Apud Herodotum præter morem (proprie enim *τὸν ἀνάξιον* significat, i. e. indignum) accipi videtur interdum pro simplici *ἄξιος*, dignus. *Τῶν ἐγὼ οὐ παραμέμνημαι. οὔτε γὰρ ἔθνεος ἑκάστου ἀπάξιοι ἦσαν οἱ ἡγεμόνες.* vii. 96. Quorum ego nullam mentionem feci. Nec enim singularum gentium duces [commemoratione] digni erant. Eodem modo et Valla vocem hanc accepit. Sed fortasse pro *ἀπάξιοι* scribendum *ἐπάξιοι.* Facilis est unius literæ lapsus, ac permutatio. *ἐπάξιος* enim *ἀντὶ τοῦ ἄξιος* apud poetas reperitur. unde *ἐπαξιόω, ὦ. τὸ ἀξιῶ, καὶ ἄξιον κρίνω.* ut Schol. Græcus illud Sophocleum Electræ carmen, v. 658. explicat: *ἐπαξιῶ σε δαίμον' ὄντ' ἐξειδέναι.* Soph. in Philoctete v. 803. *τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν.* Vulgata Lexica, *ἐπάξιος.* Egregius, dignus. *ἐπάξιος γάμος.* Sophocles. Sed locus non notatur, qui exstat in Electra, pag. ex Hen. Steph. typis, 123. (v. 971. Brunck.) Pindarus Nem. Ode vii. v. 130. *χάρμα πάντων ἐπάξιον,* gaudium cæteris omnibus dignum, i. e. æquiparandum, appellat. Hoc in Lex. vulg. non exstat. Quare hic in gratiam *τῶν φιλελλήνων* scribere non sum gravatus. Herodotus etiam ii. 79. *ἐπάξια νόμια* vocat eximia, magnique facienda instituta. Unde conjicio pro *ἀπάξιοι* potius *ἐπάξιοι* scribendum hoc loco. Idem Pind. Isthmiorum Ode iv. v. 76. *παγκρατίου, σ-εφάνωμ' ἐπάξιον.* Eurip. Bacchis v. 716. *θαυμάτων τ' ἐπάξια.* Res admiratione dignas sic appellat.

ἀπαραιρημένοι τὰ ὅπλα. Ion. pro com. *ἀφῃρημένοι τὰ ὅπλα.* ix. 103.

ἀπαραιρημένος. Vide *ἀραιρημένος.*

ἀπαραιρέομαι, ἀπαραιροῦμαι. V. H. pro com. *ἀφαιρέομαι, ἀφαιροῦμαι.* Spolior, privor, exuor, diripior. *Πυθόμενος Σπαρτιήτας τὴν ἡγεμονίην ἀπαραιρεῖσθαι ὑπὸ Γέλωνος.* vii. 159. Valla: Si audiret Spartiatas imperium subdidisse Geloni. Hanc interpretationem et in vulgatis Lexicis habes. Herodoti tamen liber, locusque præteritur. Æ. P. Si audiret Spartanos imperio, vel principatu a Gelone

privatos, sive spoliatos fuisse. Vide ἀπαιρεῖσθαι, et ἀφαιρημένος.

ἀπαῤῥάσσειν. com. fut. ἀπαῤῥάξω. Deturbare, depellere. τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς νηὸς ἀπήῤῥαξαν. viii. 90. Propugnatores de navi deturbarunt. Sic etiam apud Suidam hoc verbum per geminum ῥ scriptum legitur in voce ἀπαῤῥάξειεν, quam interpretatur, ἀποσπάσειεν, ἀποχωρίσειεν. At in vulgatis Lexicis Græco-lat. per simplex ρ scribitur, ut et apud Eustath. in voce ἀπήραξεν, ἀντὶ τοῦ ἄρει, τουτέστι σιδήρῳ ἀπέκοψε. Vide apud eundem ἀπαράσσειν.

ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν παρατατικῶν, ἢ ἀορίστων. Infiniti modi pro imperfectis, aut aoristis, et plerumque præcedente ὡς, vel ἐπεί. ὡς παρεῖναι αὐτούς. ἀντὶ τοῦ, ὡς αὐτοὶ παρῆσαν. Cum illi advenissent. i. 24. ἱστορέεσθαι, pro ἱστόρησεν. quæsivit, sciscitatus est. Quanquam in hoc verbo subaudiri potest λέγουσιν, ut hinc infinitus iste regatur. ibid. ὥς μιν προσῆναι, pro ὡς αὐτὸς προσέστη. i. 86. Vide in ὡς cum infinito. In eodem et sequenti cap. multa sunt exempla ejusdem constructionis. ὡς οὐ παύεσθαι, pro ὡς οὐκ ἐπαύετο. Cum [mala] non cessarent. i. 94. ἐπεὶ οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζεσθαι, pro ἐπεὶ τὸ κακὸν οὐκ ἀνίει, ἀλλ' ἐβιάζετο. Cum malum non remitteret, sed etiam multo majorem vim [hominibus] afferret. ibid. τῷ οὔνομα εἶναι, pro ἦν. ibid. ὡς ψευσθῆναι, pro ὡς ἐψεύσθη. i. 141. ἐπείτε λιπαρέειν, pro ἐπεὶ ἐλιπάρει. ii. 42. ὡς δὲ χέρσον γεγονέναι, pro ὡς δὲ χέρσος ἐγεγόνει. ii. 99. τοὺς κλέπτας οὐκ ἀνιέναι, pro οἱ κλέπται οὐκ ἀνίεσαν. fures non cessabant. ii. 121. §. 2. εἶναι, pro ἦν. iii. 95, 105. εἰ μὴ γίνεσθαι, pro εἰ μὴ ἐγίνετο. iii. 108. συμπεσέειν, pro συνέπεσον. iii. 120. εἰπεῖν, pro εἶπε. ibid. φυλάσσεσθαι, pro ἐφυλάσσετο. iv. 7. ἐπεὶ τοὺς παῖδας ἀνδρωθῆναι, pro ἐπεὶ οἱ παῖδες ἠνδρώθησαν. iv. 10. ἐπεὶ τοὺς ἀποπεμφθέντας οὐκ ἀπονοσέειν, pro ἐπεὶ οἱ ἀποπεμφθέντες οὐκ ἀπενόσουν. iv. 33. ἀδικέειν αὐτοὶ, pro ἠδίκεον. iv. 43. λαμβάνειν, pro ἐλάμβανον. ibid. δυνατὸν εἶναι, pro ἦν. ibid. ἐνίσχεσθαι, pro ἐνίσχετο. ibid. ὡς γενέσθαι, pro ὡς ἐγένετο. iv. 179. ὑπερβάντα εἶναι, pro ὑπερβὰς εἴης ἄν. v. 17. ἐπεὶ δὲ ἐσερῆσθαι αὐτέων, pro ἐπεὶ ἐσερήθησαν. v. 84. ὡς ἐμὲ εὑρίσκειν, pro ὡς ἐγὼ εὑρίσκω. vii. 24. οὐκ ἂν οὕτω μοι δοκέειν χρησθῆναι, pro οὐκ ἂν οὕτω μοι δοκέει χρήσθαι. vel, οὐκ ἂν οὕτω (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) ἐχρήσθη. vii. 143. ἐπεὶ δὲ σφέας παραλαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας. vii. 150. pro ἐπεὶ δὲ σφεες, ἦγουν αὐτοὶ, παρελάμβανον τοὺς Ἕλληνας. ὡς δὲ φεύγοντας γίνεσθαι, pro ὡς δὲ φεύγοντες ἐγένοντο. viii. 94. ὡς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι, λέγειν, pro ὡς γὰρ ἀγχοῦ ἐγένετο. ibid. ἐπεί τε παρελθεῖν τὸν καλεόμενον τοῦτον, ἔπεσθαι οἱ τῶν ἀσῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς. viii. 135. pro ἐπεὶ δὲ παρῆλθεν ὁ καλούμενος οὗτος, εἵποντό οἱ τῶν ἀσῶν αἱρετοὶ ἄνδρες τρεῖς. Δοκέειν, pro ἐδόκεε. ix. 41.

ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν προστακτικῶν. ἐπισχέειν, pro ἐπίσχες. Illud Ion. hoc vero commune. Sententiam sustine. Ne dic. Ne pronuntia. i. 32. καλέειν, pro κάλει. voca. ibid. φεύγειν μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι. i. 55. Σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, pro στράτευου. Tu vero in meam gratiam cum copiis adversus Græciam proficiscaris. Græciæ bellum inferas. iii. 134. ἔχειν, pro ἐχέτωσαν. iii. 155. κελεύειν, pro κέλευε. ibid. ἡσυχος εἶναι, pro ἴσθι. iv. 163. ποιέειν, pro ποίει. v. 23. ἀποδοῦναι, pro ἀπόδος. vi. 86. χρᾶσθαι, pro χρῶ. vii. 209. ἀπέχειν, pro ἄπεχε. viii. 20. Consule nostrum Dor. Lexic. in ἀπαρέμφατα, et Eustath.

ἀπαρτί. Ion. et poet. Omnino, plane,

in summa. ἀναισιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐννενήκοντα. Dies omnino, vel in summa, 90 consumuntur. v. 53.

ἀπαρτιλογίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἀπαρτιλογία. Vulgo rotunda ratio. Solida, integraque summa, cui nihil deest, et in qua nihil superest, nihil redundat. Gall. *Un compte tout rond.* vii. 29.

ἀπαρύειν. V. H. Exhaurire, delibare. τὸ μὲν αὐτοῦ [τοῦ γάλακτος] ἐπισ-άμενον ἀπαρύσαντες, ἡγέονται εἶναι τιμιώτερον. τὸ δ' ὑπισ-άμενον, ἧσσον τοῦ ἑτέρου. Valla: Cujus [lactis] quod summum est delibatur, pretiosiusque habetur: vilius autem, quod subsidit. Sed ita melius, Ac ipsius quidem [lactis] supernatantem, [summamque partem] exhaurientes, [vel delibantes,] pretiosiorem [altera Scythæ] putant. Subsidentem vero [partem] altera minus [pretiosam ducunt.] iv. 2.

ἀπάψας. Ion. pro com. ἀφάψας. Qui nexuit. Qui ligavit. ἀπάψας ἄμματα ἑξήκοντα. Quum 60 nodos nexuisset. iv. 98.

ἀπεδέξατο. Ion. pro com. ἀπεδείξατο. Demonstravit, edidit, fecit. i. 16.

ἄπεδον, ου, τό. Nomen substantivum. Ion. et poet. pro com. πεδίον. Planities. Campus. τετράγωνον ἄπεδον πεποίηται. Quadrata planities facta est. iv. 62. Alias est nomen adjectivum, de quo nostrum Xenophontis Græco-latinum indicem consule. Sic et Herod. ix. 102. ἄπεδον χῶρον, planum locum, i. e. planitiem appellat.

ἀπείθη. Ion. pro com. ἀφείθη. Dimissus est. vii. 122.

ἀπειλεῖν ἐς ἀναγκαίην. Herodotea locutio. q. d. In necessitatem involvere. Vel, in necessitate implicare. In necessitatem compellere. Ad necess. redigere. ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας. viii. 109. Ad necessitatem redactos.

ἀπειλεῖσθαι. Involvi, implicari. ἀπειλεῖσθαι ἐς ἀπορίην. In aliqua gravissima difficultate implicari. Redigi ad aliquam gravissimam difficultatem. i. 24. Vide κατειλεῖν. ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας. viii. 109. Ad necessitatem redactos. In necessitatem compulsos. οἱ Ἀργεῖοι ἀπειληθέντες ἐς στενόν. ix. 34. Argivi in angustias compulsi.

ἀπειλητήριοι λόγοι. Herodotea locutio. Minacia verba. viii. 112. Ovid. lib. i. v. 89. τῶν μεταμορφώσεων verba minantia vocat. Sic enim ille, Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo, Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat. Pœna metusque aberant; nec verba minantia fixo Ære legebantur.

ἀπεῖπαι. Ion. et poet. pro com. ἀπαγορεῦσαι. Interdicere, prohibere, vetare. ἀπεῖπας τοῖσι ἰδοῦσι μηδενὶ φράζειν τὸ γεγονός. Cum interdixisset iis, qui [mulæ fœtum] viderant, ne rem, quæ acciderat, cuiquam enuntiarent. iii. 153.

ἀπείπασθαι. com. Abdicare. παῖδας ἀπείπασθαι. Filios abdicare, filios familia abjicere, filios a sua familia abalienare. i. 59. [Vide verbum Abdicare in Hottomanni Lexico Juris.]

ἀπείπασθαι. com. Recusare, rejicere, repudiare, contemnere. ἀπείπατο τὴν πρόσοδον. Accessum ei recusavit, denegavit. i. 205. τῶν ἀπειπαμένων τὴν σφετέρην συμμαχίην. Eorum, qui suam societatem recusarant. qui societatem secum inire recusarant. iv. 120, 125. ἀπειπάμενος τὴν ὄψιν. Visione repudiata, rejecta, neglecta. v. 56. οὐκ ἀπείπαντο τὴν ἐπικουρίην. Auxilium non denegarunt. vi. 100. ἀπειπάμενος τὴν στρατηλασίην. Detrectata militia. vii. 14. Vide ἀπαγορεύειν. ix. 7.

ἀπείργειν. com. Arcere, prohibere, avertere, deterrere, defendere. ἀπείργουσα τοὺς φιλίους φεύγοντας ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. ix. 68. Valla: Ut arceret eum [equitatum] ab

amicis, quos Græci insequebantur. Æ. P. Amicos fugientes a Græcis defendens. Vel, Defendens a Græcis amicos fugientes. Vel, Græcos arcens ab amicis fugientibus, [quos Græci persequebantur.] Ἀπείργειν enim hoc loco sumendum videtur pro defendere. Vel, si arcere significat, ὑπαλλαγὴν in verbis istis esse dicemus, ἀντὶ τοῦ, ἀπείργουσα τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ τῶν φιλίων [αὐτοὺς διώκοντας] φευγόντων.

ἀπείρως ἔχειν τῶν νόμων. Legum imperitum esse. ii. 45.

ἀπελήλατο τῆς φροντίδος περὶ βασιλητης. vii. 205. Herodotea locutio. Valla: Aberat a cura regionis adipiscendæ. Sed hoc verba sonant, A cura de regno abactus fuerat. Sensus, a cura de regno obtinendo arcebatur. Propter fratres natu majores, qui vivebant, ab omni cura de regno obtinendo liber erat. De regno solicitus non erat.

ἀπελόμενοι. Ion. pro com. ἀφελόμενοι. Cum eripuissent, cum abstulissent. i. 14. ἀπελὼν τὰ ἄχθεα. Detractis oneribus. i. 80. οἵ με γέρεα ἀπελόμενοι πατρῴα. vii. 104. Qui cum me paternis honoribus privarint.

ἀπεναντίον. Adverbium. com. Ex adverso, e regione. ἐς τὴν ἀπεναντίον [χώραν] ἀνήγοντο. In ulteriorem regionem ex adverso sitam iverunt. vii. 55.

ἀπενειχθέντα. Ion. pro com. ἀπενεχθέντα. Relata, renuntiata. i. 66. iv. 120.

ἀπενειχθῆναι ἐς Αἴγυπτον. In Ægyptum delatos esse. ii. 152. ἀπενειχθεὶς ἐς Λιβύην. iv. 151. ἀπενειχθέντας. iv. 164.

ἀπέντες. Ion. pro com. ἀφέντες. vii. 60. Vide ἀπιέναι.

ἀπέντα. Ion. pro com. ἀφέντα. v. 39. Vide ἀπιέναι.

ἀπεξηραμένος, η, ον. Si codex sanus, dictum Ionice sublato altero μ, pro com. ἀπεξηραμμένος. Exsiccatus, arefactus. vii. 109. ab ἀποξηραίνω, ῶ. Exsicco, arefacio. Vel ut ab ἀποξηράω, ῶ. μ. άσω. ut a πειράω, ῶ. π. πεπείραμαι. ἡ μετοχὴ, πεπειραμένος, η, ον.

ἀπέργειν. Ion. et poet. pro com. ἀπείργειν, τὸ διαχωρίζειν. Disterminare, disjungere, dirimere, separare. Ἅλυς ποταμὸς Καππαδόκας, καὶ Παφλαγόνας ἀπέργει. Halys fluvius Cappadocas et Paphlagonas dirimit. i. 72. pro eodem dicit ἀποτέμνει. ibid. et ἀπείργει. i. 174, 204. ἀπέργων τήν τε Ὑλαίην, καὶ τὸν Ἀχιλλήϊον καλεόμενον δρόμον. Disterminans, dirimens Hylæam, et eum, qui Achilleius cursus appellatur. iv. 55.

ἀπέργειν. Ion. interdum accipitur pro eo, quod Latine dicitur stringere, et radere, navibusque tribuitur, quæ prope littus ita feruntur, ut id stringere, et quodammodo radere videantur, ut loquitur poeta Æn. vii. v. 10. Proxima Circææ raduntur littora terræ. ἀπέρξων Ῥοίτειον πόλιν, καὶ Ὀφρύνειον, &c. vii. 43. Valla: Rhœtium urbem, et Ophryneon stringentes. Sed dicendum potius, stringens, vel radens. De Xerxe verba fiunt. Sic et vii. 109. τὰς πόλεις τὰς παραθαλασσίας ἀπέργων. Urbes maritimas stringens, sive radens. Valla, relinquens. At ipsam vocabuli Græci vim nullo modo nobis expressit. Idem sic etiam sequentem locum vertit, vii. 112. οὗρος ἀπέργων. τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες. viii. 35. Parnassum stringentes, [vel præstringentes, ut Valla,] vel radentes, ut Virgil.

ἀπέργειν. Ion. et poet. pro com. συγκλείειν. Concludere, quod alias ἀπείργειν dicitur. ἀπεργμένον ἐν ἀκροπόλει. In arce conclusum. i. 154. ii. 99. v. 64. ἐντὸς ἀπέργουσαι τὰ κάλλιστα δοκέοντα ἡμῖν εἶναι. Intra se concludentes ea, quæ nobis pulcherrima videntur. iii. 116.

. ἀπερχμένους ἐν τῷ ἱρῷ. In loco sacro conclusos. vi. 79.

ἀπερχμένος. Ion. et poet. ab ἀπέργω. vide simplex ἔργειν. ἀπερχμένον ἐν ἀκροπόλει. In arce conclusum. i. 154. ii. 99. v. 64. vi. 79. Sed fortasse jam τὸ ἀπέργειν Ionice positum pro com. ἀφείργειν, quod tamen in vulgatis Lexicis non reperias, ab aliis separatum concludere in aliquo loco. Nam ἔργω arceo, repello. ἕργω, et εἴργω, coerceo, concludo. Quanquam hoc discrimen sæpe negligitur. vel ἀπέργειν pro συγκλείειν. Vide suo loco.

ἄπες. Ion. pro com. ἄφες, quod exstat v. 106. Vide ἀπιέναι, v. 39.

ἀπέσασαν. Ion. vel pro ἀπέσησαν, ut sit aor. 2. act. vel pro ἀπεσάκεισαν, hocque pro ἀφεσάκεισαν, ut sit 3. plur. plusq. p. act. per syncopen formata ab ἀφίστημι. Defecerunt. viii. 126.

ἀπεσραμμένος λόγος. Oratio aversa. Sic videtur Herodot. vocare hominis irati, et animum a nobis aversum habentis, verba. ὁ Γέλων, ἐπειδὴ ὥρα ἀπεσραμμένους τοὺς λόγους τοῦ Συάγρου. vii. 160. Gelo cum aversa Syagri verba videret. Vide ἐπεσραμμένα λέγειν. viii. 62.

ἀπεσώ, οος, οῦς, ἡ. N. H. ἡ ἀπουσία, absentia. τῇ ἀπεσοῖ τῆς μάχης. Absentia a pugna, i. e. quod a pugna abfuissent. Suid. ἀπεσῶ. ἀποδημία.

ἄπεφθος, ὁ καὶ ἡ. Ion. pro com. Excoctus, bene purgatus, purus. χρυσὸς ἄπεφθος. Aurum excoctum, bene purgatum, purum. i. 50. Componitur autem ex ἀπὸ præpos. et nomine verbali ἐφθός, quod κατὰ συγκοπὴν formatum ἐκ τοῦ ἑψητός, unde ἑπτός (nam ψ valet potestate πσ) versisque tenuibus πτ. in aspiratas φθ. addita præpos. ἀπὸ, ἄπεφθος, Ion. cum alioqui propter sequens ἑ aspiratum dicendum esset ἄφεφθος: sed εὐφωνίας χάριν, ne triplex aspirata concurreret, π servatum, quod et in communi lingua locum obtinuit, ut et in nomine Λεύκιππος, et ἀπηλιώτης, aliisque nonnullis factum videmus. ἑψητὸς vero παρὰ τὸ ἑψέω, ῶ. ἑψήσω deductum. de quo suo loco. i. 50. ii. 44.

ἀπέχειν. com. Abstinere. Efficere ut aliquis a re aliqua abstineat. Arcere, amovere, summovere. Removere ab aliquo loco. Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας. viii. 20. Valla: Eubœa capræ mugientes fac procul absint. Æ. P. Ab Eubœa capras valde balantes amove, vel remove, vel arce, vel abstine. Sic enim et Cicer. de Orat. lib. i. c. 43. ad fin. loquitur, Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Capras autem balantes potius, quam mugientes dixi, quia mugitus et mugire proprie de bobus taurisque; balare vero, de ovibus, et capris. Sed apud Græcos inter ovillam et caprinam vocem est discrimen manifestum, quod a Latinis non statuitur. Ovium enim vox βληχὴ, verbumque βληχᾶσθαι dicitur, i. e. balatus, et balare. Caprarum vero vox vocatur μηκὴ, verbum, μηκᾶν, quod ob commodioris verbi inopiam cogimur vertere balatum, et balare. Nec immerito. Inter enim ovium et caprarum vocem affinitas intercedit maxima, et nisi aures attentissimas utrisque vocem edentibus præbeas, nullum, aut certe perexiguum inter has voces discrimen exaudias, quod sit perspicuum. ἀπὸ τοῦ μηκᾶν vero capræ μηκάδες, et πολυμηκάδες αἶγες ἐπιθετικῶς appellantur. Μυκᾶσθαι vero, et μυκηθμὸς, i. e. mugitus, et mugire, proprie de bobus dicitur, neque capris ab alio tributum recordor. ἵνα αὐτοὺς τῶν συμμαχιέων ἀπόσχῃ. viii. 22. Valla: Ut a præliis

navalibus summoverentur. Æ. P. Ut ipsos a societatibus, [i. e. a sociis, a reliquis sociorum copiis] summoveret, avelleret, abstraheret.

ἀπέχθεσθαι. Ion. et poet. In odium incurrere. Odiosum esse. *οὐκ ἀπεχθησεαί σφι.* In illorum odia non incurres. i. 89.

ἀπεχρέετο. V. H. impersonaliter positum, pro et *ἀπέχρη*, de quo suo loco. Satis erat. Vide et *ἀποχρῆσθαι.* Καὶ σφι *ἀπεχρέετο* κακῶς *ποιήσουσι ἡσυχίην ἄγειν.* viii. 14. Et ipsis, licet rem male gererent, quietem agere satis erat. In vulgatis Lexicis perperam *ἀπεχράοντο* legitur: sed illic, ut hic, legendum, et liber, et locus notandus, quod rarissime fit ab istis, qui *τῶν λεξικογράφων* nomine gloriantur.

ἀπέχρη. com. Satis erat. Sufficiebat. *οὐκέτι σφιν ἀπέχρη ἡσυχίην ἄγειν.* Non amplius ipsis satis erat otio frui. Non amplius erant contenti otio, quo fruebantur. i. 66. dicitur et *συνωνύμως ἀπεχρέετο.* καί *σφι ἀπεχρέετο κακῶς ποιήσουσι ἡσυχίην ἄγειν.* viii. 14.

ἀπέχρησε. idem ac *ἀντέχρησε.* vii. 196. Vide *ἀποχρᾶν.*

ἀπήγημα, τος. τό. Ion. pro com. *ἀφήγημα.* Narratio. Res, quæ narratur. ii. 3.

ἀπηγήσασθαι. Ion. pro com. *ἀφηγήσασθαι.* Narrare, commemorare, dicere, recensere. i. 2. *ἀπηγέεσθαι πᾶν τὸ γεγονός.* Rem totam, quæ gesta est, narrare. i. 24. *ταῦτα ἀπηγέεσθαι.* i. 86. *πάλιν ἀπηγέετο τὸ πρῆγμα.* Rem iterum narrabat. i. 118. *χωρὶς τοῦ ἀπηγημένου.* Præter id, quod narratum est. i. 207. *προαπηγησάμενος τὴν συμφορήν.* Sua calamitate prius narrata. iii. 138.

ἀπήγησις, ἡ. Ion. pro com. *ἀφήγησις.* Narratio. *οὐκ ἀξίως ἀπηγήσιος.* Præter narrationis dignitatem. Hoc dicitur de rebus, quæ narratione non sunt dignæ. iii. 125. v. 65.

ἀπημελημένος, η, ον. com. Neglectus, a, um. iii. 129. *ἀπημελημένον ἐν τοῖσι ἀνδραπόδοισι ἐρεύσατο.* Inter mancipia neglectum servavit. iii. 132.

ἀπήμων, ὁ καὶ ἡ. Illæsus. Calamitatis expers. i. 42. Ion. et poet. pro quo dicitur et *ἀβλαβής.*

ἀπηνείχθη ἐς τὴν Πλατέαν. In Plateam [insulam] delatus est. iv. 152.

ἀπ' ἧς. Ion. pro com. *ἀφ' ἧς.* i. 1, 47. ix. 49.

ἀπήσων, οντος, ὁ. Ion. pro com. *ἀφήσων.* Emissurus, ejaculaturus. Est autem participium fut. ab *ἀφίημι. τὰ βέλεα διετείνοντο ὡς ἀπήσοντες.* ix. 18. Tela intentabant ut emissuri.

ἀπίασι. 3. plur. præs. indic. modi, Ion. formata, ab *ἄπειμι*, pro com. *ἄπεισι, τουτέστιν ἀπέρχονται.* vel *ἀπελεύσονται.* Abeunt, vel abibunt. viii. 60.

ἀπιέναι. Ion. pro com. *ἀφιέναι.* Dimittere. Barbari dicunt sinere ire. Amandare, demittere, dejicere, deorsum mittere, jacere. *αὐτοὺς ἀπῆκε.* Ipsos dimisit. iii. 118. *ἀπῆκε τοῦτον.* iii. 119, 125. *ἀπίει σφέας ὁ θεὸς τῆς ἀποικίης.* v. 8. Deus a colonia eos dimittebat. i. e. alio migrare sinebat. iv. 157. *τὴν ψυχὴν ἀπιέναι.* animam emittere. iv. 190. *ἀπῆκαν.* dimiserunt. v. 38. *ἄπες*, pro *ἄφες.* Dimitte. v. 39. *ταύτην ἀπέντα*, pro *ἀφέντα.* Hac dimissa. ibid. *ἀπίει*, pro *ἀφίει.* v. 107. *ἀπίει ἀπάγεσθαι.* Abduci passus est. vi. 62. *ἀπέντες*, pro *ἀφέντες.* vii. 60. viii. 70. *ἀπῆκε ἀπ' ἑωυτοῦ*, pro *ἀφῆκεν ἀφ' ἑαυτοῦ.* A se dimisit. vii. 121. *ἀπείθη*, pro *ἀφείθη.* Dimissus est. vii. 122. *ἀπέντας*, pro *ἀφέντας.* vii. 142. viii. 40. *ἀπίεσαν.* viii. 52. demittebant, devolvebant, dejiciebant.

ἀπίεσαν. 3. plur. imperf. act. ab *ἀπίημι*, quod *ἀπέρχομαι* significat. ab *ἀπιέω, ῶ.* quod ab *ἀπίω*, quod

ab ἀπέω. unde Lat. abeo. abibant. abierunt. viii. 138.

ἀπίεσθαι. Ion. pro com. ἀφίεσθαι. Emittere. ἡ γονὴ, τὴν ἀπίενται ἐς τὰς γυναῖκας. Semen, quod in mulieres emittunt. iii. 101, 109.

ἀπιέσθαι. Ion. et poet. pro com. ἀπέρχεσθαι. Abire. iii. 87.

ἀπιέωσι. 3. plur. subjunctivi modi Ion. pro com. ἀφιέωσι, ab ἀφιέω, ῶ. sine contractione, pro ἀφιῶσι contracto. Emiserint. Ejaculati fuerint. ἐπεὰν οἱ βάρζαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα. vii. 226. Postquam barbari sagittas emiserint, ejaculati fuerint.

ἀπίκαται. Ion. pro ἀφίκαται, hoc rursus Ionice pro ἀφιχαται: sed ne gemina aspirata in eodem verbo concurreret insuavius, jam τὸ χ in κ videtur mutatum. Com. vero ἀφιγμένοι, vel ἀφιγμέναι, vel ἀφιγμένα εἰσι. Nam triplex genus hoc Ionismo significatur. Pervenerunt. Venerunt. Ἄνδρες οὗτοι ἀπίκαται μαχεσόμενοι ἡμῖν περὶ τῆς ἐσόδου. vii. 209. Isti viri venerunt nobiscum de ingressu certaturi, pugnaturi. Vide ΚΑΤΑΙ, et ΧΑΤΑΙ Ion. terminationes. Vel (quod verisimilius) a tertia singulari communiter in κται desinente, Ionice inseritur α, et fit καται, deinde rursus Ionice τὸ κ in χ alias, non hoc loco mutatur. Quare nunc, si terminationem καται spectes, erit simplex Ionismus, κατ' ἐπένθεσιν τοῦ α, quum vero accedit et τροπὴ τοῦ κ εἰς χ, tunc est duplex Ionismus.

ἀπίκατο. Tertia person. plur. plusquamperf. pass. Ion. formata a tertia sing. com. ἀφῖκτο, inserto α, et verso φ in π. ἀπίκατο. pro com. ἀφιγμένοι, αι, α, ἦσαν. Nam tribus generibus hic Ionismus inservit. Venerunt. Pervenerunt. Οἱ ἄλλοι νησιῶται ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας. viii. 46. Cæteri insularum incolæ ad Græcos iverunt.

ἀπικνεῖσθαι. Ion. pro com. ἀφικνεῖσθαι. Pervenire. Οὐ γὰρ ἂν κοτε ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκνεο. Nunquam enim ad tantam fortunam, atque felicitatem pervenisses. i. 124. ἀπίκετο ἐς τὴν Ἰωνίην. in Ioniam pervenit. i. 162. διὰ μάχης ἀπικέατο Ἁρπάγῳ. Cum Harpago prælium commiserunt. i. 169. ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκται. Valde incredibile videtur. i. 193. οὐδεὶς τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων ἐς λόγους. Nullus eorum, qui mecum in colloquium venerunt. ii. 28. οὔρεα ἐς ὀξὺ τὰς κορυφὰς ἀπιγμένα. Montes verticibus in acutum desinentibus, i. e. acutis. ibid. ἀπικέσθαι ἐς λόγους τινι. Venire in colloquium cum aliquo. ii. 32. iii. 52. ἀπικέεσθαι ἐς λέσχην περί τινος. Venire ad sermonem de re aliqua. ii. 32. ἀπικνεῖσθαι ἐς διάπειράν τινος. Alicujus periculum facere. ii. 28, 77. ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται. In magna odia mutua veniunt. iii. 82. ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος, ὡς δόξαι. Eo dementiæ progressus, ut putaret. iii. 146. ἐς ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι ἀπικνέεσθαι ἄνδρα Κυζικηνόν. In controversiam venisse virum Cyzicenum cum illis, qui [hoc] dicebant. iv. 14. ἐς λόγους ἀπικέσθαι τούτοισι. In colloquium cum his venire. iv. 128. v. 49. ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο, sub. γένος. In omne mali genus devenerunt. vii. 118. ἐς τὸ ἔσχατον τοῦ κακοῦ ἀπιγμένοι. viii. 52. ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο. viii. 56. Ad tantum tumultum devenerunt. Eo tumultus, vel perturbationis devenerunt. ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικομένοισι. viii. 110. Ad omne tormentum, [ad omne tormenti genus] adactis. ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην τότε ἀπικόμενοι, μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ Πέρσῃ. ix. 7. Cum in omnem metum devenissetis, i. e. cum maxime metueretis ne cum Persa pacisceremur, vel, compositionem faceremus. ἐς χειρῶν νόμον ἀπικέσ-

θαι. ix. 48. Ad manus belli jure conserendas venire. ἐς νείκεα ἀπιγμένους. ix. 55. Ad rixas devenisse. ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν. ix. 62. Donec ad propulsionem venerunt, [et alios alii armis propellere cœperunt.]

ἀπικνέομαι. Ion. pro com. ἀφικνέομαι, οῦμαι. Iones enim tenues sequente aspirata non mutant, sive in eodem vocabulo, quum est compositum, sive in duobus separatis. Venio, pervenio. ἀπικομένους, pro ἀφικομένους. i. 1. ἐσαπικνέεσθαι, pro ἐσαφικνεῖσθαι. ibid. ἀπίκοντο, pro ἀφίκοντο. ibid. ἀπικέσθαι, pro ἀφικέσθαι. i. 2. ἀπίκοντο. ibid. ἀπικόμενον. i. 6. ἀπίκετο. i. 11. ἀπικέατο, pro ἀφίκοντο. i. 15. ἀπικομένης. i. 19. ἀπικομένοισι. ibid. ἀπικέσθαι. i. 24. ἀπικόμενον. i. 24, 27, 30.

ἄπιξις. Vide ἄφιξις. Hoc quidem commune, illud vero Ionicum.

ἀπισάναι. Ion. pro com. ἀφισάναι. Ad defectionem faciendam solicitare. Facere ut aliquis ab aliquo deficiat. τοὺς Ἴωνας ἀπὸ Κροίσου Κῦρος ἀπισάναι ἐπειρᾶτο. Cyrus Iones ad defectionem a Crœso faciendam impellere conabatur. i. 76. ἀπεσεώτων. Cum defecissent. i. 102. ἀποσάντες ἀπ' ἐκείνου. Cum ab illo defecissent. i. 124. ἀπέσησαν ἀπὸ Δαρείου. ἀποσάντες δέ. i. 130. τοὺς Λυδοὺς ἀπέσησεν ἀπὸ Κύρου. Lydos ad deficiendum a Cyro compulit. i. 154. ἀπεσᾶσί μοι, pro ἀπ' ἐμοῦ. A me defecerunt. i. 155. πάντες ἀπὸ Ψαμμητίχου ἀποσάντες. ii. 30. ἀπισᾶσι ἀπὸ τῶν Κυρηναίων τοὺς Λίβυας. Libyas ad defectionem a Cyrenæis faciendam impellunt. iv. 160.

ἀπίσασθαι. Ion. pro com. ἀφίσασθαι. Deficere, defectionem facere. Μῆδοι ἀπ' αὐτῶν ἤρξαντο ἀπίσασθαι. Medi ab ipsis deficere cœperunt. i. 95, 124, 125, 126. ἀπίσασθαι ἀπὸ Κροίσου. i. 141. v. 104. συναπίσασθαι. ibid.

ἀπισέαται. Ion. pro com. ἀφίσανται. Deficiunt. ii. 113.

ἀπισέατο. Ion. pro com. ἀφίσαντο. Defecerunt. ii. 162.

ἀπιστεῖν. com. Diffidere. Fidem non habere. εἴ μοι ἀπίστεις τὰ περὶ χρημάτων. Si de pecuniis fidem mihi non habes. iii. 122. viii. 94.

Γαλαθηνός. com. Lactens. θύειν γαλαθηνὰ πρόβατα. Lactentes victimas immolare. i. 183.

γαλακτοπότης, ου, ὁ. Qui lac potat. i. 216. iv. 186.

γαμόρος, ου, ὁ. Ion. pro com. γημόρος. Proprie dici videtur agricola, παρὰ τὸ τὴν γῆν μείρειν, καὶ διαιρεῖν, quod terram dividit. Alias est bovis terram aratro findentis epithetum. Apud Syracusanos γημόροι, vel γεωμόροι, quod idem significat, vocabantur antiqui fundorum ac prædiorum domini, τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκουσίων, ἐκπεσόντας ὑπό τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν σφετέρων δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων. vii. 155. Eos, qui Gamori vocabantur, [i. e. antiqui agrorum domini,] expulsos a populo, et suis servis, qui Cyllyrii nominabantur. Hoc a Dio-

nysio Halic. Antiq. Rom. lib. vi. 388. 36. aperte confirmatur his verbis, ἐν Συρακούσαις, αἷς οἱ γεωμόροι πρὸς τῶν πελατῶν ἐξηλάθησαν. Syracusis, ubi Geomori a suis clientibus, [novis agrorum colonis,] expulsi fuerunt. Consule nostrum Græco-latinum Thucydidis indicem, et notas in vocem γεωμόρος. Sic etiam vocatur agri mensor, finitor, divisor, distributor. Vocem γαμόρος usurpat et Æschylus ἐν Ἱκέτισι. v. 621. τὸν κὴ βοηθήσοντα τῶνδε γαμόρων, ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ. Ubi φυγὴ δημήλατος vocatur exilium, in quod quis a populo expellitur. Quæ verba locum Herod. nobis illustrant.

γάμος, ου, ὁ. com. Nuptiæ. γάμους ἔγημαν, nuptias celebrarunt. iv. 145.

γαυλὸς, οῦ, ὁ. N. H. navis oneraria. τριήρεας δύο ἐπλήρωσαν, καὶ γαυλὸν μέγαν. Duas triremes instruxerunt, et ingentem onerariam navem. iii. 136, 137. γαυλοὺς καταδύσας, navibus onerariis submersis. vi. 17. γαυλοὺς φοινικηΐους συνέδεε. viii. 97. Naves Phœnissas onerarias connectebat, colligabat, conjungebat.

γαυλὸς, οῦ, ὁ. Situla, qua ad aquam hauriendam et ferendam utimur. vi. 119.

γειναμένη, ης, ἡ. Participium. f. g. aor. 1. medii poetici, verbi γείνω, pro quo γεννάω, ῶ. com. Quæ genuit, quæ peperit, mater. ἐκβληθέντας ὑπὸ τῆς γειναμένης. A matre expulsos. iv. 10.

γείνασθαι. Ion. et poet. pro com. γεννήσασθαι, genuisse. οἱ γεινάμενοι. Parentes, qui nos genuerunt. i. 120, 122.

γέλως, ὁ. com. γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε. Me deridebitis, ac ludibrium facietis. Me ludibrio habebitis. iii. 29. γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι. Res hujusmodi deridere, ludibrio habere. iii. 38. ἐπὶ γέλωτι. ix. 82. Valla: Per jocum. Gallice melius, *Par risée, par moquerie.* Per risum, per ludibrium.

γενεαὶ τρεῖς ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. Tres hominum ætates sunt centum anni. Ergo singulæ ætates continent annos 33, et 4 menses. ii. 142.

γενεηλογέειν, εῖν. Ion. pro com. γενεαλογεῖν, genus recensere. ii. 91. γενεηλογήσαντι ἑωϋτόν. Qui sui generis originem recensuit. ii. 143. συγγενεηλογήσαντι ἐμεωϋτόν. ibid. ἀντεγενεηλόγησαν. Vicissim, vel contra genus recensuerunt. ii. 143, 146. iii. 75.

γενετὴ, ῆς, ἡ. com. Nativitas, ortus. ἐκ τῆς γενετῆς. Ex nativitate, ab ortu. iv. 23.

γενέτωρ, ωρος, ὁ. Ion. et poet. pro com. γονεὺς, et πατὴρ, genitor, parens, pater. viii. 137.

γεραίρειν. Ion. et poet. Honorare. τραγικοῖσι χοροῖσι αὐτὸν ἐγέραιρον. Ipsum tragicis choris honorabant. v. 67.

γέρεα. Ion. pro com. γέρατα. Vide ε. Ion. pro com. α. vii. 104.

γέροντες, οἱ. com. Senatores. i. 65. v. 40. παρίζειν βουλεύουσι τοῖσι γέρουσι. Senatoribus consultantibus assidere. vi. 57.

γέρρον, ου, τό. Vide Suidam in voce γέρρα. Eustath. γέρρον δυσὶ ρ, ἀσπὶς Περσικὴ ἐκ λύγων, καὶ φραγμὸς, καὶ σκηνὴ, καὶ γέρρον ὁμωνύμως τὸ αἰδοῖον. καὶ γέρρα βόεια, οἱονεὶ δέρα, i. e. γέρρον per duplex ρ scriptum, clypeus Persicus [est] ex viminibus compactus, item sepes, et septum, atque tentorium, et homonymως pudendum. et γέρρα βόεια, quasi δέρα, i. e. scuta bubula, quæ ex pellibus bubulis sunt facta. φράξαντες τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι, ἀπίεσαν τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως. ix. 61. Valla: Confertis gerris Persæ ingentem vim sagittarum emittebant. περὶ τὰ γέρρα. ix. 62. Circa gerra. ix. 99, 102.

γεύειν. μ. γεύσω. com. Vulgo facere gustare, gustu aliquo asper-

gere. ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα. Deus dulci gustu vitam aspergens. v. s. cum fecerit gustare vitam dulcem. vii. 46.

γεύομαι, com. cum accus. εἰ μὴ γεύσεταί σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διός. Nisi ipsorum regio gustarit Jovis bona, i. e. pluvias. Nisi ipsorum ager pluviis cœlitus cadentibus irrigetur. Sic et apud Joannem, cap. ii. v. 9. ὡς ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ. Et ad Hebræos, cap. vi. v. 5. καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα. H. Steph. pro γεύσεται hic legendum censet ὕσεται. Sed nihil mutandum. Nam vulgata lectio est optima, optimamque constructionem habet, ut patet ex exemplis quæ proposuimus. τὰ ἀπὸ Διός, sub. ἀγαθὰ, τουτέστιν ὑετοὺς τῶν ἀγαθῶν αἰτίους. Si Stephani correctionem non necessariam nec verisimilem sequaris, constructionem ac locutionem longe duriorem, et ab usu remotiorem sequi frustra cogeris. Sed quid opus est his correctionibus, vel potius corruptionibus importunis?

γεωπείνης, ου, ὁ. V. H. q. d. qui terræ fame laborat. Qui parum terræ possidet, ac proinde plus habere cupit. ii. 6. (οἱ πολλὴν ἔχουσι γῆν.) ibid. Ἀνδρίους εἶναι γεωπείνας τὰ μάλιστα ἀνήκοντας. viii. 111. [Dicebant] Andrios ad maximam soli tenuitatem [ac inopiam] redactos esse.

γεώπους, πόδος, ὁ. N. H. Agricola, qui in agro colendo pedum opera utitur. ἀπὸ γεωπόδων ἐστί μοι βίος. Mihi ex agricolis victus est, vel paratur, suppetit. vii. 28. Sed suspicor hic legendum γεωπόνων. γεωπόνων, ὁ περὶ τὴν γέαν, εἴτε γῆν, πονῶν, qui in agro colendo laborat. Vel, ὁ τὴν γέαν πονῶν, τουτέστιν ἀσκῶν, καὶ θεραπεύων, agrum exercens, colens terram. unde γεωπονία apud Poetas, agricolatio, agricultura. Phocylides, εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν, μαχραὶ τοι ἄρουραι. Quinetiam in vulgatis Lexicis fortasse scribendum, γεωπόνος, ου, ὁ.

γεωρυχέειν, εῖν. V. H. Terram fodere. Suffodere terram. iv. 200.

γεφυροῦν. μ. γεφυρώσω. com. Ponte jungo. Pontem impono. Ponte imposito conjungo. Pontem supra fluvium vel mare construo. βόσπορον γεφυρώσας. Cum Bosporum, [id est, utrumque Bospori littus] exstructo [supra ipsum] ponte conjunxisset, [ita ut transiri per pontem posset.] iv. 88. quod dilucidius dicitur iv. 118. γέφυραν ζεύξας ἐπὶ τῷ αὐχένι τοῦ Βοσπόρου. Idem, γεφυροῖ ποταμὸν Ἴστρον. Istrum fluvium, [i.e. utramque fluminis Istri ripam] ponte jungit. ibid. γεφυρώσας ποταμὸν Ἴστρον. vii. 10. §. 3. γεφυρῶσαι τοῦ Στρυμόνα ποταμόν. vii. 24, 34, 36. ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσάορον ἰερὸν ἀκτὴν νησὶ γεφυρώσωσι. viii. 77. Sed χρυσαόρου legere præstat, ut in margine scriptum. At cum Dianæ auricomæ sacra littora navium conjunctarum ponte junxerint.

γεφύρωσις, εως, ἡ. Proprie quidem ipsam pontis ædificationem atque structuram significat, interdum vero et ipsum pontem exstructum. Ctesias Pers. 17. Δαρεῖος διέζη τὰς γεφυρώσεις. Darius transivit pontes. Quod συνωνύμως dicit. ibid. Δαρεῖος διέζη τὴν γέφυραν.

γηγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ. com. Terrigena. Ex terra natus. Ἐρεχθῆος τοῦ γεγενέος λεγομένου εἶναι. viii. 55. Erechthei, qui terrigena, i. e. ex terra natus esse dicitur.

γηοχέειν, εῖν. V. H. Quod in vulg. Lexicis semel tantum reperitur, et nullius auctoritate confirmatur, atque vertitur, Terram, seu humum fodere. Ἀμεινοκλεῖ τῷ Κρητίνεω, ἀνδρὶ Μάγνητι, γηοχέοντι περὶ Σηπιάδα. vii. 190. Valla: Aminocli Cratineo, viro Magneti,

dum circa Sepiadem humum fodit. Æ. P. Aminocli Cretini filio, viro Magneti, &c. Sed fortasse probabilius si τὸ γηοχεῖν accipias pro γῆν ἔχειν, καὶ κτᾶσθαι, terram habere, agrum possidere. Vertes autem, qui terram circa Sepiadem possidebat, qui circa Sepiadem agros habebat. Quid autem sit Σηπιάς, docet Eust. his verbis, Σηπιὰς ἀκτὴ, ἄκρα περὶ τὸν Ἄθων, ὅπου ὁ τοῦ Ξέρξου στόλος ἐδυστύχησεν. ὅτι παρὰ τὸ τὴν Θέτιν φεύγουσαν τὸν τοῦ Πηλέος γάμον εἰς σηπιὰν ἐκεῖ μεταβληθῆναι, οὕτως ἐκλήθη. Alias γηοχεῖν de Neptuno dici potest, qui terram ambit atque continet, et qui propterea γηοῦχος, et γεήοχος, et a poeta passim γαιήοχος appellatur. Eust. consule.

γίνεσθαι. Fieri, cedere, succedere. ἡ ἁμαρτὰς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε. Peccatum ipsi commode cessit. i. 119.

γίνεσθαι. com. pro χωρεῖν, et ἀποβαίνειν, quæ frequentius leguntur, succedere. οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι. [vide δοτικὴ ἀντὶ τῆς γενικῆς.] viii. 60. Loquendi genus huic simillimum habemus. vii. 157. τῷ δὲ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τοεπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι. id est, Rei enim, de qua recte deliberatum est, exitus ut plurimum bonus esse solet. Verba hoc sonant, rem enim recte deliberatam finis ut plurimum bonus sequi solet. τῶν σφαγίων οὐ γινομένων. ix. 61. cum victimarum immolatarum sacra non succederent [ipsis, nec lætum prælii exitum significarent. Cum litare non possent. vel, χρηστῶν subaudiendum, ut ix. 61, 62. vel καλῶν, ut alibi passim.] Vide σφάγια. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγίνετο. ibid.

γίνεσθαι πρός τινος. Herod. locutio. pro quo Thucyd. στῆναι μετά τινος, ab aliquo stare. μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γίνεσθαι. viii. 22. Præcipue quidem a nobis stare συνωμότης idem Herod. ibid. ἀπό τινος γίνεσθαι. ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, a nobis stetistis. γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν, a se stare. ibid. Vide πρός τινος εἶναι.

γινώσκειν. com. Decernere, statuere. ἔγνωσαν δοῦναι. Dare statuerunt. i. 74.

γινώσκειν. com. Cognoscere. ἄλλον γνώσας Κροῖσον. v. s. Cum Crœsum cognovisset alium, q. d. non eum, qui re ipsa erat. i. e. Cum Crœsum non agnovisset; sed alium esse duxisset. i. 85.

γινώσκειν. com. Cognoscere, statuere, judicare, censere. ἔγνωσαν οἱ παραγενόμενοι Σπαρτιητέων, Ἀριστόδημον ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα. ix. 71. Spartani, qui adfuerant, Aristodemum magna [eaque præclara] facinora edidisse censuerunt.

γλίχεσθαι περί τινος. Herodotea locutio, pro quo com. d. γλίχεσθαί τινος, vel τί. Cupidum, ac studiosum esse rei alicujus γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης. Libertatis cupidis atque studiosis. ii. 102. γλίχεαι. Cupis. vii. 161.

γλῶσσα. Lingua, sermo. com. ἦν τινα γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Quanam lingua uterentur Pelasgi, certo dicere non possum. i. 57. βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. Barbara lingua utentes. ibid. ἀπὸ γλώσσης ἐπειπεῖν. Ore aliquid addere. i. 123. Galli felicius hoc ita exprimerent, *Lui ayant commandé d'ajouter de bouche*, vel, *de lui dire de bouche, que lui-même fendît et ouvrît de sa propre main le lièvre, qu'il lui avoit envoyé.* τὴν αὐτὴν γλῶσσαν οὗτοι νενομίκασιν. Isti eandem linguam usurpant. Eadem utuntur lingua. i. 142. ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν. Lingua consentiunt. ibid. Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα. ix. 16. Græca lingua utentem, Græce loquentem.

γλυφὶς, ἴδος, ἡ. com. q. d. scalptura. Concava sagittæ pars extrema, in quam incisam nervus immittitur, quum jaculari volumus. Crena Latine dicitur, τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες, καὶ πτερώσαντες τὸ βιβλίον, ἐτόξευον ἐς συγκείμενον χωρίον. viii. 128. Valla: Libellum sagittæ postremo involvebat, adaptatisque desuper pennis, ad locum, de quo convenerat, sagittam emittebat. Æ. P. Cum libellum circum sagittæ crenas involvissent, eique pennas addidissent, in locum, de quo inter eos convenerat, ejaculabantur. Vel, Literas involutas circa sagittæ crenas, et pennas impositis alligatas, in locum, de quo inter ipsos convenerat, emittebant.

γνῶμα, τος, τό. Ion. et poet. Notitia, cognitio, experimentum, documentum. τῶν ἔχομεν γνῶμα μέγιστον. Quorum habemus maximum documentum. vii. 52. Quorum optimam habemus notitiam.

γνώμη. Sententia. Gallice, *l'avis*, et *opinion*. Italice, *il parer*, *l'opinione*. Consilium, prudentia. γνώμην ἀποφαίνειν περί τινος. De re aliqua suam sententiam dicere, pronuntiare. i. 40. ἀμφοτέρων ἐς τωὐτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον. Utriusque in idem concurrebant sententiæ. i. 53. οὐ προσθήσομαι αὐτοῦ τῇ γνώμῃ. Ejus sententiæ me non adjungam. Ei morem non geram. i. 109. ταύτῃ τῇ γνώμῃ πλεῖστός εἰμι. In hac sententia maxime sum. i. 120. κατὰ τωὐτὸ αἱ γνῶμαι συνεξέπιπτον. In idem sententiæ conciderunt, inciderunt, eodem venerunt, i. e. omnes sententiæ in idem convenerunt. Eadem fuit omnium sententia. i. 206. γνώμας ἀποφαίνεσθαι, sententias dicere. i. 207. iii. 71. vii. 152. κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν, meo judicio. ii. 26. τήνδε ἔχω γνώμην. Hanc habeo opinionem, hæc est mea sententia. ii. 27. iii. 82. ὡς ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι. Ut ego sentio. ii. 120. γνώμην ἱκανὸς ἀνήρ. Vir consilio prætans. iii. 4. τίθεσθαι γνώμην, sententiam ferre. iii. 80. ἐσφέρειν τινὰ γνώμην, aliquam sententiam pronuntiare, alicujus sententiæ auctorem esse. ibid. εἰσφέρειν τινὰ γνώμην, pro eodem dicitur. iii. 81. γνώμην ἀποδεικνύναι. iii. 82. τίνα ἔχουσα γνώμην. Quem animum habens, quo animo, quo consilio; vulgo, qua intentione. iii. 119. ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένῃ, hoc usa consilio, hoc animo, consilioque. ibid. λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι. Hanc sententiam pronuntiasse fertur. iii. 160. iv. 97. τήνδε ἔχω περὶ αὐτέων τὴν γνώμην. iv. 31. ἐκφήνας τὴν ἐωυτοῦ γνώμην. Declarata, pronuntiata sua sententia. v. 36. πάντες γνώμην κατὰ τωὐτὸ ἐξεφέροντο. Omnes secundum idem sententiam proferebant. Omnes eandem sententiam protulerunt. Omnes in eadem sententia cum eo fuerunt. ibid. ἦν ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς. Miltiades Crœso Lydo cordi fuerat, vel carus erat. vi. 37. τοῦ γνώμην θεμένου μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. vii. 82. Qui sententiam tulerat, qui suaserat sua sententia ne bellum Græciæ fieret. Qui bellum Græciæ faciendum dissuaserat. γνῶμαι πολλαὶ καὶ ἄλλαι ἐγίνοντο, διζημένων τὸ μαντήϊον, καὶ αἵδε συνεστηκυῖαι μάλιστα. vii. 142. Quum aliæ multæ sententiæ essent oraculum interpretantium, et eæ plurimum perplexæ. Æ. P. Sententiæ cum aliæ multæ fuerunt eorum, qui oraculum quærebant, [i. e. qui oraculum interpretari volebant, vel, qui oraculi sensum quærebant,] tum vero hæ maxime constantes. Quænam autem essent hæ sententiæ statim ab auctore declaratur. Vide αἱ γνῶμαι ἐσχίζοντο.

vii. 219. Sententiæ dividebantur, i. e. discrepabant. Sequitur illic interpretatio, οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔων τὴν τάξιν ἐκλιπεῖν, &c. ταύτῃ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστος εἰμί. vii. 220. Valla: Ceterum ego magis illi opinioni accedo. Æ. P. Ad hanc opinionem multo magis accedo. Vel, In hanc sententiam multo magis sum propensus. γνώμην ἔχων τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα. vii. 236. In animo habens res adversariorum non agitare, non perpendere. κατὰ τωὐτὸ γνώμην ἐξεφέροντο. viii. 68. Eandem sententiam dixerunt. τὴν ἐναντίην ταύτῃ γνώμην ἐτίθετο. viii. 108. Sententiam huic contrariam protulit. Λυκίδης εἶπε γνώμην. ix. 5. Lycidas sententiam dixit. ἀποδέξασθαι γνώμην δειλοτάτην. ix. 58. sententiam ignavissimam pronuntiasse, [dixisse.]

γνωσιμαχεῖν. Ion. et poet. verbum, quod Suidas interpretatur μετανοῆσαι, μεταγνῶναι τὸ δίκαιον, καὶ πρέπον, ἢ τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἰσχύν. i. e. resipiscere. Sententiam mutare. Suarum virium imbecillitatem, et hostium robur agnoscere, ac proinde sententiam de pugna cum illis committenda mutare. Mutata sententia suarum virium imbecillitatem agnoscere. iii. 25. γνωσιμαχέοντες, suarum virium imbecillitatem agnoscentes. vii. 130. γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. viii. 29. Mutata sententia agnoscite vos non esse nobis viribus pares.

γόη, ης, ἡ. N. H. Si modo codex sanus, pro com. γοητεία, ας, incantatio. Carmen, quo quis afficitur ita, ut faciat quod incantator cupit. καταείδοντες γόῃσι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι. vii. 191. Vall. Magi veneficiis incantando ventum. Sed τῆς μαγείας, καὶ τῆς φαρμακείας, καὶ τῆς γοητείας discrimen aperte docet Suidas ἐν τῷ γοητεία. μαγεία (inquit) ἐστὶ ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. φαρμακεία δὲ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος. γοητεία δὲ, ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως. ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων, καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. i. e. μαγεία quidem est invocatio Dæmonum beneficorum ad alicujus boni conciliationem ac adeptionem. φαρμακεία vero, sive veneficium, dicitur, quum aliquod medicamentum lethale præparatur, ac per os alicui datur hauriendum, vel comedendum, ut ejus amorem nobis conciliemus. γοητεία vero, sive incantatio dicitur, quæ per invocationem mortuorum fit, ut ex inferis ad superos evocentur, ac educantur: unde etiam nomen sumsit, a lamentis scilicet, et luctibus, qui circa defunctorum sepulcra solent edi. γοητείας manifestum exemplum habemus in Sacris literis, Samuelis lib. i. cap. 28. Cum enim Saulus Judæorum rex a Deo nullum amplius de rerum suarum eventu responsum acciperet, quandam mulierem divinam, sive vatem consuluit, quæ Samuelem, i. e. Samuelis spectrum, ex sepulcro suis incantationibus evocavit, quod regi funestum prælii eventum, ipsiusque cædem prædixit. Is autem, qui mortuos consulit, ac de rerum eventu interrogat, aut aliquid ab ipsis petit, quod adipisci cupit, non solum γόης vocatur, ut hinc patet; sed etiam νεκυόμαντις, ut idem Suidas his verbis docet, νεκυόμαντις, ὁ ἐπερωτῶν τὸν νεκρόν. Consule et Eustath. in νεκυομαντεία, et νεκυομαντεῖον. Vide et νεκυομαντήϊον apud Herodot. v. 92. §. 7. Sic enim ab eo vocatur oraculum, in quo mortui consuluntur, ut rem aliquam nobis ignotam ac occultam aperiant.

γόμος, ὁ. Ion. poet. et H. V. pro com. φόρτος, φορτίον, βάρος, ἄχθος, onus, pondus. παρὰ τὸ γέμω, refertus, al. onustus, sum. i. 194.

γονεὺς, εος. com. Pater. τῷ γονεῖ, parenti, patri. iii. 109.

γονὴ, ῆς, ἡ. Semen genitale. ἡ γονὴ αὐτῶν, τὴν ἀπίενται ἐς τὰς γυναῖκας, οὐ, καπάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐστὶ λευκὴ, ἀλλὰ μέλαινα, καπάπερ τὸ χρῶμα. Semen quod in mulieres emittunt, non est, ut aliorum hominum, album; at nigrum, ut [ipsorum] color. iii. 101. [pro eodem dicitur et θορὴ, ῆς. ibid. τοιαύτην καὶ Αἰθίοπες ἀπίσηται θορήν.] Aristoteles libro tertio de histor. animal. cap. vigesimo secundo, περὶ γονῆς, hoc falsum esse dicit. ἀπιεμένου αὐτοῦ τὴν γονήν. Quum ipse semen emisit. iii. 109.

γόνος, ὁ. Ion. et poet. Fœtus. Filius. Proles. ὁ τῆς θυγατρὸς γόνος. Filiæ fœtus. Filiæ filius. Nepos. i. 108. com. παῖς. et τέκνον. ἄπαις ἔρσενος γόνου. Expers virilis prolis. i. 109. ἔρσενος καὶ θήλεος γόνου ἄπαις. Masculæ fœmineæque prolis expers. iii. 66. περὶ γόνου. ix. 33. de prole.

γόνυ, υος, τὸ, com. Hinc Latinum genu. ἐς γόνυ βάλλειν. Herodotea locutio. In genua dejicere. Quod loquendi genus a luctatoribus desumtum videtur, qui adversarios in genua dejiciunt. μεταφορικῶς accipitur pro spiritus alicujus contundere, domare. Aliquem vincere. Cladibus affligere. ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε. Urbem in genua dejecit. i. e. graviter afflixit. vi. 27.

γοργύρη, ης, ἡ. N. H. Subterraneus carcer. Locus subterraneus. ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο. In carcere subterraneo vinctus erat. iii. 145. Vel in profunda, cœnosa, subterraneaque fossa vinctus detinebatur. Διακύψας διὰ τῆς γοργύρης. Cum per subterraneam fossam suspexisset. ibid. Vide γόργυρα apud Suidam. Sic enim hanc ille definit, τὸ κατὰ γῆς ὄρυγμα. i. e. Subterranea fossa. ἐμὲ δῆσαι γοργύρης ἠξίωσας. sub. ἐπὶ, ut sit Ἀττικὴ, καὶ Ἰωνικὴ ἔλλειψις, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ γοργύρης δῆσαι. Me dignum judicasti, qui in subterranea fossa vinctus detinerer. Vel, Me in subterranea fossa vincire voluisti, vinciri, vinculisque constringi, in vinculis detineri voluisti, ibid. in vinculis detinendum censuisti.

γουνὸς, οῦ, ὁ. Ion. et poet. Solum ferax. Terra ferax. Locus consitus ac fertilis. τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακόν. Valla: Jugum Suniacum. Sed fortasse promontorium hoc ob loci fertilitatem ab Herodoto γουνὸς Σουνιακὸς appellatur. iv. 99. Eustath. γουνὸς, τόπος γόνιμος, καὶ κάρπιμος, ἐκ τοῦ γονὸς, ἐπενθέσει τοῦ υ.

γραμματιστὴς, οῦ. ὁ. Nomen Herodoteum. pro quo com. γραμματεύς. Scriba. iii. 123. ἐδίδου τῷ γραμματιστῇ τῷ βασιληΐῳ ἐπιλέγεσθαι. γραμματιστὰς δὲ βασιληΐους οἱ πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι. Dedit scribæ regio [literas] legendas. Omnes enim provinciarum præfecti regios scribas habent. iii. 128. τῷ γραμματιστῇ. ibid. ἀπέγραφον οἱ γραμματισταὶ. vii. 100. Scribæ describebant, vel in tabulas referebant. Οἱ γραμματισταὶ ἀνέγραφον πατρόθεν τὸν τριήραρχον. viii. 90. Valla: Scribæ trierarchum illum a familia et urbe scripto annotabant. Æ. P. Et scribæ trierarchum illum de patris nomine in tabulas referebant. i. e. Illius trierarchi nomen, patrem, et patriam scriptis mandabant.

γυμνὴς, ῆτος, ὁ. Veles, velitis. Levis armaturæ miles (ὁπλίτης. Gravis armaturæ miles.) Πρὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες γυμνῆτες ἀγώνα

ἐποιεῦντο. ix. 63. Valla: Inermes enim cum armatis prælium faciebant. Æ. P. Nam cum gravis armaturæ militibus ipsi, qui velites, [ac leviś armaturæ milites] erant, prælium committebant.

γυμνοπαιδίαι, ῶν, αἱ. Et in sing. γυμνοπαιδία. Puerorum nudorum exercitatio ludusque. Sic autem apud Lacedæmonios appellabatur palæstra, qua pueri nudi exercebantur. vi. 67.

γυμνός. Nudus. παρὰ τοῖσι Λύδοισι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, αἰσχύνην μεγάλην φέρει. Apud Lydos, quinetiam propemodum et apud cæteros barbaros, vel virum conspectum fuisse nudum, magnam affert ignominiam, valde ignominiosum habetur. i. 10.

γυναῖκα ἄγεσθαι τῷ ἑαυτοῦ παιδί. Uxorem filio suo dare. i. 34. γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία. Uxorem fœcundam et liberorum feracem in ædes non ducere. i. 59. ἄλλην γυναῖκα ἐσαγαγέσθαι. v. 39. ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἐσάγαγε γυναῖκα. v. 40.

γυναικηΐη, ης, ἡ. N. H. pro com. γυναικεῖον, ου. et γυναικὼν, ῶνος, ὁ. et γυναικωνῖτις, νίτιδος, ἡ. Gynæceum. Mulierum conclave. Locus, in quo mulieres versantur. τὰς γυναῖκας ἐς τὴν γυναικηΐην ἀπέπεμπε. Mulieres in gynæceum amandavit. v. 20. γυναικηΐη autem hic vel substantive sumendum, vel ἔδρα, vel μοίρη, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν subaudiendum.

γυναικηΐος, ὁ καὶ ἡ. Ion. pro com. γυναικεῖος. i. 91. ἔργα γυναικηΐα. Muliebria opera. iv. 114. ἐνδύντες τὴν γυναικηΐην ἐσθῆτα. Induta muliebri veste. iv. 146.

γῶν. Ion. pro com. γοῦν. Saltem. Gallice, *Pour le moins*, vel, *Au moins*. Sic et Itali, *Al manco*. i. 31.

γῶν. Ion. pro com. γοῦν. Igitur. Enim. ποιεῦσι γῶν τὰ ἂν ἐκεῖνος ἀνώγῃ. vii. 104. Faciunt enim quæ [lex] illa jubet.

Δ.

Δ Ion. et Dor. pro com. σ. ὀδμή. Odor, pro ὀσμή. i. 80. ἴδμεν, pro ἴσμεν. Scimus. i. 142, 178. ii. 68.

δαέω, ῶ. δαήσω. Ion. et poet. pro com. μανθάνω. Disco. οὐδεὶς δεδάηκε οὐδέν. Nullus quidquam didicit. ii. 165.

δαῖσιν. Ion. et poet. ac Herodoteum verbum, pro com. ἑστιᾶν. Convivio excipere. τὸν Ἀστυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἔδαισε. Quem Astyages nefaria mensa, nefario convivio, excepit. i. 162.

δαίνυσθαι. Ion. et poet. Convivari. Epulis vesci. i. 211. ii. 100. iii. 18.

δαιτυμὼν, δαιτυμόνος, ὁ. Conviva. Ion. et poet. οἱ δαιτυμόνες τῶν κρεῶν τουτέων ἐπάσαντο. Convivæ carnes istas gustarunt, de carnibus istis gustarunt, vel comederunt. i. 73, 119. ii. 172. iv. 172. δαιτυμόνεσι. vi. 57.

δάκρυμα, τος, τό. N. H. pro com. δάκρυον, ου, τό. Lachryma. vii. 169. In vulgatis Lexicis Herodotus quidem hujus vocis auctor; sed sine libro, et sine loco, nominatur.

δάπεδον, ου, τό. Ion. et poet. Pavimentum. Solum. iv. 200.

δαρεῖος. Hoc nomen Persicum apud Græcos idem valet ac ἐρξείης, q. d. Coercitor. Qui aliquos coercet. παρὰ τὸ ἔργω, ἔρξω, Coerceo. vel, Qui coercere cupit. Nam a futuris verba in εἰω deducta desiderium indicant rei alicujus peragendæ. Ut ab ὄψω, ὀψείω. Videre cupio. τύψω, τυψείω. Verberare cupio. Sic ab ἔρξω, ἐρξείω. Coercere cupio, unde nomen istud formatum dicemus, quod ingens Darii desi-

derium indicat, quo flagrabat omnes Græciæ, aliarumque regionum populos in suam potestatem, ac ditionem redigendi, eosque coercendi, ne defectionem a se facerent. vi. 98.

δασάμενοι. vii. 36, 119, 121.

δάσασθαι, et composita. Vide infra.

δάσασθαι. Ion. et poet. pro com. μερίζειν, et διαιρεῖν. Dividere, partiri. δυώδεκα μέρεα δασαμένους τῶν ὡρέων ἐς αὐτόν [τὸν ἐνιαυτόν.] Cum ipsum annum in 12 partes temporum, i. e. in 12 menses divisissent, distribuissent. ii. 4. ἀποδασάμενος. ii. 103. ἐς δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. Tota Ægypto in 12 partes divisa. ii. 147. iii. 39. ἐς φυλὰς διεδάσαντο. In tribus diviserunt. iv. 145.

δασμοφόρος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro com. ὁ τὸν φόρον φέρων, καὶ τελῶν. Tributifer. Qui tributum fert. Qui tributum pendit. χώρη δασμοφόρος. Regio vectigalis, tributifera. iii. 97. v. 106. vi. 48, 95. vii. 51, 108.

δαται. Ion. terminatio. 3. person. plur. perfect. pass. 4. conjug. τῶν βαρυτόνων desinentium in præs. in ζω, et in fut. in σω. ut χωρίζω, χωρίσω, κεχώρισμαι. 3. plur. κεχωρισμένοι εἰσὶν, et Ionic. κεχωρίδαται. a tertia sing. κεχώρισαι, inserto α, κεχωρίσαται. verso σ in δ. κεχωρίδαται. Separati sunt. Distant. Differunt. i. 140. Sic ὁσμὴ com. at Δωρικῶς καὶ Ἰωνικῶς, ὀδμή. Vide suo loco. Eustath. in δαται aliter hanc personam, sed parum probabiliter, format: eum consule. Tribus autem generibus eodem modo servit, κεχωρίδαται αὗται, pro κεχωρισμέναι εἰσί. i. 151. et pro κεχωρισμένοι εἰσί. ii. 91. τὰ προπύλαια ἐσκευάδαται, pro ἐσκεύασται. Vestibula exstructa sunt. ii. 138. οἱ Σκύθαι ἐσκευάδαται, pro ἐσκευασμένοι εἰσί. Instructi munitique sunt. iv. 58. ἀγῶνες ἀγωνίδαται, pro ἠγωνισμένοι εἰσί. Certamina certata sunt. Certamina commissa sunt. ix. 26. Consule Hortos Adonidis in Ἐρηρέδαται.

δατεῖσθαι. Ion. et poet. Dividere. Distribuere. Tribuere. cum accus. τῶν θεῶν τῷ ταχίστῳ, πάντων τῶν θνητῶν τὸ τάχιστον δατέονται. Deorum pernicissimo, omnium [quadrupedum] mortalium pernicissimum tribuunt. i. 216. ii. 37.

δατο. Ion. terminatio tertiæ pers. plur. plusquamp. pass. 4. conjug. τῶν βαρυτόνων desinentium in præsenti in ζω, et in fut. in σω, ut χωρίζω, fut. χωρίσω, perf. κεχώρισμαι, plusquamperf. ἐκεχωρίσμην, 3. plur. com. κεχωρισμένοι ἦσαν. Ion. vero κεχωρίδατο, quod formatur a tertia sing. κεχώρισο, inserto α, κεχωρίσατο, et verso σ in δ, κεχωρίδατο, quod non solum Dorice, sed et Ionice factum. Vide ὀδμὴ pro ὀσμὴ, et δ pro σ. Sic etiam παρεσκευάδατο, pro παρεσκευασμένοι ἦσαν. v. 34, 65. ἐσκευάδατο, pro ἐσκευασμένοι ἦσαν. vii. 62, 67, 86. ἐσελάδατο, pro ἐσαλμένοι ἦσαν: sed ibi fortasse scribendum ἐσκευάδατο, ut ante sæpius, vel ἐσαλάδατο. V. suo loco. vii. 89. παρεσκευάδατο. vii. 218, 219. παρεσκευάδατο ὡς ἀπολεόμενοι. vii. 218. Valla: Se præparabant tanquam perditi. Æ. P. Se præpararunt ut perituri: id est, Se ad fortiter pugnandum præpararunt, quod de se actum esse scirent. παρεσκευάδατο ὡς πολιορκησόμενοι. ix. 97, 100. Ut ad obsidionem tolerandam se præpararant.

δαψιλέως. Ion. et poet. Abunde. Copiose. V. Hom. 5.

δέ. ἀντὶ τοῦ δὴ, εἴτε οὖν. Igitur. Ergo. i. 8. ὥστε δὲ ταῦτα νομίζων. Quamobrem hæc existimans. Hæc enim duo jam συνωνύμως ponuntur.

δέ. Ion. poet. et com. sæpe pro γάρ. Οἱ δὲ σφι βόες οὐ παρεγίνον-

τε, pro οἱ δὲ αὐτῶν, οἱ γὰρ αὐτῶν. &c. Eorum enim boves non aderant. i. 31.

δέδαγμαι. ii. 84.

δείδειν, δεῖσαι. Ion. et poet. pro com. φοβεῖσθαι. Metuere. Timere. δείσαντα τὴν τίσιν. Quod pœnam vel ultionem timuisset, formidasset. i. 86. δεδοικὼς τὴν ὄψιν. Cum visionem illam metuisset. i. 107. δείσας. Cum timuisset. i. 157. δείσας περὶ ἑωὑτοῦ. Sibi metuens, vel de se timens. Sic enim et Cic. vide Timeo apud Nizolium. iii. 30, 135. δείσας τὸ μῆκος τοῦ πλόου. Navigationis longitudinem metuens. iv. 43. ἔδεισα. iv. 97. Δείσας περὶ τοῖσι Ἕλλησι. vii. 163. Græcis metuens.

δείκηλα, τά. Imagines. Simulacra. ii. 171.

δεικνύειν ἔς τινα. Herodotea locutio, pro com. δεικνύειν τινά. q. d. Ostendere ad aliquem, pro, aliquem indicare, sive ostendere. ἐδείκνυε ἐς τὸν Βάττον. iv. 150. Battum indicabat.

δείλη, ης, ἡ. com. Crepusculum vel matutinum, vel serotinum. Sed epithetum, quod additur, discrimen indicat. Quid sit Crepusculum, et unde dictum, docent vulgata Lexica Latina. περὶ δείλην πρωΐην. viii. 6. Circa crepusculum matutinum. Circa diluculum. Δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες. viii. 9. Observato serotino diei crepusculo. περὶ δείλην. ix. 101.

δεῖμα, τος, τό. Ion. et poet. pro com. φόβος. Metus. Κλεομένεα δεῖμα ἔλαβε. Metus Cleomenem invasit. vi. 74. ἐς δεῖμα βάλλειν τινά. vii. 139. Aliquem in metum injicere. Metum alicui injicere, vel incutere. ἐν δείματι μεγάλῳ κατεστεῶτες. viii. 36. In magno metu constituti. ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλῆα. viii. 118. [Ferunt] regem cum in metum incidisset. Regem metu correptum ferunt. Δείματος μεγάλου ἐπικρεμαμένου. ix. 33. Impendente magno metu. Vel, Imminente ingenti metu.

δειμαίνειν. Ion. et poet. pro com. φοβεῖσθαι. Formidare. Metuere. Δειμαίνοντες τὴν Περσέων δύναμιν. Persarum potentiam formidantes. i. 159, 165. περὶ ἑωὑτῷ δειμαίνειν. Sibi ipsi timere. iii. 35, 51, 72. iv. 136, 164. v. 16. ὑπερδειμαίνων. v. 19. τῆς στρατιῆς δειμαινούσης. vi. 28. δειμαίνοντες. vii. 103. ὑποδειμαίνουσι. vii. 104. Metuunt. δειμαίνοντες. viii. 15. Δειμαίνω μὴ τὸν πεζὸν προσδηλήσηται. viii. 68. Vereor ne pedestrem exercitum ante lædat; id est, ne sit copiarum pedestrium cladis auctor. περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες. viii. 74. Sibi ipsis metuentes. περὶ αὐτῷ τῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες. viii. 99. Δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων. viii. 140. Δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ. ix. 73. Universo Atheniensium agro metuentem.

δειματόω, ῶ. V. H. pro communi φοβέω, ῶ. Terrefacio. Terreo. τοὺς Ἴωνας ἐδείματου. Iones terrefaciebat. vi. 3.

δεινὰ ποιεῖν. ix. 33. idem ac δεινὰ ποιεῖσθαι. Vide suo loco. Graviter aliquid ferre, et vehementer indignari.

δεινὸν ποιεῖσθαι. Graviter aliquid et iniquo animo ferre. δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ πάθος. Casum illum iniquo ferebant animo. i. 13. δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ Μήδων ἄρχεσθαι. Iniquo animo ferentes se a Medis regi, se Medorum imperio parere. i. 127. δεινῶς φέρειν. Graviter ferre. ii. 121. §. 3. δεινὰ ποιέειν. ii. 121. §. 5. δεινὸν ποιησάμενον. ii. 133. ταῦτα δεινὰ ποιεύμενοι. ii. 161. δεινὸν ποιεύμενος. iii. 155. δεινὰ ποιευμένους. iv. 33. v. 33. δεινὰ ποιεύντων αὐτέων. v. 41.

δεινὸν χρῆμα ποιεῖσθαι. Herodotea locutio, pro qua alias dicitur ἐλλειπτικῶς δεινὸν ποιεῖσθαι, ut viii.

93. et passim: et unica voce, *δεινοποιεῖσθαι*. viii. 16. Rem indignam judicare. Rem gravem et intolerabilem judicare.

δεινόν, τό, com. pro quo *κίνδυνος*. Periculum: sed proprie grave ac formidabile periculum. *οὐ γὰρ ἦν δεινὸν κατὰ τοῦτο μὴ ἁλῶ κοτέ*. Nullum enim erat periculum ne [arx] ab hac parte unquam caperetur. Nullo modo metuendum erat, ne, &c. Vel, Nullo modo suspectum erat, ne, &c. i. 84.

δεινολογέεσθαι, εἶσθαι. com. Graviter conqueri. i. 44. *δεινολογέεται*. Graviter conqueritur. iv. 68. Stephanus ait *τὸ δεινολογέεσθαι* jam accipiendum pro eo, quod Galli dicunt, *Dire qu'on nous fait tort*. Sed nihil est, quod nos ad hanc interpretationem sequendam compellat. Si enim Herodotus dixisset, *ἀδικεῖσθαί φησιν*, hæc Stephani interpretatio locum habere jam commode posset. Si tamen aliter hic locus esset explicandus, dicere præstaret, Res graves, atroces, ac indignas se pati dicit. Hæc enim Græci verbi vim melius explicant.

δεινῶς. Ion. et poet. pro com. *ἐπιμελῶς*. Accurate. iii. 152.

δεινῶς. Ion. et poet. pro com. *μεγάλως. σφόδρα*. Valde. Vehementer. *μέλαινα δεινῶς*. Valde nigra. ii. 76, 102, 149. iii. 5. iv. 52. ix. 35.

δειπνίζειν. com. Cœnam alicui præbere. Aliquem cœna excipere. *Δειπνίζοντες Ξέρξεα*. Cœnam Xerxi præbentes. vii. 118, bis.

δείρειν, Ion. pro com. *δέρειν*. Excoriare. ii. 39. *ἀπαδείρειν*. iv. 64.

δέκα πάντα. Vide *πάντα δέκα*. ix. 81.

δεκατεύειν. com. Decimare. Decimas offerre. Decimas dare. *Ἀναΐσκαιως ἔχει σφέα δεκατευθῆναι τῷ Διΐ*. Necesse est harum [pecuniarum] decimas Jovi offerri, dari. i. 89. *τούτους δεκατεῦσαι θεῷ*. vii. 132. Horum decimum quemque Deo offerre. v. s. hos decimare Deo. Vel personæ pro earum fortunis *μετωνυμικῶς* intelliguntur: id est, Decimam bonorum partem, quæ isti possiderent, Deo consecratam offerre.

Δεκελέη, ης, ἡ. Ion. pro com. *Δεκέλεια, ας*. De qua Stephanus ita, *Δεκέλεια, Δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας, ὡς Ἡρόδοτος ἐννάτῳ*. (Vide p. 228. ed. Gron. etiam notas ed. Wess. p. 725.) *ὁ δημότης, Δεκελειεύς. τὸ τοπικὸν Δεκελειαῖθεν, τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων εἰς α, ἢ εἰς η γιγνόμενα, διὰ τοῦ ηθεν, ἢ αθεν, προπερισπᾶται. ἅπαξ δὲ Καλλιμάχῳ, Δεκελειόθεν. Δεκελειάζε. Δεκελειᾶσι*. Sed ex Herodoti verbis colligimus *Δεκελέην*, ix. 73. vocari, quam Stephanus *Δεκέλειαν* appellat. Præterea discimus unde *Δεκελέη* fuerit dicta, et quomodo cives vocarentur alio nomine, quod apud Stephanum non exstat, ut nec alterum adverbium, quod apud Herodotum legitur. *Ἐκ δήμου Δεκελῆθεν. Δεκελέων δέ*. ibid. *τοὺς Δεκελέας*. ibid. *Τοῖσι Δεκελεῦσι*. ibid. *Δέκελον* vero *τῆς Δεκελέης κτίσιν* fuisse videmus. ibid. Sed *ἀπὸ τοῦ Δέκελος* formatur *Δεκελεύς, έος, ὁ. ἀπὸ τῆς Δεκελέης, Δεκελεεύς, εέος*, et inserto *ι*, *Δεκελειεύς, έος*, ut apud Stephanum.

δέκομαι. Ion. pro. com. *δέχομαι*. i. 7. *ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν*. Regnum accipiens, excipiens. ibidem. *δέκεσθε*. Accipite. i. 60. *ἐδέκοντο*. Acceperunt, receperunt. ibid. *ἐκδέκεται τὴν βασιληΐην*. In regno succedit. Regnum per successionem accipit. i. 107. *δεκόμενος ἄλλα παρ' ἐκείνου*. Alia ab illo accipiens. iii. 39. vii. 119.

Δελφός. Civis Delphus, sive Delphicus. *Δελφὸν γενέσθαι*. Delphorum civitatis jure donari, vel donatum esse. i. 54.

δέμειν. Ion. et poet. pro com. *οἰ-*

κοδομεῖν, ἔδειμαν τῆς τάφρου τὰ χείλεα. i. 179. ii. 124.

δένδρεον, ου, τό. Ion. et poet. pro com. δένδρον. iv. 22, 23.

δένδρος, τό. Ion. et poet. pro com. τὸ δένδρον. i. 17. ὅκως τὰ δένδρεα διαφθείρειεν. Donec arbores cæcidisset. ibid. i. 193, 202. ii. 32, 138, 156. iii. 106, 107. iv. 19, 21. δένδρεα ἐκκόψαντες. ix. 97. Arboribus cæsis.

δέννος, ου, ὁ, Eustath. δέννος, ἡ ὕβρις κατὰ γλῶσσαν. ὅθεν τὸ δεννάζειν, τὸ ὑβρίζειν. Vide et Suidam in δεννάζων, quod vertit βλασφημῶν. Contumelia. Probrum. Dedecus. Ignominia. Παρὰ τοῖσι Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, δέννος ἐξαὶ μέγιστος. ix. 107. Valla: Apud Persas summo opprobrio datur, audire se muliere esse ignaviorem. Æ. P. Apud Persas summum est probrum, sive dedecus, aliquem se muliere ignaviorem audire; id est, Si quis se muliere ignaviorem audiat appellari. Vel, Apud Persas maxima est ignominia si quis muliere ignavior appelletur, [aut habeatur.]

δέξαι. Ion. pro com. δεῖξαι. Demonstrare. Ostendere. ὑποδέξας, pro ὑποδείξας. i. 32. δέξαι ἕκαστα. Demonstrare singula. iii. 134. ἐπιδέξας. iii. 135. καταδέξαντος. iv. 42. διέδεξαν. iv. 76. ἀποδέξας. iv. 92. vii. 118. Vide ἀποδέξαι.

δεξαμενή, ῆς, ἡ. Receptaculum aquarum. Δεξαμενὰς ὀρύξασθαι, ἵνα δεκόμεναι τὸ ὕδωρ σώζωσι. Receptacula aquarum fodere, ut aquam recipientia conservent. iii. 9. Hæc receptacula servandis aquis destinata cisternæ vocantur. vi. 119.

δέον, pro δέοντος. Ion. et Attice. οὐδὲν δέον. Cum nullo modo oporteret.

δεσποσύνη, ης, ἡ. Ion. et poet. pro com. δεσποτεία, ας. Dominatus. Imperium. Potestas in aliquos. vii. 102.

δεύτερα. Ion. et Attice pro com. δεύτερον. Secundum. Iterum. i. 46. iii. 53, 65, 74. vii. 136. ix. 3.

δεύτερα. Ion. et poet. pro com. μετὰ ταῦτα. Postea. i. 59.

δευτερεῖα, ων, τά. Secundum præmium. Secundæ partes. Δοκέων δευτερεῖα οἴσεσθαι. Existimans se secundas partes laturum. i. 31. δευτερεῖα ἔνεμε τούτοισι. His secundas attribuit. i. 32. viii. 123.

δεύτερος. Secundus. οὐδενὸς δεύτερος. Nulli secundus. i. 23.

δή, ἀντὶ τοῦ δέ. iii. 130.

δῆθεν. Ion. et poet. Sane. Profecto. Prorsus, scilicet, quasi, propemodum. Est et dubitantis particula, ut docet Eustath. ἠθέλησάν μιν ἀπολέσαι δῆθεν. Ipsum profecto perdere voluerunt. i. 59. ὡς ἄγρην δῆθεν. Hic videtur redundare. i. 73.

δηλέεσθαι, εῖσθαι. Ion. et poet. Lædere. Vastare. τὴν γῆν δεδηωμένας πολλά. Quæ agrum valde vastarant. iv. 115. Quæ multis maleficiis agrum affecerant. ὡς μή σφεας δηλῆται. Ne ipsos lædat. iv. 187. δεδήληται. Lædit. iv. 198. ἐδηλέοντο αὐτούς. Ipsos lædebant, maleficiis afficiebant. v. 83. δηλέεσθαι. Lædere. vi. 36. δηλήσασθαι τὴν Σπάρτην. vii. 51. Οὐδὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται τῶν πρηγμάτων. viii. 100. Valla: Non enim res Persarum afflictæ sunt. Quod bene: sed hoc verba sonant, Nulla enim rerum inter hos Persas est læsa. πλεῖστον γάρ σφεας ἐδηλέετο ἡ ἐσθὴς ἐρῆμος ἐοῦσα ὅπλων. ix. 63. Plurimum enim illos [Persas] lædebat vestis armis vacans. Vel, Illis enim maxime nocebat vest. arm. vac. [nullisque tecta armis, id est, inermis.]

δηλέω, ῶ. Ion. et poet. pro com. βλάπτω. Lædo. δηλέεσθαι. Lædi. ii. 12.

δηλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Noxius. Qui nocet. Qui lædit. ii. 74. ἀνθρώπων δηλήμονες ὄφιες. Serpentes hominibus noxii. iii. 109.

δήλησις, ἡ. Læsio. Damnum. De-

trimentum. Lædendi ac nocendi actus, et quod lædendi nocendique causa fit. ἐπὶ δηλήσει. Nocendi gratia. i. 41. ἐπ' οὐδεμιῇ δηλήσει. Nullius damni dandi causa. iv. 112.

δηλητὴρ, ῆρος, ὁ. Ion. et poet. Noxius. Qui nocet. Labefactator. Corruptor. Pestis. V. Hom. 32. Dæmon infestus. Vide σύντριβ' ὁμῶς.

δῆμος, ὁ. Apud Herodotum accipitur sæpe pro eo, quod com. ἔθνος vocatur. Gens. Natio. τοῦ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες. Filiæ nationis sive gentis Lydorum. i. 93.

δῃοῦν, et δῃοῦσθαι. com. Vastare, sternere, populari, diripere, cædere. τὸν Δαρείου στρατὸν δῃώσασθαι. Darii copias cædere. iv. 102. Valla, et Stephanus Vallam secutus, τὸ δῃώσασθαι pro repellere sumsit; sed si bona est eorum interpretatio, διώσασθαι legendum erit, παρὰ τὸ διωθέω, ῶ. Dispello. Repello. Alioqui jam cædere significat, ut ante declaratum. Verbum διωθέω habemus paulo post, et ὠθέεσθαι. iv. 103. τὰ παραθαλάσσια ἐδῄουν. Loca maritima populabantur, vastabant. v. 89. ἐδῄουν πάντα. viii. 33, 50. δῃώσαντες αὐτέων τὴν χώρην. viii. 121.

διὰ μετὰ γενικῆς, ἀντὶ τῆς ἐν μετὰ δολικῆς. διὰ πάντων, pro ἐν πᾶσιν. Inter omnia. i. 25.

διὰ cum genitivo, tempori serviens. διὰ ἐνδεκάτου ἔτεος ἀπίκοντο ὀπίσω. Undecimo anno vertente, vel, Undecimo post anno, redierunt. i. 62.

Δία οἱ Πέρσαι πάντα τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύκλον καλοῦσι. Persæ Jovem appellant totum cœli orbem. i. 131.

διαβαίνειν. com. Transire. ἀποφέροντος Κροίσου ὅκως διαβήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατός. Dubitante Crœso quonam modo suus exercitus fluvium transiturus esset. i. 75, 189, 208. τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαβαίνοντα [γραψάμενος.] Valla: Suas copias traducentem effinxit. Sed vertendum, Ipsius exercitum transeuntem cum depinxisset, vel descripsisset. iv. 88. διαβῆναι τὸν Ἴστρον. iv. 139.

διαβάλλειν. com. Calumniari, accusare, criminari. Nomen alicujus ad aliquem deferre. viii. 90. Συνήνεικε τοὺς διαβαλόντας, τοιοῦτον λαβεῖν μισθόν. ibid. Accidit ut illi, qui criminati fuerant [ipsos, qui nomen ipsorum ad regem detulerant,] hujusmodi præmium acciperent. [ut scil. capite plecterentur.] καὶ σφέων ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα μὴ κακοὶ αὐτοὶ γενόμενοι, τοὺς ἀμείνονας διαβάλλωσι. ibid. Et ipsorum capita præcidi jussit, ne, cum ipsi ignavi fuissent, viros se præstantiores accusarent, vel per calumniam criminarentur.

διαβάλλειν. com. pro quo frequentius διαπεραιοῦσθαι. Trajicere. Navigio aliquo transire. ὡς ἐνθεῦτεν βορέῃ ἀνέμῳ ἐς τὴν Νάξον διαβάλοι. v. 33. Ut hinc Borea vento spirante in Naxum trajiceret.

διαβάλλειν. com. pro διαπεραιοῦν. Trajicere. Quod barbari dicunt Facere transire. Διέβαλον ἐκ τῆς Χίου τὰς νέας ἐς τὴν Νάξον. Naves ex Chio in Naxum trajecerunt. v. 34. vi. 44.

διαβάλλειν apud Herodotum præter vulgatas tritasque significationes interdum ἀντὶ τοῦ ὑπερβάλλειν sumi videtur. Superare. Excellere. Præstare. ὁ Ἀριστ αγόρης τἆλλα ἐὼν σοφὸς, καὶ διαβάλλων ἐκεῖνον [τὸν Κλεομένη] εὖ, ἐν τούτῳ ἐσφάλη. v. 50. Aristagoras, cum alioqui sapiens esset, et illum [Cleomenen] longe superaret [prudentia, tamen] in hoc lapsus est.

διαβάλλειν. Interdum ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾶν. Decipere. Fallere. Ἱστιαῖος λέγων ταῦτα, διέβαλε. Histiæus hæc dicens, [Darium] decepit, fefellit. v. 107. Θεμιστοκλέης

ταῦτα μὲν λέγων, διέβαλλε, Ἀθηναῖοι δὲ ἐπείθοντο. viii. 110. Themistocles hæc quidem dicens, fallebat [Athenienses,] Athenienses vero [ei] credebant, [vel, parebant.] Λέγων τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλετο. ix. 116. Hæc dicens, Xerxem decepit.

διαβάλλεσθαί τινι. Apud aliquem male audire. Vel, Nomen alicujus ad aliquem deferri. Accusari. Μεγαβάτῃ διαβεβλημένος. Apud Megabaten male audiens. Vel, Ad Megabaten delatus. v. 35. Valla: Megabate insimulante: sed et hæc, et totam periodum parum fideliter interpretatus videtur. vi. 46. Ἵνα, ἐπείτε διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα. viii. 22. Ut, ubi [literæ] ad Xerxem cum criminatione, vel accusatione, delatæ fuissent. Διαβεβλημένους ὑπὸ Θεσσαλῶν. ix. 17. A Thessalis accusatos.

διαβατήριος Ζεύς. Jupiter qui transitui sive trajectui præest, et qui felicem transitum, sive trajectum, dat illis, quibus favet. Ctesias Pers. 17. Quando, cur, et a quo, primum hoc cognomentum Jovi fuerit inditum, ibi docetur.

διαβατός, ή, όν. De loco dicitur, qui transiri potest. Com. ποταμὸς διαβατός. Fluvius, qui vado transiri potest. i. 75. Νῆσον διαβατόν. Attice, et Ion. pro com. διαβατήν. Insulam, quæ transiri potest. iv. 195.

διαβιβάζειν. com. Trajicere. κατὰ τὰς γεφύρας διεβίβασε τὸν στρατόν. Per pontes exercitum trajecit. i. 75.

διαβυνέεσθαι, εῖσθαι. V. H. Transire. Trajicere. pro com. διαβαίνειν, vel διαβιβάζειν, καὶ διαπερᾶν. διὰ τῆς ἀριστερῆς χειρὸς οἱ ἵπποὺς διαβυνέονται. Per sinistram manum sagittas trajiciunt. iv. 71. In vulgatis Lexicis legitur διαβύνονται a διαβύνομαι. Et hic Herodoti locus nullo libro notato pro exemplo affertur. Sed utrumque bene habere potest. Nam a gravitonis circumflexa Attice, et Ionice non raro deducuntur.

διαδάσασθαι τὴν λῆΐν. Ionica et poetica locutio. Prædam dividere. viii. 121.

διαδάσασθαι. Vide δάσασθαι.

διαδέξιος, ὁ. N. H. Lexica vulgata. Διαδέξιος. Dexter. Strenuus. Industrius. Herod. Διαδέξιον ποιεύμενοι καλλιστεύοντα ἔσφαξαν. Strenuissimum quemque deinceps mactant. Sed operæ pretium me facturum puto, si totum Herodoti locum hic scribam cum Vallæ versione, et H. Stephani reprehensione, qua Vallam reprehendit, cum tamen ipse nihil in medium proferat, quod sit melius. Deinde nostram interpretationem, et de hoc loco judicium paucis subjiciam. Sic autem ille. vii. 180. Ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς [τῆς Τροιζηνίης νηὸς] τὸν καλλιστεύοντα ἀγαγόντες, ἐπὶ τῆς πρῴρης τῆς νηὸς ἔσφαξαν, διαδέξιον ποιεύμενοι τὸν εἰλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλλιστον. Valla: Deinde strenuissimum quemque propugnatorum ejus ad proram adductum, deinceps mactant. Stephanus: Videtur [Valla] totum hunc locum aliter legisse, aut non intellexisse. Æ. P. Cur igitur tu, Stephane, jam præter morem taces? Quin ingenii tui magnum illud, et ὀξυδερκὲς acumen nunc exeris, ut ex hoc etiam loco laudem doctrinæ reportes? Locus hic, licet sit obscurior, non eam tamen habet difficultatem, quæ tantum virum ab eo Latine reddendo deterrere debuerit. Hæc enim (nisi fallor) est Herodoti mens. Deinde cum illius [Trœzeniæ navis] propugnatorum fortissimum [ad suos] adduxissent, [eum] in ipsa navis illius prora jugularunt, dextrum, [i. e. faustum omen] existiman-

tes, illum, quem de Græcis primum ac fortissimum ceperant. Vel, Deinde, cum illum, qui inter illius navis propugnatores fortissime rem gesserat, [ad suos] adduxissent, eum in ipsa navis illius prora jugularunt, ac faustum omen hoc esse duxerunt, quod ex Græcorum copiis hunc primum et fortissimum virum cepissent, atque interfecissent. Hoc enim quoddam felicis rerum exitus præsagium esse credebant. διαδέξιον enim hic δεξιὸν, αἴσιον, et εὐτυχὲς significat, ut apud Latinos sæpe dextrum sumitur pro læto, fausto, prospero, propitio. Virgil. Æn. viii. ver. 302. Et nos, et tua dexter adi pede sacra secundo. Sic et apud Persium. Hercule dextro. i. e. favente, propitio. Quare διαδέξιον ποιεῖσθαί τι, idem valebit, ac νομίζειν τὶ αἴσιον, καὶ εὐτυχὲς εἶναι. Dicetur autem ut δεινὸν ποιεῖσθαι. Vide ποιεῖσθαι.

διάδοχος, ου, ὁ. com. Successor. τῆς τάξιος διαδόχους. ix. 21. Ordinis successores. διάδοχοι Μεγαρεῦσι. ibid. Megarensium successores, i. e. qui Megarensibus succederent. Qui in Megarensium locum succederent.

διαδρὰς, άντος, ὁ. com. pro quo διαφυγὼν frequentius. Qui diffugit. Est autem particip. aor. 2. act. a διάδρημι. Diffugio. Μὴ περιίδητε διαδράντας αὐτούς. viii. 75. Ne per vestram negligentiam eos diffugere, sive dilabi patiamini, sinatis. διαδράντας. ix. 58. διαδράντων. ix. 60.

διαδρήσηται. Ion. pro com. διαδράσηται. Diffugiat. Elabatur. Aufugiat. iii. 135. διαδρήσονται. Diffugient. Dilabentur. viii. 60, 80.

διαθέτης, ου, ὁ. N. H. q. d. barbare, Dispositor. Latine, Dispensator. Curator. Explanator. Interpres. χρησμολόγον τῶν Μουσαίου χρησμῶν διαθέτην. Vatem Musæi vaticiniorum interpretem, ac dispensatorem. vii. 6.

διαιρέειν, εῖν. com. Dirimere. οἱ τὰς διαφορὰς διαιρέοντες. Qui controversias dirimunt. iv. 23.

διαιρεῖν. com. Dividere. [λέγουσι] τὸν βασιλῆα αὐτῶν δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν. Ferunt ipsorum regem Lydis in duas partes vel bifariam divisis. i. 94. κατὰ μέλεα διελών. Cum in frusta concidisset. i. 119. αὐτοχειρὶ, vel αὐτοχειρίῃ μιν διελεῖν. Ut ipsum [leporem] manu propria divideret, aperiret. i. 123.

διαιρεῖν, et διαιρεῖσθαι. com Distincte aliquid explicare. Disserere. Disputare. Explanare. Dicere. vii. 16. οἷον ἐγὼ διαιρῶ. Ut ego dico. [διαιρεῖν περί τινος. Aristot. Rhet. lib. i. cap. 4. De re aliqua distincte verba facere, disserere.] οἵην σὺ διαιρέεαι. Qualem tu dicis. vii. 47. ἕκαστα διαιρέεαι. Singula narras, de singulis disseris. vii. 50. οἷόν συ διαιρέεις. Qualem tu dicis. vii. 103.

δίαιτα, ης. Ion. et poet. Habitatio. Domicilium. δίαιταν εἶχε ἐν Κροίσου. In Crœsi palatio degebat. i. 35. τὴν δίαιταν τῆς ζόης μετέβαλον. Vitæ rationem mutarunt. i. 157. ἐν ὕδατι δίαιταν ποιεύμενον. In aqua degentem. ii. 68.

διακαρτερεῖν. com. Perseverare toleranter in re aliqua. Constanter aliquid tolerare. Διεκαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον. vii. 107. Mala ad extremum usque constanter tulit.

διακείμενα, ων, τά. Apud Herodotum pro certis conditionibus accipi videtur. μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοισι. ix. 26. Certis conditionibus singulari prælio dimicare. Quod ἐπὶ ῥητοῖς μουνομαχῆσαι diceretur ab aliis. Valla tamen vertit, aliis acquiescentibus singulari certamine dimicare. Lector eam interpretationem libere sequatur, quam Græcis verbis melius respondere, sensumque fidelius ex-

primere cognorit. Nostram conjecturam sequentia verba confirmant, ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε. hac conditione.

διάκορος, ὁ καὶ ἡ. V. H. Satiatus. Repletus. Expletus. iii. 117.

διακριδόν. Ion. et poet. Distincte. Eximie. Egregie. iv. 53.

διακρίνειν. Dijudicare. Statuere discrimen inter res aliquas. Οὐδένα διακρίνων. Inter nullos discrimen statuens. Sine cujusquam discrimine. iii. 39.

διακρίνειν. Discernere. Deligere. Delectum habere. Μαρδόνιος τὴν στρατιὴν διέκρινε. viii. 114. Mardonius copiarum delectum habebat.

διακρίνειν πόλεμον. Herodotea locutio. Decernere bello. De rebus aliquibus dimicare, et armis controversias dirimere, Δοκέοντες κατὰ τάχος διακριθήσεσθαι τὸν πόλεμον. vii. 206. Existimantes fore ut citissime bello decerneretur.

διακρίνειν. com. Discernere. Dirimere. Separare. διακριθέντες. vii. 219. Diremti. Separati. Dissidentes. Discordes. Διακριθέντες. viii. 18. Diremti. Separati. διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐτέων ἐσχίζετο. viii. 34. Ipsorum exercitus bifariam divisus est.

διακρίνεσθαι μάχῃ. Decernere prælio. πρὸς τοὺς ἀψευδέως ἀρίστους ἀνθρώπων μάχῃ διακριθῆναι. ix. 58. Cum illis, qui non falso [sed vere] sunt hominum præstantissimi, prælio decernere.

διακρούεσθαι. com. Dispellere. Repellere. Propulsare. Summovere. Interdum etiam accipi videtur pro eludere, vel fallere. unde ῥήματα διακρουστικὰ, τὰ ἀπατηλά. Verba ad imposturam facientia. Verba ad aliquem fallendum apta. Οὗτοι τοὺς Ἕλληνας οὕτω διεκρούσαντο. vii. 168. Valla: Isti Græcos a se summoverunt. Æ. P. Isti Græcos ita eluserunt, vel ita fefellerunt. Quam interpretationis conjecturam confirmant illa præcedentia. πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνάς σφι σκῆψις ἐπεποίητο, τῇπερ δὴ καὶ ἐχρήσαντο. vii. 168. Vide σκῆψις. Sic loquitur et Dionys. Hal. Antiq. R. lib. x. 643. 43. Ταύτῃ διακρουσάμενος αὐτοὺς τῇ προφάσει. Cum ipsos hac speciosa causa elusisset.

διακύπτειν. com. Per aliquem locum, ut fenestram, rimasve perspicere. Transpicere. Suspicere per. διὰ τῆς γοργύρης διακύψας. Cum per subterraneam fossam perspexisset, vel suspexisset. iii. 145.

διαλαγχάνειν. com. Dividere. Partiri. τὰ χρήματα αὐτοῦ διαλαγχάνουσι οἱ πρῶτοι τῶν μαντίων. Ipsius facultates inter se partiuntur vates primi, vel vatum principes, vel qui inter vates principem tenent locum. iv. 68.

διαλαμβάνειν. com. Distinguere. Dividere. Partiri. Γύνδης ποταμὸς, τὸν ὁ Κῦρος ἐς τὰς διώρυχας τὰς ἑξήκοντα καὶ τριηκοσίας διέλαβε. Gyndes fluvius, quem Cyrus in 360 alveos divisit, vel in 360 rivos diduxit. i. 202. At i. 189. dicit ὑποδεξας διώρυχας ὑγδώκοντα καὶ ἑκατόν. Quamobrem in altero loco mendum videtur esse. Nam de re eadem illic 180, hic vero 360, sive rivos, sive alveos, sive fossas dici videmus. Quod a veritate et ratione alienum. Vel post illos 180 alveos effossos, alios eodem modo ad hanc usque summam factos dicemus. Hoc autem κατὰ τὸ σιωπώμενον erit intelligendum. v. 52. eadem verba repetuntur, quæ leguntur. i. 202.

διαλαμβάνειν. Disserere de re aliqua. Narrare aliquid. Διαλαμβάνει ὡς ἀποστέλλει Κῦρος ἐν Περσίδι Πετισάκαν. Ctesias Pers. 5. Narrat quomodo Cyrus Petisacan in Persidem miserit. Ctes. Pers. 55.

διαλαμβάνειν. com. pro συλλαμβάνειν. Comprehendere. Gallice, *Empoigner. Saiser.* ἐκέλευε αὐτὸν

τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβέσθαι. Eum ab aliis pueris comprehendi jussit. i. 114. διαλελαμμένος ἄγεται. Interceptus, captus, correptus, comprehensus adducitur. iv. 68.

διαλαμβάνειν. com. Tractare. τὰ Ἀσσύρια διαλαμβάνει. Ctesias Pers. 1. Res Assyriorum tractat. pro eodem dicitur et διεξέρχεσθαι. q. d. persequi, scriptis scilicet. ibid. τὰ Περσικὰ διεξέρχεται.

διαλέγειν. com. Deligere. Secernere. Eligere. Τοῖσι εἴδεα ὑπῆρχε διαλέγων. viii. 113. Valla: Quorum duntaxat speciem animadvertebat. Stephanus, Indolem. Æ. P. Deligens eos, quibus [egregia] forma erat. i. e. Formosissimos quosque deligens. Vel, Eos deligens, quos forma præstanti præditos animadvertebat.

διαλέγεσθαι. com. Loqui. Colloqui. κατὰ ταυτὰ διαλέγεσθαι. Eodem modo loqui. Eadem uti lingua. i. 142. κατὰ τωὐτὸ διαλέγονται. Eodem modo loquuntur. ibid. Σάμιοι ἐπ' ἐωϋτῶν μοῦνοι διαλέγονται. Soli Samii propria lingua utuntur, quæ non est aliis communis. ibid.

διαλελαμμένος. Ion. pro com. διαλελημμένος. Distinctus. Divisus. iii. 117.

διαλελαμμένος. Ion. pro διαλελημμένος, καὶ συλλελημμένος. commun. Interceptus. Captus. Correptus. Comprehensus. διαλελαμμένος ἄγεται. Comprehensus adducitur. Valla nimis liberam habet interpretationem hoc loco, et a Græcis verbis nimis recedit, quæ tamen sunt facilia, et perspicua, nec istam libertatem jam flagitant, nulla necessitate cogente. iv. 68.

διαλλάσσειν. com. pro quo frequentius διαφέρειν. Differre. Discrepare. Διαλλάσσοντες εἶδος οὐδὲν τοῖσι ἑτέροισι. Specie nihil ab aliis differentes. vii. 70.

ἐκκναῖν. com. Eradere. vii. 239. vide κναῖν.

ἐκκομιδή, ῆς, ἡ. com. Exportatio. πρὸς ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων. viii. 44. Valla: Ad recipiendos domesticos suos se converterant. Æ. P. ad exportandos, &c.

ἐκκομίζειν. com. Exportare, recipere. ἐμὲ ἐκκομίσας αὐτόν. Me ipso recepto, iii. 122.

ἐκκομίζειν, et ἐκκομίζεσθαι. com. Efferre, exportare. οὐδὲν ἐξεκομίσαντο. viii. 20. Nihil exportarunt. (προεσάξαντο.)

ἐκκομισαί τινα ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος. Herodotea locutio. Ex impendente fato aliquem eripere. iii. 43.

ἐκκόπτειν. com. Excidere, penitus exstirpare, trucidare. τοὺς ἄνδρας ἐκκόψαι. Viros trucidare. iv. 110. ἐξέκοψαν τοὺς ἄνδρας. ibid.

ἐκλαμβάνειν ἔργον. Herodotea locutio, quam Valla vertit, Negotium alicui exhiberi. Hanc interpretationem et vulgata Græco-latina Lexica sequuntur: sed locutionis vim non explicant. ἐκλαμβάνειν proprie quidem excipere significat. Interdum vero idem valet ac τὸ ἀπολαμβάνειν, i. e. recipere, accipere. Vide Suidam. ἔργον vero, præter alia, negotium, et molestias significat, ut et πρᾶγμα. unde παρέχειν τινὶ πράγματα, negotium alicui facessere. Alicui molestiam exhibere. (λαμβάνειν, vel ἐκλαμβάνειν πράγματα, vel ἔργα.) v. s. Negotium, sive molestiam accipere, vel excipere. ἀντὶ τοῦ, Negotium alicui exhiberi. Aliquem ab aliquo affici molestia. ἤδη δὲ καὶ τόδε ἤκουσα ὡς ὁ Δηίφονος ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος, ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα, οὐκ ἐὼν Εὐηνίου παῖς. ix. 95. Valla: Quanquam illud quoque audivi, Deiphono negotium in Græcia fuisse exhibitum, quod se filium Evenii, cujus non esset, nuncuparet. Æ. P. Quinetiam illud olim audivi, quod Deiphonus, cum non esset [verus] Evenii filius, [ut quidam opinabantur, atque dicebant,] Evenii nomen usurpans, [sibique tribuens, atque vendicans,] molestia fuerit affectus in Græcia. Vel, Quinetiam illud olim audivi, Deiphono molestiam in Græcia exhibitam fuisse, quod Evenii nomen sibi tribueret, [ac usurparet,] cum non esset Evenii filius.

ἐκλιπεῖν, ad orationem relatum, quomodo sit interdum accipiendum. Vide ἄνειμι ἐκεῖσε τοῦ λόγου, τῇ μοι πρότερον ἐξέλιπε. vii. 239.

ἐκλογίζεσθαι. com. Perpendere animo. ταῦτα ἐκλογιζόμενος. ix. 89. Hæc animo perpendens.

ἐκπαγλέομαι, οὔμαι. Ion. et poet. pro com. ἐκπλήττομαι. Terreor, admiror, stupeo. ἐκπαγλεόμενοι. vii. 181. Admirabundi, obstupescentes. [Hoc verbum reperitur et apud Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. i. 32, 4. τοῦ δὲ τὴν ὄψιν ἐκπαγλούμενοι, θεῖόν τι χρῆμα ἐνόμισαν ὁρᾶν. Illius speciem stupentes, divinum quiddam se videre putabant. Consule Eustath. ἐν τῷ ἔκπαγλος.] Herod. viii. 92. ἐπ' ἧς ἔπλεε Πυθέης ὁ Ἰσχένου, τὸν οἱ Πέρσαι κατακοπέντα, ἀρετῆς εἵνεκα εἶχον ἐν τῇ νηῒ ἐκπαγλεόμενοι. Quem hic Ἰσχένουν. vii. 181. Ἰσχένοον appellat: sed idem est nomen. Hoc quidem sine contractione prolatum, Ἰσχένοος, illud vero, contractione facta dictum, Ἰσχένους. Valla recte Pytheam hoc loco vocat: sed vii. 181. Pythium male nominat. ix. 48.

ἐκπειρᾶσθαι. com. Experiri, explorare, periculum facere, tentare. δείσας μὴ ἐκπειρῷτο Δαρεῖος. Veritus ne Darius [se] tentaret, sui periculum faceret. iii. 135.

ἐκπίπτειν. Excidere ex aliquo rerum ac bonorum loco statuque. ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἐόντων. Qui ex suis bonis exciderat. Qui suis bonis spoliatus fuerat. iii. 14. ἐκ πολλῶν τε, καὶ εὐδαιμόνων ἐκπεσών. De multis bonis, deque felici statu delapsus. ibid.

ἐκπίπτειν ὑπό τινος. com. Ab aliquo expelli ex aliquo loco. ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων. viii. 141. Ex Peloponneso a Medis expelli.

ἐκπλαγὲις, εῖσα, έν, έντος, είσης, έντος, ἡ, τό. com. Animo perculsus. Consternatus animo. i. 116. παρὰ τὸ ἐκπλήττω. Terreo. Metu percello. Metu consterno.

ἔκπληκτος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Attonitus. Admirabundus. Præ admiratione stupens. ἔκπληκτος ἦν ὁ Γλαῦκος ἀκηύων. V. Hom. 22. Glaucus [hæc] audiens præ admiratione stupebat.

ἐκπλήσσεσθαι. Præ admiratione obstupescere. ἐξεπλήσσετο. Obstupescebat. iii. 148.

ἐκπλήττεσθαι. com. Animo percelli, consternari. τούτοις ἐκπλαγείς. His perculsus. i. 116. ἐξεπλάγη. Consternatus est. i. 119. ἐπὶ τῷ γινομένῳ ἐκπλαγέντες. Re, quæ acciderat, consternati. iv. 4.

ἐκπλήττεσθαί τι. Rem aliquam vehementer admirari, ac ea stupefieri. ἐκπλαγέντα τὰ προκείμενα ἀγαθά. ix. 82. Valla: Propositis bonis stupefactum.

ἐκπλώειν τῶν φρενῶν. Herodotea locutio, q. d. Extra mentem navigare. Ex mentis potestate exire. De sano mentis statu deturbari. ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν. De sano mentis statu deturbatus es. iii. 155. pro eodem dicitur συνωμόμως, ἐκπλώειν ἐκ τοῦ νόου. vi. 12.

ἐκποίησις, ἡ. V. H. ἡ τοῦ σπέρματος ἔκκρισις, καὶ ἄφεσις. Seminis genitalis excretio, ac emissio. ἐν αὐτῇ τῇ ἐκποιήσει. In ipsa seminis genitalis emissione. In ipsa genitura emittenda. iii. 109.

ἐκπρήσσειν, et ἐκπρήσσεσθαι. Ion. pro com. ἐκπράσσειν, et ἐκπράσσεσθαι. Exigere, pœnas reposcere, ulcisci. τὸν Δωριέος φόνον ἐκπρήξασθαι. Doriei cædem ulcisci. Pro Doriei cæde pœnas exigere, reposcere. vii. 158. τὸν Δωριέος φόνον ἐκπρηξόμενοι. Doriei cædem ulturi. ibid.

ἐκ προνοίης. Ion. pro com. ἐκ προνοίας. De industria. Consulto. viii. 87.

ἐκραγῆναι ἔς τινα. Herodotea locutio, quam Galli feliciter exprimunt his verbis, *Eclater contre*

quelqu'un. v. s. Erumpere contra aliquem. κατεῖχεν ἐωῦτὸν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν. Continebat se ipsum, nolens in ipsum erumpere, i. e. quod vocem ac objurgationem, quam pectore vix continere poterat, in eum erumpere ac effundere nollet. vi. 129.

ἐκραγεὶς, εἶσα, εν. com. Qui erupit. φῦμα ἐκραγὲν ἐνέμετο πρόσω. Valla: Ulcus rescissum porro grassabatur. Sed vertendum, tuberculum diruptum longe grassabatur; vel, Tuberculum diruptum [mammam] longe serpendo depascebatur. iii. 133. Quid autem sit φῦμα, consule Hippocratis Œconomiam.

ἔκροος, ου, ὁ. Ion. et poet. effluxus. Dictum de fluminibus in mare effluentibus. ποταμοὶ ἔκροον ἔχουσι ἐς θάλασσαν. vii. 129. Fluvii effluxum habent in mare. In mare effluunt. Arist. μετεωρωλογικῶν. l. i. c. 13. συνωνύμως ἔκρουν, ἐκροὴν, et ἔκρυσιν dicit. Herod. vii. 130. pro eodem, ἐξήλυσιν ἐς θάλασσαν. Exitum in mare.

ἐκτάσεις. Ionibus familiares, ut θεήσεαι, pro θεάσῃ. i. 8. ἐθηῆτο, pro ἐθεᾶτο. i. 10. θηησάμενον, pro θεασάμενον. i. 11. τριήκοντα, pro τριάκοντα. i. 14. ἀξιοθέητος, pro ἀξιοθέατος. ibid. νηὸς, pro ναός. i. 19, 21. θεησάμενον, pro θεασάμενον. i. 30. νεηνίαι, pro νεανίαι. i. 31. Τεγεῆται, pro Τεγεάται. i. 65. Σπαρτιῆται, pro Σπαρτιάται. i. 65, 67. ἐπηρωτέω, pro ἐπερωτάω, ῶ. i. 47. τριηκόσιοι, pro τριακόσιοι. i. 82. ἐπηγορεύειν, pro ἐπαγορεύειν. i. 90. τρηχέως, pro τραχέως. i. 73, 114. πρησις, pro πράσις, quamquam alii melius πρᾶσις scribendum censent. i. 153. πρηθῆναι, pro πραθῆναι. i. 156. οἰηκίζειν, pro οἰακίζειν. i. 171. πεζητός, ἀντὶ τοῦ πεπατός. i. 189, 193. τριηκοντήμερος, pro τριακονθήμερος. ii. 4. φλυηρεῖν, pro φλυαρεῖν, nugari. ii. 131. ἀποδιδρήσκειν, pro ἀποδιδράσκειν. ii. 182. ἐκδιδρήσκει. iii. 4. ἐπαρησάμενος, pro ἐπαρασάμενος. iii. 75, 124. Συρηκούσιος, pro Συρακούσιος. iii. 125. vii. 154. et. seq. διπλήσιον, pro διπλάσιον. iii. 130. vii. 103. διαδρήσηται, pro διαδράσηται. iii. 135. πολληπλήσια, pro πολλαπλάσια. iii. 135. iv. 50. Γῆδειρα, pro Γάδειρα. iv. 8, &c.

ἐκτέαται. Ion. pro com. ἔκτηνται. 3. plur. pers. pass. verbi κτάομαι, ῶμαι, possideo. iv. 23, 174. vi. 52. vii. 176.

ἐκτενέως. V. H. pro communi ἐκτενῶς, τουτέστιν ἐπιμελῶς, ἐνεργητικῶς, ὁλοψύχως, προθύμως. Accurate, efficaciter, ex toto animo, promte, sedulo. Consule Suidam. ὁ δὲ Μέντωρ ἐνοσήλευσεν αὐτὸν ἐκτενέως. V. Hom. 7. Mentor vero ipsum sedulo curavit. ὅτι μιν κάμνοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνοσήλευσεν ἐκτενῶς. V. Hom. 26. Quod ipsum oculorum morbo laborantem sedulo curasset.

ἐκτημένος, η, ον. com. Qui possidet aliquid. ἐκτημένοι πολεῖσον χρατόν. vii. 161. Qui maximas copias possident, habent.

ἔκτηνται, pro κέκτηνται. Possident. ii. 42, 44, 50. ἔκτηται, pro κέκτηται. ii. 95. ἔκτηντο. ii. 108. ἐκτῆσθαι. iii. 34. ἔκτητο. iii. 39. ἔκτηνται. iii. 97. ἔκτηται. iv. 64.

ἐκτῆσθαι. Ionice, pro communi κεκτῆσθαι. Possidere, habere. i. 49. ii. 42, 44, 50, 95. iii. 34, 100. vi. 20.

ἐκ τῆς ἀντίης προσπλώειν. Herodotea locutio. viii. 6. Ex adverso adnavigare. Adversis navium proris hostem invadere. ἐκ τῆς ἀντίης vero dictum ἐλλειπτικῶς subaudito nomine ὁδοῦ, vel πορείης, vel ἐφόδου. Sic ἐξ ἐναντίης προσπλώειν. viii. 7.

ἐκ τῆς ἰθείης. Herodoteum loquendi genus: at ἐλλειπτικόν. Subauditur enim ὁδοῦ, q. d. Ex recta via, id est, Recta. Non per diverticula,

nec per anfractus; at recta. Palam, aperte, ex professo. Vide ἰθέα. κατες-ήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. ix. 37. Hostis ex professo Lacedæmoniis exstitit.

ἐκτομίας, ου, ὁ. Ctesias Pers. 52. Exsectus, castratus, eunuchus.

ἐκτομίης, ου, ὁ. pro com. ἐκτομίας. Exsectus, castratus. παῖδες ἐκτομίαι. Pueri exsecti, castrati. iii. 92. τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν. Filios castrabimus. vi. 9. pro quo συνωνύμως dicit Herodotus τοὺς παῖδας ἐξέταμνον, καὶ ἐποίευν ἀντὶ ἐνόρχων εἶναι εὐνούχους, filios exsecuerunt, et pro integris, ac testes habentibus, eunuchos fecerunt. vi. 32.

ἐκ τοῦ ἐμφανέος. Ion. et poet. pro com. ἐμφανῶς. Aperte, manifeste. iii. 150. iv. 120. v. 37. vii. 205.

ἐκ τοῦ μέσου κάτησθαι. Herodotea locutio. De medio cedere, et quodammodo alio se recipere, sedendi ac quiescendi causa. μηδενὶ τρόπῳ ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι, περιίδητε ἡμέας διαφθαρέντας. Nullo modo de medio cedentes, nos perdi sinatis. iv. 118.

ἐκ τοῦ μέσου κάτησθαι. Herodotea locutio. v. s. E medio sedere; pro, E medio se recipere aliquo, et seorsum ab aliis sedere, se ex aliorum societate subducere, neque cum aliis rerum aliquarum participes esse velle. αἱ λοιπαὶ πόλιες ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο, pro ἐκάθηντο. viii. 73. V. Reliquæ civitates e medio cesserunt. Æ. P. Ex ceterarum civitatum societate se subduxerunt. Vel, A ceterarum civitatum societate recesserunt. ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι, ἐμήδιζον. ibid. Valla: In medio sedentes cum Medis sentiebant. Æ. P. E medio se recipientes. et ab aliis recedentes, Medorum partibus favebant.

ἐκ τοῦ φανεροῦ. φανερῶς. Manifeste, palam, aperte. ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων. viii. 126. Palam a barbaris defecerunt. ix. 1.

ἐκφαίνειν λόγον. Herodotea locutio. Orationem proferre, verba proferre. τὸν τελευταῖόν σφι τόνδε ἐξέφηνε λόγον. vii. 160. Postremam ipsis hanc orationem protulit, ad extremum ipsis hæc verba protulit.

ἐκφόριον, ου, τό. Quod pro solo pensitatur. ἡ ἀπὸ γῆς πρόσοδος. Terræ proventus, qui percipitur ex terræ fructibus. τῶν ἐκφορίων τοῦ καρποῦ ταυτὰ μέτρα κατίστασι. Eædem mensuræ fructuum, qui ex terra proveniunt, sunt constitutæ. iv. 198.

ἐκχρᾶν. V. H. pro com. ἐξαρκεῖν. Sufficere, satis esse, suppetere. οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιέεσθαι. viii. 70. Dies ad prælium navale committendum ipsis non suffecit.

ἐκχρήσει. Verbum Herodoteum. Utile erit. Idem ac ἐν χρήσει ἔσαι. Ex usu erit. πῶς ταῦτα βασιλεῖ Δαρείῳ ἐκχρήσει περιϋβρίζεσθαι; Quomodo ex usu erit [vobis, quomodo vobis conducet] hanc injuriam Regi Dario facere? iii. 137.

ἔλασις, ἡ. com. pro quo frequentius est στρατεία. Militaris expeditio. Μετὰ τὴν Βαβυλῶνος αἵρεσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις. Post Babylonis expugnationem fuit ipsius Darii expeditio adversus Scythas. i. e. Post Babylonem expugnatam ipse Darius adversus Scythas expeditionem suscepit. iv. 1. Quamvis autem τὸ τῆς ἐλάσεως nomen sit et aliis scriptoribus commune, peculiariter tamen et Xenophon, et Herodotus pro expeditione hoc usurpant. Ceteras significationes vulgata Lexica tibi suppeditant. Ea consule. Pro eodem dicitur et ἐξέλασις. ἐποιέετο τὴν ἐξέλασιν. ὡς δ' ἐξήλαυνε τὴν στρα-

τιήν. vii. 37, 38. πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος. vii. 106. Ante hanc expeditionem.

ἔλασσον ἔχειν τῇ μάχῃ. ix. 102. v. s. Prælio minus habere; id est, Prælio inferiorem esse. In pugna rem deteriore conditione gerere. Quod alias συνωνύμως dicitur τῇ μάχῃ μειονεκτεῖν. (πλέον ἔχειν τῇ μάχῃ. et πλεονεκτεῖν τῇ μάχῃ.) Meliore conditione rem in prælio gerere. Meliore conditione pugnare. Gallice, *Combattre avec avantage. Avoir avantage en la bataille. (Avoir désavantage en la bataille. Combattre avec désavantage.* πλεονέκτημα. Melior, sive potior conditio.) Gall. *Avantage.* (μειονέκτημα. Deterior, sive pejor conditio.) Gall. *Désavantage.*

ἐλασ-σεῖν. Ion. et poet. pro com. ἐλαύνειν. Agitare. Agere. τριήρεας ἐλασ-σευμένας. Triremes, quæ aguntur. ii. 158. τριήρεας ἐλασ-σεομένας. vii. 24.

ἐλαύνειν, et ἀπελαύνειν. com. Agere. Impellere. Ducere. Proficisci. ἤλασεν ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος. Vehiculum egit in forum. i. 59. ἐλαύνοντα ἐς ἀγρόν. Dum rus iret. ibid. ἤλαυνον ἐς τὸ ἄσ-υ. Ad urbem, vel in urbem iverunt. i. 60. ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις. Sardis ivit. i. 77. ἐλάσει ἐπὶ Σάρδις. Adversus Sardis venturus esset. ibid. ἀπελαυνοντος Κροίσου. Crœso abeunte. i. 79. ἀπήλασε ὁ Κῦρος ἐκ τῶν Σαρδίων. Cyrus Sardibus discessit. i. 154. ἐλάσας ἐπὶ τὰς Σάρδις. Adversus Sardeis profectus. i. 154, 157. ἀπήλαυνε ἐς τὰ ἤθεα Περσέων. i. 157. ἐς τὸ πεδίον ἤλασε ὁ Ἅρπαγος τὸν σ-ρατόν. Harpagus exercitum in planitiem egit, duxit. i. 176. 185. ἀπελάσαντος ἐπὶ τὸν Ἀράξεα. i. 211. vii. 8, 9, &c.

ἐλαφρὸς. Levis. ἐν ἐλαφρῷ τι ποιεῖσθαι. Herodotea locutio. Aliquid leve existimare. Aliquid leviter ferre. i. 118. ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος. iii. 154. Cum [hoc] leve duxisset.

ἐληλαμένος. Particip. perfect. et plusquamperf. pass. Attice, et Ion. pro com. ἠλαμένος, ab ἐλαύνω. μ. ἐλασω, ab ἐλάω, ῶ. Ago, duco. καίπερ τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου κρατεροῦ, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. ix. 9. Valla: Quamvis valido muro sit Isthmus inædificatus, tamen magnæ fores patefactæ sunt barbaro in Peloponnesum. Æ. P. Quamvis firmus murus per Isthmum sit ductus, [quamvis firmo muro sit cinctus, et munitus, tamen] magnæ fores in Peloponnesum Persæ sunt patefactæ, [patent.]

ἐλθεῖν τινι ἐς ὄψιν. In alicujus conspectum venire. iii. 42.

ἐλινύειν, vel ἐλιννύειν. Ion. et poet. Quiescere. Otiari. Morari. Moras trahere. i. 67. Cessare. οὐδένα χρόνον ἐλιννύσας. Nullo tempore cessans. vii. 56. ἐλίνυον οὐδένα χρόνον. viii. 71. Nullo tempore cessabant. Neglectum autem est incrementum temporale, pro ἠλίνυον.

ἔλκειν. Ion. et com. ad rei, de qua verba fiunt, pondus sæpe refertur. Ut, ἡμιπλίνθια, τρία ἡμιτάλαντα ἕκασ-ον ἕλκοντα. Semilateres, quorum singuli pondus habebant duorum, et dimidii talenti. Sic Galli, *Des demi-briques, qui pesoient chacune deux talents et demi.* i. 50. Quod loquendi genus est ἐλλειπτικὸν. Subauditur enim σ-αθμὸν ad locutionis absolutionem, id est, pondus. Quod Galli dicunt, *le poids*, vel, *la pesanteur de telle ou telle chose.* εἰκὼν ἕλκουσα σ-αθμὸν τάλαντα δέκα. Statua, vel effigies, quæ decem talentorum pondus habebat. ibid. Vel effigies decem talentorum pondo. Gallice, *Une effigie, ou statue, de la pesanteur, ou du poids, de dix talents.* ἕλκων σ-αθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Sex talen-

torum et dimidii pondo. i. 50, 51. τὸ δ' ἂν ἑλκύσῃ. Quod autem ponderarit; id est, Illius autem pondus. ii. 65. μύλην χρυσῆν, ἓξ ἑλκουσαν τάλαντα. Ctes. Pers. 22.

ἐλλάμψεσθαι. Ion. et poet. dictum ab Herodoto, pro com. λαμπρὸν γενήσεσθαι, καὶ λαμπρὰν νίκην ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀποίσειν. Clarum, ac illustrem fore. Illustrem victoriam ab hostibus reportaturum. Τῷ καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός. i. 80. Quo etiam [equitatu] Lydus fretus sperabat se illustrem evasurum; vel, se rem præclare gesturum. ἐλλάμψεσθαι autem est fu. 1. med. ab ἐλλάμπομαι, quod poeticum est, non etiam solutæ orationis, pro com. ἐλλαμπρύνεσθαι. Compositum ex præpos. ἐν, quæ in compositione, quum λ sequitur, τὸ ν in λ, suavitatis gratia, mutat, et verbo poet. λάμπομαι, pro com. λάμπω. Splendeo. Clarus sum. Illustris sum. Mico. Fulgeo. Ardeo, ut de igne dictum. Hom. in Hymno in Venerem, 818. ὡς δὲ σελήνη Στήθεσιν ἀμφ' ἀπαλοῖσιν ἐλάμπετο, θαῦμα ἰδέσθαι. Idem in Hymno in Solem, 856. καλὸν δὲ περὶ χροὶ λάμπεται ἕσθος. Et Euripides in Medea, v. 1191. ἔστεισε, μᾶλλον ὅις τοσόνδ' ἐλάμπετο. Idem in Iphigenia in Taur. v. 1156. Ἀδύτοις ἐν ἀγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί. Et Apollonius τῶν Ἀργοναυτικῶν i. v. 437. Πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο. H. Stephanus in suo compendiosissimo Indicis Græci specimine totum hunc locum, si verba, si res ipsas spectes, non Latine versum, sed perversum, et corruptum, habet. Sic enim ille: ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλλήψεσθαι, de equitatu Crœsi. Quo (inquit) et ipse Cyrus oppressum iri se verebatur. Lector veritatis amans, nostram interpretationem cum ista conferat, Herodotumque consulat: videbit uter ad Herodoti mentem propius accesserit. Quod vero idem Steph. ibi dicit τὸ καταλαμφθεὶς, pro καταληφθεὶς, a verbo λάμπτεσθαι deductum, hoc etiam nullius auctoritate tueri posset. Sed (ut suo loco fusius ac opportunius demonstrabitur) a λαμβάνω potius est deductum, cujus perf. pass. com. est λέλημμαι. λέλῃψαι. λέλῃπται. Ionice vero, et Dor. verso η in α, fit λέλαμμαι, et in reliquis etiam personis, ac in aor. 1. pass. hinc formato, τὸ μ. servatur, ut vocabulum sonantius reddatur. Sic autem formatum dices; λήβω. aor. 2. act. ἔλαβον, hinc λάβω, unde λαβάνω, hinc λαμβάνω. Quod si conjecturis aliquis locus est dandus, ab hoc λαμβάνω, κατὰ συγκοπὴν τὸ λάμβω, λάμψω inusitata, unde λάμψομαι, et cetera legitime videntur formata. Vide λάμψομαι. Quod autem hic ἐλλάμπεσθαι dicitur vi. 70. dilucidius aliis verbis explicatur, ἔργοισι καὶ γνώμῃσι ἀπολαμπρύνεσθαι. Factis et consiliis illustrem esse, vel fieri. τῇσι γνωσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι. viii. 74. Valla: Quod nulla spes e classe affulgeret. Æ. P. Quod non sperarent se classe illustres fore. Quod nullum illustre facinus a se classis opera factum iri sperarent. Quod classe rem a se præclare gestum iri non sperarent.

Ἑλλὰς, άδος, ἡ. ἐπιθετικῶς ἀντὶ τοῦ Ἑλληνική. Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα. ix. 16. Græca lingua utentem. Græce loquentem.

ἔλλειψις Ionibus familiaris. τόδε, sub. κατά. In hoc. ii. 80. συμφέρονται τόδε, pro κατὰ τόδε. Hac in re consentiunt. ibidem. περιτάμνονται τὰ αἰδοῖα, sub κατά. ii. 104. Pudenda circumciduntur. ἐς τὴν ἑωϋτοῦ, sub. πατρίδα. ii. 113. ἀριστερῆς χερός, sub. ἀπὸ, vel ἐξ. ii. 169. ἠφάνισε αὐτῷ ἵππῳ, sub. σύν. Ipsum cum equo ex hominum conspectu sustulit. iii. 126. ἐκ τῆς ἰθείης, sub. ὁδοῦ. q. d. ex recta via.

i. e. Recta. iii. 127. μουσικὴν πρῶτοι, sub. κατά. iii. 131. Δῆσαι γοργύρης, pro ἐπὶ γοργυρης. (Vide γοργύρη.) iii. 145. τὰ κοινὰ, sub. δώματα, vel οἰκήματα. iii. 156. τὰ ἀμώνοντα, sub. ὅπλα. iii. 155. ἐς τὴν σφετέρην, sub. πατρίδα. iv. 1, 4. τὴν ἐξάμηνον καθεύδουσι, sub. ὥραν. Semestre anni tempus dormiunt. quo in loco fortasse scribendum κατεύδουσι, quod ἰωνικώτερον. iv. 25. τὴν ὡραίην, sub. ὥρην. (Vide suo loco.) iv. 28. ἐπισπείσας, sub. οἶνον. iv. 60. quod exprimitur infra iv. 62. ἐπεὰν οἶνον ἐπισπείσωσι κατὰ τῶν κεφαλέων. ὑσὶ οὗτοι οὐδὲν νομίζουσι, sub. χρᾶσθαι. Vide νομίζειν. iv. 63. συνάπτειν, sub. χεῖρας. iv. 80. τὴν ὁμοίην ἀποδιδοῦσι, sub. χάριν. iv. 119. τὸ ἐμὸν, sub. πρῆγμα. iv. 127. διαφέροντες τὴν ψῆφον, sub. κατά. iv. 138. παρεῖχε ἄν σφι, sub. ὁ θεός. Vide suo loco. iv. 140. ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηίην, sub. δορήν. Omnem humanam [pellem] detraxit. v. 25. ἦλθον ἐς τὸ συγκείμενον, sub. χωρίον. In locum, de quo inter eos convenerat, venerunt. v. 50. ἐδίδοσαν, καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων, sub. θυγατέρας, vel γυναῖκας. v. 92. §. 2. ἐς τὸ ἀφρασ-τότατον, sub. χωρίον. In occultissimo loco. ibid. §. 4. τὴν Ἀθηναίων χάριν, sub. ἐς. v. 99. ὑπεράκρια, sub. χωρία. vi. 20. ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην, sub. χάριν. vi. 21. τὰ ἐπιδέξια, sub. χωρία. vi. 33. ζωρότερον, sub. οἶνον. vi. 84. ἔλλειψις τοῦ ὀρᾶτε exstat vi. 85. ὑπόφαυσιν, sub. πρὸς, vel κατά. vii. 36. Vide ὑπόφαυσις. τὴν αἰχίην λάμψεαι, sub. χάριν, vel δίκην. vii. 39. bis. ἐς τὴν ἀπεναντίον, sub. χώραν. vii. 55. τρέχων περὶ ἑωϋτοῦ, sub. ἀγῶνα. vii. 57. Vide suo loco. κάμπτων, sub. ἑαυτὸν, vel τὴν ὁδόν. vii. 58. ὄψιν, sub. ἔχοντας. vii. 61. τὴν αὐτὴν ἐσ-αλμένοι, sub. σολήν. vii. 62. vel σκευήν. ut vii. 62, 72. Παρδαλέας, καὶ λεοντέας, sub. δοράς. Nisi jam hæc substantive sumantur. vii. 69. ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέαλο, sub. γένος. In omne mali genus devenerunt. vii. 118. συνταμνων, sub. ὁδόν. Concidens iter. i. e. utens itineris compendio. vii. 123. οὐκ ἐπισχήσω, sub. ἐμέ. Non continebo me. vii. 139. ἢν ἐμοὶ γένηται κατὰ νόον, sub. τὸ πρῆγμα. vii. 150. Si res ex animi sententia mihi succeserit. Vide τὴν πρώτην, et τὴν ταχίσ-την, ubi subauditur ὁδόν. Οὐκ ἀνασχετὸν ποιησάμενος, sub. πρῆγμα. vii. 163. Οὐδὲν ἄλλο, ἢ δουλεύσουσι, sub. ποιήσουσι. Nihil aliud, sub. facient, nisi quod servient. Μεταξαλόντας, sub. τοὔνομα. vii. 170. ἐκ τῆς ἀντίης, sub. ὁδοῦ, vel πορείης, vel ἐφόδου. viii. 6. Sic ἐξ ἐναντίης. viii. 7. ἐν ὀλίγῳ, sub. χωρίῳ. viii. 11. τὸ ἀπὸ Ξέρξεω, sub. κακὸν, vel δεινὸν, vel πάθος. viii. 15. μηνοειδές, sub. τάγμα. Lunatum agmen. viii. 16. Acies lunata. τῇ ὑσ-εραίῃ, sub. ἡμέρῃ. viii. 25. τῆς προνοίης, sub. Ἀθηναίης. viii. 37, 39. (quod integrum est. ibid. &c.)

ἔλλεσχος, ὁ καὶ ἡ. Herodoteum vocabulum. ὁ ἐν λέσχῃ, καὶ λόγῳ ὤν. περὶ οὗ λόγος ποιεῖται. Vulgatus. Qui est in omnium ore, et sermone. De quo omnes verba faciunt. πάθεα ἔλλεσχα. Mala, quæ sunt in omnium sermone. De quibus omnes loquuntur: sic enim i. 153. legendum, non ἄλεσχα, ut in textu, nec ἔλεσχα, ut ad marginem notatur.

Ἑλλήνιος, ὁ. Ion. et poet. pro com. Ἕλλην. Δία Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες. ix. 7. Valla: Pudore Græci numinis. Stephanus, Græci Jovis. Æ. P. Jovis Hellenii pudore adducti. Jovem Hellenium, i. e. τῶν Ἑλλήνων præsidem, et custodem reveriti.

Ἑλληνικὸν, τό. τὸ Ἑλληνικόν. οἱ Ἕλληνες. Græci. (Sic et Thucyd.) i. 4, 58. τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν, pro πάντες οἱ Ἕλληνες. vii. 139, 145. viii. 13, 144.

Ἑλληνοδίκαι, ῶν, οἱ. Græcorum certaminum, eorumque sacrorum præsides, moderatores, judices,

qui et ἀγωνοθέται vocabantur, quod certamina certaminumque præmia certaturis proponerent. οἱ τὸν Ἑλληνοδίκαι. v. 22. Olympiaci certaminis præsides ac moderatores.

ἐλοῦντες. ἐξελοῦντες. ab ἐξέλω inusitato, pro quo ἐξαιρέω, ῶ. fu. 2. ἐξελῶ, εῖς, εῖ. Expugno. Expello. iii. 59.

ἔλυτρον, ου, τό. Peculiariter apud Herodotum accipitur pro alveo et receptaculo aquarum. ὤρυσσε ἔλυτρον λίμνης. Lacus, vel paludis alveum vel receptaculum fodit. i. 185, 186. τὰ ἔλυτρα τῶν ὑδάτων ὁ ἄνεμος ἐξηύηνε. Aquarum alveos vel receptacula ventus exsiccavit. iv. 173.

ἔλπεσθαι. Ion. et poet. pro communi ἐλπίζειν, καὶ νομίζειν. Sperare, pro existimare. ii. 11, 26, 43, 120. vi. 109. ix. 113.

ἔλπεσθαι. Ion. et poet. pro com. ἐλπίζειν. Sperare. ἐλπόμενοι οὐδένα σφι φανήσεσθαι ἀντίζοον. vii. 218. Sperantes nullum adversarium sibi appariturum. Cum nullum adversarium sibi occursurum sperassent. λέγει τὰ ἄριστα ἔλπεται εἶναι ἐμοί. vii. 237. Dicit quæ mihi optima fore sperat. εἶναι autem pro ἔσεσθαι positum κατὰ χρόνου ἐναλλαγήν, vel particula ἄν subaudienda, quæ facit ut verbum hanc ipsam futuri vim habeat. Vide suo loco. Nam alioqui τὸ ἔλπεσθαι jam sumendum esset ἀντὶ τοῦ νομίζειν, ἡγεῖσθαι, οἴεσθαι. Vide ἐλπίζειν.

ἔλπεσθαι pro φοβεῖσθαι. Ion. et poet. ἐλπόμενός τι οἱ κακὸν εἶναι. ix. 113. Metuens ne sibi aliquid mali esset, vel contingeret. Sic et Virgil. Æn. iv. ver. 419. Sperare, pro metuere. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

ἐλπίζειν, νομίζειν. Ion. et poet. quinetiam com. Sperare, pro existimare. i. 27, 30, 75. οὐδαμᾶ ἐλπίσας. Cum nunquam existimasset. i. 77. ἐλπίζων μιν ἀποθανέεσθαι. Sperans ipsum obiturum. iii. 143, 151. ἐλπίσαντες λέγειν μιν ἀληθέα. Existimantes ipsum vera dicere. iii. 157. vi. 140. pro eod. dicitur et poet. ἔλπεσθαι. vii. 237. viii. 12, 53, 96.

ἑμαυτὸν προδεδομένοι. Ion. et poet. pro com. ἔρ ἀθον ἑαυτοὺς προδεδομένους. Cognoverunt, senserunt se proditos esse. iii. 158. Sic et Virgil. Æn. ii. ver. 377. Sensit medios delapsus in hostes. Sic et Xenophon 906. E. (Hier. c. ii. §. 9. ed. Schneider) ἐν πολεμίοις ἴσασιν ὄντες, pro ἑαυτοὺς εἶναι ἴσασιν. Sic et Thucyd. l. ii. c. 44. ἐν πολυτρόποις ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες, pro ἑαυτοὺς τραφῆναι.

ἐμβαίνειν. Ion. et poet. transitive sumtum, pro com. ἐμβιβάζειν. Imponere in; vulgo, facere ascendere, vel facere ingredi. ἐμβαίνειν τινὰ ἐς φροντίδα. Aliquem in solicitudinem adducere. i. 46.

ἐμβάλλειν. com. pro simpliciter εἰσιέναι. Ingredi. πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐμβαλεῖν. ix. 13. Priusquam Pausaniæ milites in Isthmum ingrederentur In locum enim amicum, et a Lacedæmoniis munitum, non in agrum hostilem ingrediebantur, ut patet ex ix. 7, 8, 9. Quare non est vertendum, Priusquam irruerent, vel irrumperent in Isthmum.

ἐμβάλλειν. com. Impetum, vel impressionem in aliquem facere. Irruere. ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ. viii. 87. In amicam navem impetum fecit. viii. 87, 88, 90, 92.

ἐμβάφιον, τό. Acetabulum. alias Vas, quod lucernæ usum præstat. ii. 62.

ἐμβολὴ, ῆς, ἡ. com. Fluminis ostium. ἐξ ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὴν πόλιν ἐσβάλλει. A fluminis ostio, qua in urbem ingreditur. i. 191.

ἐμβόλιμος μήν. Mensis intercalaris. i. 32. ii. 4.

ἔμβολον, ου, τό. com. Promontorium, quod rostri instar prominet, ac inter duos fluvios vel maria exporrigitur. Lingua, sive Lingula. Est autem Lingua non solum id, quod vox trita fert: sed etiam terra angusta, et oblonga, quæ in modum linguæ exsertæ in mare excurrit. Ovid. xiii. v. 723 τῶν Μεταμορφώσεων. Intrant Sicaniam. Tribus hæc excurrit in æquora linguis. Τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ποταμῶν τουτέων ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, Ἱππολέων ἄκρη καλέεται. Valla sic, Quod inter hos amnes in confluentem tendentes intercapedinis est, Hyppoleo promontorium vocitatur. iv. 53. Sed hæc ita sunt vertenda; Illud vero terræ oblongæ angustæque spatium, quod rostri instar inter hos duos fluvios interjectum prominet, Hippoleon promontorium appellatur. Rostrum autem hic intellige, quale in navibus præcipue militaribus fieri prominens olim solebat, ad pugnas navales aptissimum. Quod et nunc in triremibus spectatur.

ἔμβολος, ὁ. com. Navis rostrum. i. 166.

ἔμενον ὑδρευσάμενοι. vii. 193. Legendum ἔμελλον, quod ad sequens ἀφήσειν est referendum. Vide ἀφέται.

ἐμετείθη. Ion. pro com. μεθείθη, a μεθίεμαι. Dimissus fuit. i. 114.

ἐμεῦ. Ion. pro com. ἐμοῦ. vii. 158. Mei. Me. genit. singular. ab ἐγώ.

ἐμεωϋτοῦ. Ion. pro com. ἐμαυτοῦ. Mei ipsius. i. 35. ἐμεωϋτόν. i. 42. ii. 143. ἐμεωϋτοῦ. ii. 18.

ἐμηχανέατο. Tertia pers. plur. imperf. Ion. pro com. ἐμηχανῶντο a μηχανάομαι, ῶμαι. Moliebantur. Οἱ Πεισιστρατίδαι ἐμηχανέατο τοιάδε. Peisistratidæ hæc moliebantur, hæc moliti sunt. v. 63. Nisi rem sic accipias, dices a 3. pers. plur. plusq. p. pass. ἐμεμηχάνηντο, κατ' ἀφαίρεσιν τῆς εμ συλλαβῆς, ἢ κατὰ συγκοπὴν formatum ἐμηχάνηντο, deinde sublato ν, et η in εα dissoluto, factum Ἰωνικῶς ἐμηχανέατο. Hæc formatio longe frequentior occurrit. Vide ἑατο.

ἐμμένειν. com. Manere in. Stare in. Perseverare in. Durare. vii. 151.

ἐμμένειν τε, καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι. ix. 106. Suspicor legendum ἐμμενεῖν, quod futurum commune, vel ἐμμενέειν, quod Ionicum. Vel subaudiendum ἂν, quod futuri vim verbis non raro addit, ut suo loco pluribus demonstratur. Vel est χρόνου ἐναλλαγὴ, præsens pro futuro. Verbum ἀποστήσεσθαι videtur flagitare ut ἐμμενεῖν, vel ἐμμενέειν legatur, vel ἂν particula subaudita idem intelligatur. Valla fideliter hunc locum vertit. Eum consule.

ἔμπαλιν. com. Contra. τὰ ἔμπαλιν ἢ Λακεδαιμόνιοι ἦισαν. ix. 56. Iverunt contra quam Lacedæmonii. Iter Lacedæmoniis contrarium iverunt, [tenuerunt.]

ἐμπαλλάσσειν. Ion. et poet. pro com. ἐμπλέκειν. Implicare. Involvere. Illaqueare. In vulgatis Lexicis, et Thucydide, per simplex λ scribitur, ἐμπαλασσόμενοι. Eustath. ἐμπαλάσσεσθαι, φύρεσθαι. ἐμπλέκεσθαι, περιπείρεσθαι δόρατι παρὰ Θουκυδίδῃ. 527. 18. Verba Thucydidis exstant. lib. vii. c. 84. περί τε τοῖς δορατίοις, καὶ σκεύεσιν οἱ μὲν εὐθὺς διεφθείροντο. οἱ δὲ ἐμπαλασσόμενοι κατέῤῥεον. ἐς τὰ ἐπὶ θάτερά τε τοῦ ποταμοῦ παραστάντες οἱ Συρακούσιοι (ἦν δὲ κρημνώδες) ἔξαλλον ἄνωθεν τοὺς Ἀθηναίους. Suidas. ἐμπαλασσόμενοι. ἐμπίπτοντες εἰς τὸ ὕδωρ. Schol. Thucyd. ἐμπαλασσόμενοι. συμπλεκόμενοι. Apud Suidam, et in vulgatis Lexicis legendum, ut apud Thucydidem. Herod. Οἱ δὲ ἐν ἄρκεσι ἐμπαλλασσόμενοι διαφθείρονται. Ita illi illaqueati conficiun-

tur. vii. 85. v. s. Illi vero in laqueis impliciti, vel involuti perduntur, interficiuntur.

ἐμπεδάειν, ᾶν, vel ἐμπεδέειν, εῖν. Ion. et poet. pro com. πέδαις δεῖν. quod et πεδᾶν, et εῖν. Compedire. Compedibus constringere, vincire. ἐμπεδήσαντες τοὺς μάντιας. Cum vates compedibus constrinxerunt, vel vinxerunt. Vates compedibus vinctos. iv. 69.

ἐμπεδορκέειν, εῖν. V. H. Jusjurandum ratum facere. Fœdus servare. Stare pactis jurejurando interposito factis. Ἵνα ἐμπεδορκέοιεν. Valla perperam vertit, ut fœdus solverent. Vertendum enim, ut fœdus servarent, ratumque facerent. iv. 201. ἐμπεδορκεῖν γὰρ, ἐμπέδως, καὶ βεβαίως, τηρεῖν τὰ ὅρκια.

ἐμπεπισ-ευμένος τὴν φυλακήν. Ctesias Pers. 4. Custodia ejus fidei commissa.

ἐμπίπλασθαί τινι. Ion. et poet. pro com. πληροῦσθαί τινος. Re aliqua repleri. τῶπερ [ἀμπελίνῳ καρπῷ] ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε. Quo [vitis fructu, vino sc.] repleti insanitis. i. 212.

ἐμπίπτειν. com. Incidere. Irruere. Impetum vel impressionem facere in aliquem. ἐμπεσόντες οἱ ἐπίκουροι. Milites auxiliarii impressione [in Persas] facta. iii. 146.

ἔμπλεος, ὁ καὶ ἡ. Ion. poet. et com. pro πλήρης. μεστός. Plenus. Refertus. i. 59. ii. 62.

ἄμπνοος, ου, ὁ. Ion. et poet. pro com. ἔμπνους, et ἐμπνέων. vii. 181. Spirans. Vivens. Qui spirat ac vivit.

ἐμπόδιος, α, ον. Ion. et poet. Qui est impedimento. Βαζυλών οἱ ἦν ἐμπόδιος. Babylon ipsi erat impedimento. i. 153. μαντήϊον ἐμποδίου γενομένουτῷ βαρβάρῳ. Quod oraculum barbaro fuisset impedimento. ii. 158. πρῆγμα ἐμπόδιον ἐγένετο. Res impedimento fuit. v. 90.

ἐμποιεῖν. com. pro ἐπεντιθέναι, ἐπιβάλλειν. Inserere. ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμόν. Vaticinium inter Musæi vaticinia inserens. vii. 6.

ἐμπολέμιος, ὁ. N. H. pro communi ἐμπόλεμος, et πολεμικός. Ad bellum pertinens. Bellicus. Suidas vocem hanc ita interpretatur; ἐμπολέμια, τὰ εἰς πόλεμον ἐπιτήδεια, καὶ εὔχρησα. οἱ λεξικογραφοι Suidæ codicem corruptum esse dicunt, et pro ἐμπολέμια scribendum ἐμπόλεμα. Sed Suidæ bonam sententiam Herodotus tuetur, qui hanc ipsam vocem habet vi. 56. cui τὰ εἰρηναῖα opponit. Quare nihil mutandum.

ἐμπορίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἐμπορία. Negotiatio. Mercatura. iii. 139.

ἐμπρήθειν. Ion. et poet. pro com. καίειν. πυροῦν. Incendere. Cremare. τὸν νηὸν, τὸν ἐνέπρησαν. Templum, quod cremaverant. i. 19. iv. 123, 164. v. 101. ἐνεπρήσθησαν. v. 102, 105. ἐμπρήσας τὴν πόλιν. viii. 50. ἐνέπρησαν τὴν ἀκρόπολιν. viii. 53. ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν. viii. 54. ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων. viii. 55, 143, 144. Ab hoc ἐμπρήθω formatur futurum com. ἐμπρήσω, et Dor. ἐμπρασῶ, εῖς, εἰ. in infinito com. ἐμπρήσειν, Dor. ἐμπρασεῖν, et ἐμπρασὲν, hinc Gallicum *Embraser*, et verbale *Embrasement*. i. e. Incendium.

ἔμπρησις, ιος, ἡ. Ion. et poet. pro communi ἐμπρησμὸς, κατάκαυσις, vel πύρωσις. Incensio. viii. 55.

ἔμπροσθε, et ἔμπροσθεν. com. Ante. ἔμπροσθε ταύτης. Ante hanc. vii. 144. viii. 89.

ἐμφανέως. Ionic. et poet. pro com. ἐμφανῶς, καὶ φανερῶς. Aperte. Manifeste. Palam. i. 140. [pro eodem dicitur ἐκ τοῦ ἐμφανέος. i. 205. v. 37. et ἐκ τοῦ φανέρου. vi. 77.] vi. 123.

ἐμφερὴς, ὁ καὶ ἡ. Similis. Ion. et poet. pro com. ὅμοιος. ἐμφερὴς τῇ ἑτέρῃ. Alteri similis. ii. 76. τοῖσι πτεροῖσι τῆς νυκτερίδος ἐμφερέστατα. Vespertilionis alis simillima.

ibid. *μήκωνι ἐμφερές.* Papaveri simile. ii. 92. *ῥόδοισι ἐμφερέα.* Rosis similia. ibid. *ἐμφερὴς ἀλλήλοισι.* ii. 105. *τοῖς Παταϊκοῖσι [θεοῖς] ἐμφερέστατον.* iii. 37. *αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους.* iv. 2. *τῷ λίνῳ ἐμφερεστάτη.* iv. 74, 192.

ἐμφορεῖσθαι. com. Repleri. Satiari. Ingurgitare sese. Uti ad satietatem. Gallice, *Se remplir. Se farcir. Se soûler.* Ἐνεφορέετο *αὐτοῦ.* Eo [oraculo] ad satietatem usque abutebatur. Sic interpres. At suspicor legendum, *οὐκ ἐνεφορέετο αὐτοῦ.* Eo non satiabatur. Eo repleri, satiarique non poterat; id est, Eo contentus non erat. Ideo subjicit Herodotus, *ἐπειρώτα δὲ τάδε χρηστηριαζόμενος.* Quæ nostram conjecturam videntur confirmare. i. 55.

ἐν cum dativo, pro *εἰς* cum accusativo, *ἀποστέλλει Κῦρος ἐν Περσίδι Πετισάκαν.* Ctesias Pers. 5. pro *εἰς τὴν Περσίδα.* Cyrus Petisacan in Persidem mittit.

ἐν μέρει. Μερικῶς. Particulatim. Separatim singulæ partes. i. 26.

ἐν cum dativo loci, pro *παρά, καὶ πρός.* In aliquo loco, pro, juxta aliquem locum. Consule nostros Græco-latinos Thucydidis, et Xenophontis indices. *ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι.* ix. 76. Cum autem barbari ad Platæas a Græcis prostrati fuissent. *Τοῖσι ἀριστεύσασι αὐτέων ἐν Πλαταιῇσι,* pro, *παρὰ ταῖς Πλαταιαῖς.* ix. 81, 100. [quod aperte declaratur, ix. 101. *ἐν τῇ Πλαταιΐδι.* ibid.]

ἐν præpositio sine ullo casu verbis expresso posita, locum vel tempus significans, et sæpe variarum rerum in aliquo loco exsistentium enumerationem indicans. Ut apud Callimachum in Hymno in Cererem, v. 28. Blomf. De luco Cereri sacro verba fiunt. Ἐν *τίτυς, ἐν μεγάλαι πίελαι ἔσαν, ἐν δὲ καὶ ὄχναι,* Ἐν *δὲ καλὰ γλυκύμαλα.* Sic etiam hic apud Herodotum, *ἐν δὲ,* subintelligitur *τοῖσιν ἔπεσιν.* In quibus annis, quo tempore; præcessit enim *ἐν τοῖσι πολλάκις.* subjicitur vero *ἐν δέ.* De annis illic agitur, quos bellum inter Medos Lydosque conflatum duravit. i. 74. *ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νῖνον.* i. 185, 192.

ἐν. Ion. et com. terminatio tertiæ personæ singularis verborum, sequente vocali. *ᾠκοδόμησεν ὁ.* i. 22. *ἀπέπεμπεν ἐς.* i. 47. *οἴκεεν ἐν.* i. 56. *εἶχεν, ἐκ.* i. 64.

ἐνάγειν. commun. Inducere. Impellere. Incitare. Instigare. *ὅτις μαίνεσθαι ἐνάγει ἀνθρώπους.* Qui homines ad insaniam adigit, impellit. iv. 79. *ἐνῆγέ σφεας ὥστε ποιέειν ταῦτα.* Ipsos ad hæc faciendum impulit. iv. 145. *τοῦτον ἐνάγει προθυμίη μαχόμενον ἀποθνήσκειν.* Hunc animi alacritas, et promtitudo ad pugnando moriendum incitat. v. 49, 90, 104.

ἐναγὴς, ὁ καὶ ἡ. com. Piaculo obnoxius. Piaculo affinis. Qui piaculo tenetur. v. 70, 71, 72. Qui piaculo est obstrictus. Piaculo contaminatus. Hic *ἐν τῷ ἅλεϊ ἐνέχεσθαι* dicitur. vi. 56. i. e. Piaculo teneri.

ἐναγίζειν. com. Justa persolvere. Parentare. Sacrificia facere. *ἐναγίζουσί σφι μεγάλως.* Ipsis magnifice parentant. Justa magnifice persolvunt. i. 167. *ὡς ἥρωϊ ἐναγίζουσι.* ii. 44.

ἐναγωνίζεσθαί τινι. Adversari alicui. Resistere alicui. Alicujus competitorem esse. *ὑμῖν οὐκ ἐναγωνιεῦμαι.* Vobis non adversabor. iii. 83. *σφὶ οὐκ ἐνηγωνίζετο.* Ipsis non adversabatur. ibid.

ἐναλλάξ. commun. Vicissim. Per vices. *ἐναλλὰξ πρήσσειν.* Per varias rerum vices vitam traducere. Varia fortuna uti. iii. 40.

ἐναπεδείκνυατο. Ion. tertia person. plural. imperfect. pass. pro communi *ἐναπεδείκνυντο.* Ostentabantur, vel, Se ostentabant. *Διέδεξάν τε ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες ἐν*

οὐδαμοῖσι ἐοῦσι Ἕλλῃσι ἐναπεδείκνυτο. ix. 58. Demonstrarunt igitur [Lacedæmonii,] quod, cum nullius essent pretii inter Græcos, qui [et ipsi] nullius pretii sunt homines, se ostentabant. Neque Valla, neque Stephanus hunc locum satis fideliter interpretatus videtur. At simplicem, veram, Græcisque verbis aptissime respondentem interpretationem, a nobis allatam, Lector hic habet.

ἐναργέως. com. Aperte. Manifeste. viii. 77.

ἐναρὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et Herodoteum vocabulum. Execrandus. Execrationibus obnoxius. Quinam apud Scythas ἐναρέες dicerentur. i. 105.

ἐνάριες, οἱ. iv. 67. dici videntur, qui ἐναρέες. i. 105. vocantur. Locum consule.

ἐναύειν. Ion. et poet. pro com. ἐνάπτειν, ἐμπρήθειν. Incendere. Accendere. Οὐδεὶς οἱ πῦρ ἔναυε Σπαρτιητέων. vii. 231. Nullus Spartanorum ignem ipsi accendebat.

ἐναυλισάμενος νύκτα ἐν τῇ Ταναγρῃ. ix. 15. Valla: In Tanagra noctem moratus. Æ. P. Cum Tanagræ pernoctasset.

ἐνδέκεσθαι. Ion. pro com. ἐνδέχεσθαι. Admittere. Probare. Assentiri. Οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι ποταμόν. Neque enim ego saltem assentior Eridanum vocari fluvium, &c. iii. 115. εἰ ἐνδεξαίατο ἀπόστασιν ἀπὸ Ὀρωίτεω. Si defectionem ab Orœte admitterent, si ab Orœte deficere vellent. iii. 128. τοῦτο οὐκ ἐνδέκομαι. Hoc non admitto. Huic rei non assentior. Hoc non concedo. iv. 25. vii. 237. τῶν συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ ἐνεδέκετο τοὺς λόγους. Sociorum multitudo, vel cœtus hæc verba non admittebat, non probabat, his non assentiebatur. v. 92. §. 1, 96, 98, 106. vi. 121. ἐνεδέκοντο. viii. 52.

ἐν δέ. Ionic. pro ἐπὶ δὲ, quod frequentius. Vide suo loco, et viii. 113. ubi et hoc ipsum ἐν δὲ legitur. Præterea vero. Sed ἐλλειπτικῶς dictum videtur pro integra locutione, ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἀριθμῷ, alias τόπῳ, vel aliquid hujusmodi subauditur ad locutionem absolvendam.

ἐν δέ. Præcedente verbo ἐνῆσαν. id est, Inerant. ix. 32. pro ἐνῆσαν μὲν, ἐνῆσαν δέ.

ἐνδιδόναι. com. Cedere. Permittere. Remittere. ὅσον ἐνέδωκαν. Quantum permiserunt. i. 91. μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδέν. Nihil molliter remittere, nullo modo molliter ac ignaviter cedere volens. iii. 51.

ἐνεῖκαι. iv. 64. et composita Ion. et poet. ab ἐνείκω, pro quo com. φέρω. Tulisse. προσενεῖκαι. Attulisse. Admovisse. iii. 87. ἀνενείκαντες. iv. 62. ἀπενείκας. iv. 64. ἐνείκωνται. iv. 67. ἐσενείκαντο. Importarunt. v. 34. ἐξενείκαντας. v. 79.

ἐνεῖκαι. Ferre. Pati. Tolerare. i. 32.

ἐνείκειε. 3. pers. sing. optat. Æol. aor. 1. act. ab ἐνείκω, fero. Tulisset. vi. 61.

ἐνείχεε. Ion. pro com. ἐνεῖχε, ab ἐνέχω. Intus, vel in animo habeo. κρύπτων τὸν οἱ ἐνείχεε χόλον. Occultans iram, quam in animo adversus ipsum conceptam habebat. i. 118. [Vel ut ab ἐνεχέω, ῶ, more Attico, qui a gravitonis circumflexa formant, ut a τύπτω, τυπτέω, ῶ. Parum enim verisimile videtur jam ab ἐγχέω, i. e. infundo deductum. Sed si deductum asseras, hinc imperfectum ἐνέχεον, et inserto ι ἐνείχεον, ες, εε.] Sed quod hic ἐνείχεε, id alibi ἐνεῖχε dicitur. Ἐνεῖχε σφι δεινὸν χόλον. Gravem iram adversus ipsos conceptam habebat. Graviter ipsis iratus erat. vi. 119.

ἐνειχθείς. Ion. pro com. ἐνεχθείς, ab ἐνφέρω, unde ἐξενειχθεὶς dela-

tus. i. 23. *εἰνείκαντο*. Detulerunt. i. 57. pro *ἠνείκαντο*, quamquam utrumque minus usitatum. *διενειχθέντων περὶ βασιληΐης*. Cum de regno inter se contendissent. i. 173.

ἐνέκυρσαν. Ion. et poet. pro *ἐνεκύρησαν*, *κατὰ συγκοπήν*. Vide *ἐγκυρεῖν*. iii. 77. *ἐνέκυρσε*. iv. 125.

ἐνεμφύεσθαι. commun. Innasci. *φθόνος ἐνεμφύεται ἀνθρώπῳ*. Invidia innascitur homini. iii. 80.

ἐνενῶντο. Ion. 3. plur. plusquamp. pass. verbi *ἐννοέω*, *ῶ*. *μ*. *ἐννοήσω*, pro *ἐνενόηντο*. vii. 206. Vide *ἐννώσας*.

ἐνεπεπορπέατο. Vide *πορπάω*, *ῶ*. et *έατο*.

ἔνερθε ἐὼν τοῖσι ἅπασι. Omnibus in rebus inferior, vel infimus. i. 91. *ἔνερθε μέσου ἀνδρὸς Μήδου*. Infra mediocris conditionis Medos. i. 107. *ἔνερθε Μέμφιος*. infra Memphin. ii. 14. *ἔνερθε πόλιος Ἐλεφαντίνης*. ii. 18.

ἐνεργητικὸν, ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ. Ionice et Attice positum. *Συμμίσγων ἐνὶ ἑκάστῳ*, pro *συμμισγόμενος*. Vel accusat. *ἑαυτὸν* est subaudiendus. i. 123. *συμμισγόντων*, pro *συμμιγνυμένων*. i. 166. *ἀποσφακελίζουσι*, pro *ἀποσφακελίζονται*. iv. 28. vi. 136. *συντάμνοντος*, pro *συνταμνομένου*. v. 41. *προσέμιξε*, pro *προσεμίχθη*. v. 64. *φύσας*, pro *φυσήσας*, hocque pro *φυσηθείς*, vel *πεφυσημένος*. Inflatus. v. 91. *προσημαίνειν*, pro *προσημαίνεσθαι*. vel ibi *ὁ θεὸς* subauditur, ad quod nomen *τὸ φιλέει* referetur. vi. 27. quod confirmatur ibid. quum dicitur *συνωνύμως ὁ Θεὸς προσέδειξε*. ubi melius videtur si *προέδειξε* legatur. *συμμίξοντες Γέλωνι*, pro *συμμιχθησόμενοι*. Vel accus. *ἑαυτοὺς* erit ibi subaudiendus. vii. 153. &c. Sed et ipsi Latini passim activa pro passivis usurpant, ut docet Aulus Gellius libr. 18. cap. 12.

ἐνεργὸς, ου, ὁ. commun. Operator. Qui operatur. Qui suam operam alicui navat. *Βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι*. viii. 26. Et victus inopia laborantes, et suam operam [illis] navare cupientes. Quod ita Gallice redderes non inepte, *N'ayant de quoi vivre, et désirant être mis en besogne.*

ἐνέσακτο. Tertia sing. plusquamperfecti pass. verbi *ἐνσάζω*. *μ*. *ἐνσάξω*. Instillo. Injicio. Immitto. *δεινὸς ἐνέσακτο Ἵμερος τὰς Ἀθήνας ἐλεῖν*. ix. 3. Athenarum capiendarum vehementi desiderio flagrabat. v. s. vehemens desiderium instillatum erat [in ejus pectus, et animum,] capere, vel capiendi, Athenas.

ἐνεσεῶτος. Ion. pro com. *ἐνεστῶτος*. Peculiari quodam modo apud Herodotum videtur sumtum. *Σέο ἐνεσεῶτος βασιλῆος, ἐόντος πολιήτεω*. Sic enim hæc distinguenda sunt: non autem ut in vulgatis codicibus legitur. Si tu, qui noster es civis, ac popularis, Rex inter nos sis. Te inter nos regnante. i. 120. q. d. Rege instituto, rege constituto, inter nos scil.

ἐνέχεσθαι. commun. Teneri in aliquo loco, vel re. Detineri. Implicari. Impediri. *ἐν θωύματι μεγάλῳ ἐνέσχετο*. vii. 128. In admiratione magna detinebatur. *ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι*. viii. 52. Inopia consilii detineri. Inopia consilii laborare.

ἐνέχεσθαι ἐν θωύματι μεγάλῳ. ix. 37. In magna admiratione detineri. Vehementer admirari.

ἐνηέτηρια, τά. Loca amœna, in quibus juvenes voluptatibus indulgent. ii. 133.

ἔνθα. Ion. et poet. pro adverbio temporis, quod com. *τότε*. Ibi. Illic. i. e. Tunc. i. 59.

ἐνθαῦτα. Ion. pro communi *ἐνταῦθα*. Hic. Tunc. i. 61, 62, 76, 79, 80, 87. iii. 64.

ἐνθεάζειν. com. Divino spiritu afflatum esse. i. 63. quod *θείῃ πομπῇ*

-χρῆσθαι. id est, Divino impulsu impelli ad aliquid, alibi dicitur. i. 62.

ἐνθεῦτεν. Ion. pro com. ἐντεῦθεν. Hinc. Illinc. i. 2, 9, 17, 27, 56. τὸ ἐνθεῦτεν. Postea. i. 75, 80. ἐνθεῦτεν. Hinc. i. 105. τὸ ἐνθεῦτεν. Postea. i. 109, 119.

ἐνθύμιον, ου, τό. com. Cogitatio. Quod in animo versatur et agitatur. Quod religionem in alicujus animo ciet. A theologis Conscientiæ scrupulus appellatur. A Cicer. Religio. ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν. viii. 54. Valla: Eum sponte facti pœnituit, quod concremasset templum. Æ. P. Religio ei fuit, quod templum cremasset. Religio ejus animo oblata est, quod templum incendisset. Vel, Religioni habuit, quod &c. Vel, Injectus est ei conscientiæ scrupulus. Scrupulum enim etiam Cicero μεταφορικῶς multis in locis usurpat pro re, quæ solicitudinem, dubitationem, et curam animo affert. Pro Sex. Rosc. Am. s. 2. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis postulat. Idem pro A. Cluent. s. 28. Hic tum injectus est hominibus scrupulus, et quædam dubitatio, quidnam esset actum. Idem ad Attic. l. i. ep. 18. Ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo. Usurpat et Thucyd. hoc vocabulum, et locutionem ἐνθύμιον ποιεῖσθαι. Ducere, vel habere religioni. Quod Gallice melius, *Faire conscience de dire, ou faire quelque chose.* Consule nostrum Græco-latinum Thucyd. indicem. Hic tamen Herodoti locus non inepte sic a Gallis patrio sermone verteretur, *Il eut remords de conscience d'avoir brulé le temple.* Vide Religio apud Nizolium, et in vulgatis Latinis dictionariis. Habere religioni nihil aliud est, quam Numinis divini metu, et conscientia a re aliqua deterreri, vel impediri. ἐνθυμίζεσθαι ποιεῖσθαι. Herodotea locutio. Religioni habere. Religioni ducere. Vertere religioni. Gall. *Faire conscience de faire, ou dire quelque chose.* ii. 175. [Thucyd. ἐνθύμιον ποιεῖσθαι. Vide Græcum indicem.]

ἔνι. Ion. et poet. pro ἔνεστι. vii. 112. Inest. et pro ἔνεισι. Insunt. ibid.

ἐνὶ ἔπει πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν. Ut uno verbo omnia comprehendendo dicam. iii. 82.

ἐνιαύσιος, ου, ὁ. Nomen adjectivum, quod ab Homero tribuitur ei, qui quotannis aliquid facit. q. d. Annuus. Νεῦμαί σοι, νεῦμαι ἐνιαύσιος, ὥστε χελιδών. V. Hom. 33. Redibo ad te, redibo quotannis, ut hirundo. ἐνιαύσιος ἀρχή. Magistratus annuus, qui quotannis creatur, et unum annum durat. Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. 2. 119. 47. Consule Græcum indicem Wecheli typis excusum.

ἐνιαχῇ. Nonnullis in locis. Quibusdam in partibus. i. 199.

ἔνιδρυς, δρυος, ἡ. N. H. Lutra. ἐν ταύτῃ [τῇ λίμνῃ] ἐνίδρυες ἁλίσκονται. iv. 109. In hac palude lutræ capiuntur. Sed scribendum potius ἐνύδριες, a recto ἔνυδρις. Hoc ex ipso etymo patet. Lutra enim ἔνυδρις vocatur, διὰ τὸ ἐν τῷ ὕδατι ζῆν, quod in aqua vivat.

ἐνιέναι. com. Injicere. Immittere. ἐς τὰς πόλις ἐνιέντες πῦρ. viii. 32. Ignem in urbes injicientes.

ἐνισχειν. Ion. et poet. pro com. καλέχειν, et κωλύειν. Impedire. iv. 43.

ἐννώσας. Ion. per contractionem ex οη in ω. pro communi ἐννοήσας. Cum intellexisset. ὁ δ' ἐννώσας τὰ λεγόμενα. Cum autem ille intellexisset ea, quæ dicebantur. Vel considerasset. Cum perpendisset ea, q. d. i. 68. Sic ἐνένωτο, pro ἐνενόητο. In animo habebat. i. 77. ἐννώσαντα, pro ἐννοήσαντα. Cum cogitasset. Cum secum reputasset. i. 86. ἐννενώκασι. Animadver-

terunt. iii. 6. ἐνενῶντο, pro ἐνενόηντο. Cogitabant. In animo habebant. vii. 206. pro eodem διενενῶντο, pro διενενόηντο. tertia plur. plusquamp. pass. ibid. Varietas accentus hic observanda. Aliter enim, i. 77.

ἐνορᾶν. communiter. Inspicere. Aspicere. Animadvertere. εἴρετο ὅ, τι ἐνορώη ἐν τοῖσι ποιευμένοισι. Quæsivit quid animadverteret in iis, quæ fiebant. i. 89. ἐνεώρα, i. 123. οὐκ ἔφη ἐνορᾶν ἐλευθερίην ἔτι ἐσομένην σφι ἐν Ἰωνίῃ μένουσι. Dixit se non animadvertere ullam futuræ salutis spem ipsis offerri si in Ionia manerent. i. 170. v. 36.

ἐνορᾶν. Animadvertere aliquid in re aliqua. ἐνορέω ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολεμέειν Ξέρξῃ. viii. 140. Animadverto fore ut vos non possitis perpetuo bellum cum Xerxe gerere. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐνὸν ὑμῖν. ibid. Si enim animadverterem vos hoc præstare posse.

ἐνορχέων (εὐνούχων.) viii. 105. Est genitivus plural. Ion. formatus vel ab ἔνορχος, ου, ὁ, vel ab ἐνόρχης, ου, ὁ. in illo, ἐνόρχων, in hoc, ἐνορχέων, com. dicitur, Ion. vero ἐνορχέων. Sic autem vocantur, qui manifestos suæ virilitatis testes habent.

ἐν οὐδέν. Ion. et poet. pro com. οὐδέν. Nullum. i. 32.

ἐνσκήπτειν. communiter. Ingruere. Cum impetu ferri. Immittere. τοῖσι τουτέων ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ Θεὸς θήλειαν νοῦσον. Horum posteris Dea morbum fœmineum immisit. i. 105. De Venere ibi agitur, cujus templum a Scythis spoliatum fuerat. Quamobrem etiam videtur legendum ἡ θεὸς, pro com. ἡ θεά. Nam et ibid. dicit ταύτης τῆς θεοῦ. ἐς ταυτην ὁ θεὸς ἐνέσκηψε βέλος. In hanc Deus fulmen immisit. iv. 79.

ἐνστέλλειν. Ion. et poet. pro com. ἐνδύειν. Induere. Vestire. Ornare. ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένους. Equestri stola, veste, ornate indutos. i. 80.

ἐντανύειν τόξα. com. Arcus intendere. (ἐκλύειν. ii. 173.) εἰ τὰ τόξα τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν. Si arcus semper intenti sint, rumpantur. ibid. vel, si intenti essent, frangerentur.

ἐντελής, ὁ καὶ ἡ. ἐντελέος, οῦς. com. Perfectus, absolutus, integer. ix. 7. τεῖχος ἐντελές ἐστι. Murus absolutus est.

ἐντέλλεσθαι. com. Mandare. Gall. *Mander. Commander. Donner charge de dire ou faire quelque chose.* τὸ ἐντεταλμένον. Quod mandatum ac imperatum fuerat. i. 47. ἐνετέλλετο. Mandavit. i. 53. τὰ ἐντεταλμένα. i. 60, 63. ἐντειλάμενος. Cum mandasset, vel, cum imperasset. i. 69. ἐντειλάμενος τοῖσι δορυφόροισι. Cum satellitibus imperasset. i. 90, 117, 123, 156, 157. iii. 16, 29. et passim.

ἐντεταμένος, η, ον. com. Intentus, a, um. οὐκ εὗρον ἐντεταμένας τὰς σχεδίας. viii. 117. Rates intentas non invenerunt.

ἐντεταμένας γεφύρας λύειν. ix. 106. Intentos pontes solvere.

ἐντεταμένως. Intente, vehementer. προσεῖχε ἐντεταμένως. In id intentus erat intente. Animum ad id habebat vehementer attentum. Magna animi contentione in id intentus erat, incumbebat. sub. intentius id administrabat. viii. 128. ἐντεταμένως ἀμφισβητέειν. Vehementer disceptare, contendere. iv. 14.

ἐντεταμένως. com. Intente. Magna corporis animique contentione. vii. 53. τῇ Ποτιδαίῃ ἐνιείλαμένως προσεῖχε. viii. 128. In Potidæam [obsidendam] impensius erat intentus.

ἐντολή, ῆς, ἡ. com. Mandatum. ἐντολὰς, τὰς Δαρεῖός οἱ ἐνετέλλετο. Mandata, quæ Darius ipsi dederat. iii. 147.

ἔντομα, ων, τά. Præter vulgatam

insectorum significationem, quam passim apud Aristotelem reperias, accipitur etiam hoc vocabulum pro incisione, quæ συνωνύμως ἔντομὴ vocatur, si modo Valla fideliter vocem hanc interpretatur. ἔντομα ποιεῦντες. vii. 191. Incisiones faciendo. Idem, ii. 119. sic interpretatur Herodoti locum, δύο παιδία ἔντομα ἐποίησε. Duos pueros exsecuit, et haruspicinam fecit. Vide versionem Lat. ed. Steph. p. 58. Sed Eustathius veram hujus vocis interpretationem affert. ἔντομα (inquit ille) καὶ τόμια, τὰ τοῖς νεκροῖς σφαλιζόμενα, ἱερεῖα δὲ, τὰ τοῖς θεοῖς, i. e. ἔντομα, sive τόμια, vocabantur victimæ, quæ mortuis, sive Manibus immolabantur, ἱερεῖα vero, quæ Diis [superis] sacrificabantur. Schol. Græcus Apollonii, τῶν Ἀργοναυτικῶν lib. i. v. 587. hæc ipsa fusius et dilucidius explicat his verbis; ἔντομα, τὰ σφάγια, κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς. οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις, ἄνω ἀνασρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. Ὅμηρος. αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα. ἄλλοι δὲ, ἔντομα, φασὶν, τοῖς τεθνεῶσιν ἐνάγιζον, ὡς ἄγονα, τοῖς ἀγόνοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις θεοῖς ἔνορχα ἔθυον. Vide et vulgata Lexica, et αὖ ἐρύειν apud Eustath. et ἐντομίδαι apud Suidam. ἐναγίζειν vero, jam significat immolare, mactare. Suidas. ἐναγίζειν. παρὰ Ἡροδότῳ χοὰς φέρειν. ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις. ἢ τὸ διὰ πυρὸς δαπανᾶν. Idem, ἐναγίζων, φονεύων, κατακαίων. Alias καθαίρειν, purgare, expiare.

ἔντομος, ὁ καὶ ἡ. Exsectus, castratus. δύο παιδία ἔντομα ἐποίησε. Duos pueros exsecuit. ii. 119. Vide Eustath. in ἔντομα, et Suidam in ἐντομίδαι. Alii locum hunc aliter accipiunt, pro, duobus pueris exsectis haruspicinam fecit. Sic Valla.

ἔντονος, ὁ καὶ ἡ. com. Intentus, acer, validus, vehemens. iv. 11.

ἐντὸς ἑωυτοῦ γίνεσθαι. Intra se ipsum esse. Mentis compotem esse. Se, mentemque suam in officio continere. i. 119. vii. 47.

ἐντυγχάνειν. com. cum genit. junctum. Nancisci. λελυμένης τῆς γεφύρης ἐντυχόντες. Pontem solutum nacti. iv. 140.

ἐν τῷ δέοντι. ἀντὶ τοῦ, δεόντως. Opportune. ii. 159. Vel, Ad res necessarias. In rebus necessariis.

ἐν τῷ τοιῷδε. Dictum ἐλλειπτικῶς. Nam subauditur vel χωρίῳ, id est, loco: vel χρόνῳ, id est, tempore; hocque sumendum ἀντὶ τοῦ, ἐν τῇ τοιαύτῃ πραγμάτων καταστάσει. In tali rerum statu. οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἶνεκα στασιάζειν πρέπει. ix. 27. Haud enim in tali rerum statu loci causa seditiose contendere decet. Locum autem hic intelligimus, quem quis in acie tenere cupit.

ἐν χειρῶν νόμῳ. Jure belli. viii. 89. Vide νόμος et χεῖρες.

ἐξαγινέειν, εῖν. Ion. pro com. ἐξάγειν. Educere. vi. 128.

ἐξαιρεῖν. com. Expugnare. Πηδασέες χρόνῳ ἐξαιρέθησαν. Pedasenses tandem expugnati sunt. i. 175.

ἐξαιρεῖν. com. Evertere. Delere. ταύτην τὴν πόλιν θέλων ἐξελεῖν. Hanc urbem evertere volens. i. 103.

ἐπὶ δέ. Passim apud Herodotum reperitur, modo quidem ad indicandam rem, in qua aliquid inest, quæ non exprimitur, sed ex præcedentibus est repetenda; modo vero, idem valet ac πρὸς δέ. Præterea vero. Alias, Post significat, ut, ἐπὶ τούτοις, pro μετὰ ταῦτα. Post hæc. Postea. ἐπὶ δὲ, σίδηρος ἦν. In illis vero [sagittis] ferrum erat; id est, Illæ vero sagittæ ferro, sive ferrea cuspide, munitæ erant. vii. 65, 69, 75, 92. viii. 93, 113. ix. 35.

ἐπίδειξις, ἡ. com. Demonstratio. Ostentatio. Notitia manifesta, qua fit ut res demonstretur, et quodammodo digitis indicetur. τοῦτο ἐς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο. v. s. Hoc in hominum demonstrationem venit, i. e. hominibus innotuit, ita ut omnes hoc indicarent, ac demonstrarent. ii. 46. Valla vertit, Quod in ostentationem hominum pervenit. Sed hæc verba non satis aperiunt auctoris mentem. Stephanus ait ἐπίδειξιν hic pro ostento sumi. Sed ne ipse quidem locum interpretatur, ut est interpretandus. Veram interpretationem a nobis habes allatam, sive verba, sive sensum spectes. τῶν ἐπέων τὴν ἐπίδειξιν ἐποιέετο. V. Hom. 10. [suorum] carminum ostentationem faciebat, i. e. sua carmina ostentabat. quod V. Hom. 12. sic explicatur, τὰ ἔπεα τὰ ποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο.

ἐπιδέξιος (ἀρισερός.) Dexter. (Sinister.) τὰ ἐπιδέξια. sub. χωρία. Loca ad dextram sita. vi. 33.

ἐπίδηλος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. φανερὸς, ἐπιφανής. Manifestus. Illustris. Notus. Qui innotescit, vel innotuit. Qui notus est, vel fit. De quo aliquid cognoscitur. θέλων δὲ μὴ ἐπίδηλος εἶναι τοῖσι Ἕλλησι. viii. 97. Cum autem Græcis manifestus esse nollet. Cum suum consilium a Græcis cognosci nollet.

ἐπίδημος. Qui est in aliquo populo.

Domesticus. Intestinus. Vocabulum Herodoteum. ii. 39.

ἐπιδίζεσθαι. Herodoteum vocabulum. Inquirere. Investigare. ab ἐπιδίζεμαι, ut τίθεμαι. ἐπιδίζεται τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος τὸν Κῦρον, ὅς-τις ἐὼν τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε. Latin. interpres. Hinc nobis exsequetur oratio, &c. quam interpretationem οἱ λεξικογράφοι videntur secuti, quum scribunt, ἐπιδίζομαι. Exsequor. Nihil præterea addunt. Sed locus ita vertendus, Hinc oratio nobis inquirit Cyrum, quisnam cum fuerit, Crœsi regnum everterit. Pro, Jam vero inquirendum nobis est, accurate quærendum est, ac dicendum, quisnam fuerit Cyrus ille, qui Crœsi regnum evertit. i. 95. Vide δίζημαι supra. i. 94. ἄκεα δίζεσθαι. Remedia quærere. τί δ' ἂν ἐπιδιζήμενος; Quidnam quærens? ab ἐπιδίζημαι. v. 106.

ἐπίδοξος, ὁ καὶ ἡ, com. De quo est aliqua opinio in futurum. Dicitur et de personis, et de rebus. pro quo et προσδόκιμος. τάδε τοι ἐξ αὐτέων ἐπίδοξα γενέσθαι. Hæc ab istis tibi eventura est credibile. i. 89. κακὰ ἐπίδοξα. Mala, quæ exspectantur. iv. 11. πολλοί εἰσιν ἐπίδοξοι τὠυτὸ τοῦτο πείσεσθαι. Multis hoc ipsum eventurum est opinio, vel exspectatur. Multis hoc ipsum eventurum videtur. vi. 12. ἐπίδοξος ἦν βασιλεύειν. Ctes. Pers. 46. De eo erat opinio, fore ut regnaret. Homines eum regnaturum opinabantur. Gall. melius hoc ita redderetur, *On estimoit qu'il régneroit*, vel, *qu'il seroit roi.*

ἐπίειν, ut ἐξίειν. Ion. pro com. ἐφίειν, et ἐφιέναι, et ἐξιέναι. Vide ἐπιέναι. Sic et ἀνίειν, pro ἀνιέναι.

ἐπιέναι. Ion. pro comm. ἐφιέναι. Immittere. Permittere. Οὐδ' ἦν ὁ Λάκων ἐπίῃ τοι ἄρχειν αὐτῆς ἡμεῖς ἐπήσομεν. vii. 161. Neque si Lacon tibi permittat ejus imperium habere, nos permittemus. Illud autem ἐπίῃ formatur ab ἐπίω, pro com. ἐφίω. unde τὸ ἐφίημι, cujus fut. ἐφήσω com. at Ion. ἐπήσω. aor. 2. act. ἔφιον, et Ion. ἔπιον. subjunct. ἐὰν ἐφίω, et Ion. ἐπίω, ῃς, ῃ. alioqui ἐπείη, pro ἐφείη, scribendum, ut sit optativi tertia singularis, ab ἐφείην, ῃς, ῃ. Vel ἐπείῃ scribendum, quod Ion. formabitur ita: subjunct. aorist. 2. act. com. ἐφῶ, Ion. ἐπῶ, καὶ διαλύσει ἐπέω, καὶ ἐπενθέσει τοῦ ι ἐπείω, ῃς, ῃ.

ἐπιέναι. Ion. pro com. ἐφιέναι. Permittere. Concedere. Remittere. quod alias συγχωρεῖν dicitur. Ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲν ἐπιέντες ἔχειν τὸ πᾶν ἐθέλετε, οὐκ ἂν φθάνοιτε τὴν τάχιστην ὀπίσω ἀπαλλασσόμενοι; vii. 162. Quoniam igitur nihil concedentes, [nihil remittentes de iis, quæ postulatis,] rem totam, [omnia, quæ petitis,] habere vultis, nen retro quam celerrime hinc discedetis?

ἐπίεσται. 3. pers. perf. pass. ab ἐπιέω. fut. ἐπιέσω. Induo. aor. 1. εἴσα. perfectum act. εἶκα. pass. εἶμαι, unde εἱμένος, et ἐπιειμένος. indutus. Hom. Iliad. A. v. 149. Ὦ μοι δναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον. Et assumto σ fit εἶσμαι, σαι, σται. Indutus, tectus sum. Hinc τὸ ἐπίεσται compositum. Hinc etiam plusquam perfectum poet. ἕεστο, pro εἶστο, assumto σ, facta διαλύσει τῆς ει διφθόγγου in εε, in tertia persona. Hom. Il. M. v. 463. λάμπε δὲ χαλκῷ Σμερδαλέῳ, τὸν ἕεστο περὶ χροΐ. Ἡ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπίεσται. i. e. Cui testudini substratum quidem est æs, æs etiam est induta, ære est induta. i. 47. Hujus versus sensum et interpretationem vide i. 48.

ἐπιζῆν, ἐπιζήσαι. com. Supervivere. Superesse. i. 120.

ἐπὶ θανάτῳ, pro πρὸς τὸν θάνατον. Vide θάνατος. τὸ παιδίον παρεδόθη

τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Infans ad mortem deducendus traditus est. i. 109. ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Ad necem ligavit, id est, Ligari vincirique jussit, ut ad necem, ad supplicium deducerentur iii. 119. τοὺς ἄλλους Ἀθηναίοι κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. v. 72. Sed hoc loquendi genus ἐλλειπτικὸν videtur. Plenum ac integrum fuerit si dicas, τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἄγουσαν, ἀντὶ τοῦ; πρὸς τὴν ὁδὸν, &c. Vel aliquid ἰσοδυναμοῦν ad orationis ὁλοκλήρίαν desideratur. ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ. ix. 37.

ἐπίθετα masculi generis, sive sint nomina, sive sint participia, passim non solum Attice, sed etiam Ionice, cum nominibus substantivis eleganter poni. Quod in nostro Sophoclis indice Græcolatino diligenter notatum pag. Soph. 96, 123, 124, 125, 208, 296, 325, 338, 344, 346, 348, 349. Sic apud Herodotum ἐπακτὸς ἀρετή. Sic enim scribendum videtur, non ἔπακτος, pro ἐπακτή. vii. 102.

ἐπίθημα, τος, τό. Operculum. Integumentum. Tegmen. χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. Æreum operculum imponens. Imposito æreo operculo. i. 48.

ἐπιθυμητὴς, οῦ, ὁ. com. Cupidus. Studiosus. Νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητής. Rerum novarum studiosus. vii. 6.

ἐπιθυμίη. Cupiditas. Desiderium. ἐπιθυμίην ἐκτελέσαι. Cupiditatem perficere, i. e. explere. Perficere quod cupimus. i. 32. ἐπιθυμίην ἐνεῖκαι. Desiderium ferre, pati desiderium, nec libidini satisfacere. ibid.

ἐπὶ ἴσης. com. Æqualiter. Æquali conditione. διαφέρουσι δέ σφι ἐπὶ ἴσης τὸν πόλεμον. Ipsis autem bellum æquo marte diuturnum gerentibus. i. 74. ἐπίσης etiam unica voce dicitur. vii. 50.

ἐπικαλεύμενα χρήματα vocat Herodotus pecunias, quas quis alicui eripuit, et propter quas earum dominus conqueritur, hocque dat crimini, criminans ipsum furem. ii. 118.

ἐπικαλακλύσαι. παρὰ τὸ ἐπικαλακλύζειν. com. Inundare. ἐπικατακλύσαι τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Totam Asiam inundasse. i. 107.

ἐπικάρσιος, η, ον. N. H. pro com. πλάγιος. Obliquus. Transversus. iv. 101. vii. 36.

ἐπίκαυτος, ὁ καὶ ἡ. N. H. Quod in vulg. Lexicis non exstat. Obustus. Præustus. Ἀκοντίοισι ἐπικαύτοισι χρεώμενοι. Jaculis præustis utentes. vii. 71. Sic et Virgil. Æn. xi. v. 893. Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro, Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis. Idem Æn. vii. v. 524. Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis. Herod. vii. 74, iisdem verbis utitur.

ἐπικερδὴς, ὁ καὶ ἡ. καὶ τὸ ἐπικερδές. N. H. Quæstuosus. Qui quæstum affert. In neutro genere τὸ ἐπικερδὲς apud Herodotum substantive pro κέρδος, i. e. quæstus, positum videtur. οἱ Σαμιοι τὴν δεκάτην τῶν ἐπικερδέων ἐξελόντες. Samii selecta quæstus decima. iv. 152. In vulgatis Lexicis legitur ἐπίκερδος, τό. Quæstus. Sed, an verum hoc sit, dubitari potest. In Stephani codicis margine scribitur ἐπικερδίων, ut a recto τὸ ἐπικέρδιον. Sed ne hoc quidem dubitatione caret.

ἐπικερτομεῖν. Ion. et poet. Verba cor, i. e. animum, proscindentia, pungentia, mordacia proferre. Eustathius interpretatur μετῳλως χλευάζειν. Mediocriter subsannare. Leviter deridere. Sed tamen proprie significat verbis mordacioribus aliquem pungere, vel insectari, quod faciunt subsannatores, sive derisores. παρὰ τὴν ἐπὶ πρόθεσιν, καὶ τὸ κέαρ, εἴτε κὴρ, τουτέστι τὴν καρδίαν, καὶ ψυχὴν, καὶ τὸ τέμνειν. viii. 92. Valla vertit, Jo-

catus est. Quod bene jam. Polycritus enim Æginetas Medorum partibus favere dixit: sed κατ' ἀντίφρασιν, εἰρωνικῶς, et sensu contrario, quod Medos ab ipsis pessime tractari videret.

ἐπικηρύσσειν ἀργύριόν τινι. com. Pecuniam in alicujus caput per præconis vocem polliceri alicui, qui aliquem vel ceperit, vel interfecerit, vel vivum vel mortuum in nostram potestatem redegerit. Aliter, Aliquem proscribere, et per præconis vocem, certam pecuniæ summam ei polliceri, qui proscriptum ceperit, vel occiderit, vel ad nos vivum deduxerit, vel mortuum portarit. Valla vertit, Caput alicujus pecunia licitari. Dicitur et ἀργύριον ἐπί τινι ἐπικηρύσσειν. vii. 213, 214. Vide ψυλαγόραι.

ἐπικηρυκεύεσθαι. com. Per præconem aliquid agere. ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ. Cum Pisistrato per præcones agebat. i. 60. Vel, per caduceatorem cum P. agebat. Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτα δι' ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετο. Crœsus igitur hæc per legatos nuntiavit. i. 69. ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Παυσανίην οἱ Θηβαῖοι. ix. 87.

ἐπικίνδυνος, ὁ καὶ ἡ. com. Periculosus. vii. 239.

ἐπικίρνασθαι. Ion. et com. Misceri. κρητὴρ ἐπικίρναται. Crater miscetur, pro, ἐν τῷ κρητῆρι οἶνος ἐπικίρναται. In cratere vinum miscetur. Sed μετωνυμικῶς crateri tributum, quod vino tribuendum, quod in cratere miscetur. i. 51.

ἐπίκλητος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Advocatus. Accersitus. Περσέων τοῖσι ἐπικλήτοισι. viii. 101. Persis accersitis. Illis de Persarum numero, qui fuerant accersiti. v. 75.

ἐπὶ κοινά. Herodotea locutio, pro com. κοινῶς. In commune. Communiter. Sic et Galli, *En commun.* ταῖς γυναιξὶν οἱ Μασσαγέται ἐπὶ κοινὰ χρέωνται. Uxoribus Massagetæ communiter [i.e. communibus] utuntur. i. 216. quod συνωνύμως dicitur ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν μίξιν ποιεῖσθαι. iv. 104, 172.

ἐπίκοινος, ὁ καὶ ἡ. Communis. Promiscuus. ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται. In commune cum mulieribus miscentur. Mulieribus liberorum procreandorum gratia communibus utuntur. Communes habent uxores. iv. 104, 172. Vel, Cum uxoribus in omnium conspectu congrediuntur. μίξιν ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται. iv. 180.

ἐπικουρεῖν. com. pro quo τὸ βοηθεῖν frequentius. Opem alicui ferre. Auxiliari. ὁ πέζος ἐπεκούρεε. iv. 128.

ἐπικουρίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἐπικουρία. βοήθεια. Auxilium. v. 63, 80. vi. 100, 108.

ἐπίκουρος, ὁ. Ion. poet. et com. Auxiliator. Qui opem alicui fert. i. 64. iii. 91, 145, 146. οἱ ἐπίκουροι. Milites auxiliarii. iii. 146. vi. 39.

ἐπίκτητος, ὁ καὶ ἡ. com. Acquisititius. ii. 5. ἐπίκτητος γῆ. ii. 10. iii. 3.

ἐπικυΐσκεσθαι. com. Superfœtare. iii. 108. Vide Œconomiam Hippocratis.

ἐπιλαβομένοισι δυνάμιος. ix. 99. Facultatem nactis. Potestatem adeptis.

ἐπικρατεῖν. com. Imperium obtinere. In sua potestate habere. Vincere. Superare. τῆς θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον. Milesii maris imperium obtinebant. i. 17. τοῦ πυρὸς ἐπικρατῆσαι. Ignem superare. i. 86. ἐπεκράτεον τῶνπερ καὶ πρότερον. Obtinebant, in sua potestate habebant, quæ et ante. i. 106. ἐπεκράτησε τῇ σάσει Μίνως. Minos sua factione superior evasit. i. 173. τῶν ἐπεκράτεε. In quos imperium habebat. ii. 1. iii.

32. 52. πλήθεϊ ἐπικρατέει. Copia superat. Copia superior est. iv. 50. ἤν τις ἐπικρατήσῃ αὐτοῦ. Si quis eum superarit. iv. 65. ἐπεκρατέετε Περσέων. Persas imperio vestro pressistis. iv. 119. vel, sub imperio vestro tenuistis. τῆς Σαλαμῖνος ἐπεκράτεε Εὐέθλων. Euethlon Salaminis imperium obtinebat. iv. 162. ἐπικρατήσας τῶν πρηγμάτων. Rerum potitus. Vel, Cum eas res in suam potestatem redegisset. iv. 164. οἱ Πέρσαι ἐπεκράτησαν πλήθεϊ. v. 2. πολλὰς εἶχε ἐλπίδας ἐπικρατήσειν τῆς θαλάσσης. Magnam habebat spem fore ut maris imperio potiretur. v. 36. οὐ δυνάμενος ἐπικρατῆσαι [τῆς ἀκροπόλιος.] Cum [arcem] in suam potestatem redigere non potuisset. v. 71. τῇ μάχῃ ἐπεκράτησαν. Prælio [suos adversarios] vicerunt. v. 116. τῶν νεῶν ἐπεκράτησαν. vi. 115. ἐπικρατέειν, ἢ ἀπόλλυσθαι. Aut vincere, aut perire, id est, mori. Hoc autem de Lacedæmoniis dicebatur. Huc spectat et illud, ἢ μετὰ τᾶς ἢ ἐπὶ τᾶς. sub. ἀσπίδος. Aut cum hoc domum victor redi, aut in hoc mortuus domum reporteris. vii. 104. Βασιλέως ἐπικρατεόντος τῆς θαλάσσης. vii. 139. Cum rex imperium maris obtineret; vel, Cum rex mare teneret in sua potestate. ὡς ἐπεκράτησε μάχῃ τῶν Γελώων. vii. 155. Cum Geloos prælio superasset. ἐπικρατέων Γέλης. Cum Gelam teneret in sua potestate. vii. 156. ἐπεκράτησαν τῇ μάχῃ. vii. 164. Prælio superiores evaserunt. τῶν ἀνδρῶν τουτέων ἐπικρατήσομεν. Hos viros superabimus. vii. 234. viii. 18, 94, &c.

ἐπικρατεῖν interdum neutraliter poni videtur pro Constanter usurpari, et rebus tribuitur, de quibus id usus evicit, ac obtinuit, ut aliquid dicatur. Τοὔνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγενεΐ. V. Hom. 13. Lat. interpres, Melesigenes nomen obtinuit Homeri. Quod optime quidem Latine redditum, si solum sensum, neglectis omnino verbis, spectes. At hoc verba sonant; Homeri nomen Melesigeni [tributum] evicit, [obtinuit.] Vel, Homeri nomen in Melesigene vicit: id est, Usus evicit, ac obtinuit, ut Melesigenes Homeri nomine vocaretur. Vel, Illud usus obtinuit, ut Homeri nomen Melesigeni tribueretur. Hoc ex sequentibus Herodoti verbis disertissimis manifeste patet. Nam statim subjicit, ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγενέος τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος. i. e. Quare, cum ille prius vocaretur Melesigenes, hoc Homeri nomen [a cæcitatis calamitate ei inditum] fuit.

ἐπιλαμβάνειν. com. Occupare. Invadere. ἐπιλαβὼν λοιμὸς τὸν στρατόν. viii. 115. Pestis cum exercitum invasisset.

ἐπιλαμβάνεσθαι. com. cum genitivo. Nancisci. προσφάτεω ἐπιλαβόμενοι. Patronum vel ducem nacti. i. 127. προφάσιός τευ ἐπιλαβέσθαι. Occasionem aliquam nancisci. iii. 36. προσφάτεω ἐπιλαβόμενοι. v. 23. προφάσιος ἐπιλαβόμενοι. Speciosam causam nacti. vi. 13. Vel, Occasionem nacti. vi. 49, 114.

ἐπίλαμπος, ὁ καὶ ἡ. Vocabulum Herodoteum pro com. καταδηλος, et καταφανής. Manifestus. In aliquo facinore deprehensus. ἐπίλαμπος ἀφάσουσα ἔσαι. [Aures] palpans deprehendetur. iii. 69.

ἐπιλάμψαντος ἔαρος. Herodotea locutio, q. d. Affulgente, vel apparente, vere. viii. 130. Pro quo com. dicitur ἔαρος ἀρχομένου· id est, Veris initio. Vel, ἅμα ἔαρι, sive ἦρι. Statim primo vere. Quod συνωνύμως dicitur, ὡς τὸ ἔαρ ὑπέλαμπε. i. 190.

ἐπιλεαίνειν. com. Lævigare. Polire. τοσαῦτα ἐπιλεήνας τὴν Ξέρξεω γνώμην. Cum his verbis Xerxis sententiam expolivisset, exornasset. vii. 9. Valla vero, His Xerxis sententiæ assentatus. Quam interpretationem si recipiamus, loquendi genus μεταφορικὸν esse dicemus. Quemadmodum enim qui metallum, vel marmor, vel lignum lævigat, polit, ac exornat, id tractatu mollius ac suavius reddit, sic etiam qui suis verbis alicui assentantur, eum quodammodo molliorem suavioremque sibi reddunt, ejusque benevolentiam sibi conciliant. Sed hoc paulo durius mihi nunc videtur. Crediderim potius τὸ γνώμην τινὸς ἐπιλεαίνειν accipiendum simpliciter pro sententiam alicujus expolire, et exornare, quod fit quum duriora mollioribus, asperiora suavioribus, obscuriora dilucidioribus, et prolixiora brevioribus explicantur. Lectores eam sequantur sententiam quam judicarint optimam. •

ἐπιλέγειν. com. Dicendo addere. Addere. Dicere. τοιόνδε λόγον ἐπιλέξοντες. Talem rationem addentes. ii. 156. iv. 65. v. 4. ἐπιλέγων λόγον τόνδε. vii. 147. viii. 49.

ἐπιλέγεσθαι. com. pro quo magis usitatum ἀναγινώσκειν. i. 124. Legere. ἐπιλεγόμενος τὸ βιβλίον. Librum vel literas legens. i. 125. ἐπιλεγόμενος τὰ γράμματα. Literas, [tabulas expensi] legens. ii. 125. Hoc ab interprete non expressum. τῶν βιβλίων ἓν ἕκαστον ἐπιλέγεσθαι. Singulas literas legere. iii. 128. τὸ βιβλίον ἐπιλεξάμενος. Literis lectis. v. 14. [τὰ γράμματα] ἐπελέξαντο. Literas legerunt. vii. 239. viii. 22, 128, 136.

ἐπιλέγεσθαι. Peculiariter apud Herod. accipitur pro com. διαλογίζεσθαι. Ratiocinari. Aliquid animo volutare. Ταῦτα ἐπιλεγομένῳ Κροίσῳ. Hæc ratiocinanti Crœso. i. 78. ἐπιλεξάμενον. Ratiocinantem. Reputantem. i. 86. τάδε ἐπιλεγόμενος. Hæc reputans, hæc perpendens. ii. 120. [Steph. his adjectis. at hæc non videtur jam esse mens auctoris.] ἐπιλεξάμενος. Animadvertens, perpendens, existimans. iii. 65. v. 30, 80. ταῦτα ἐπιλεγόμενοι. Hæc perpendentes. vi. 9. ἐπιλεγομένῳ μοι ἔδοξε. Mihi ratiocinanti visum est. vi. 86. vii. 47, 49, 50, 52. μηδὲ σπονδέων ἐουσέων ἐπιλέγεσθαι. vii. 149. viii. 50. Locus hic vel ἀνακόλουθον habet, vel est corruptus, ut et præcedens. Sic enim hæc viderentur efferenda. σπουδὴν δὲ ἔχειν σπονδὰς γενέσθαι τριηκονταετίδας, καίπερ τὸ χρηστήριον φοβεομένους. Ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες ἀνδρεωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖσι ἔτεσι, ἐπιλεγομένοισι, σπονδέων μὴ οὐσέων, ἢν ἄρα σφέας καταλάβῃ πρὸς τῷ γεγονότι κακῷ, ἄλλο πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσην, ἑωυτοὺς τολοιπὸν ἔσεσθαι τῶν Λακεδαιμονίων ὑπηκόους. i. e. Dicebant autem se studuisse tricennale fœdus fieri, quamvis oraculum formidarent, ut intra hos annos sibi ad virilem ætatem pervenirent filii, considerantibus, fœdere nullo percusso, si præter superiorem cladem [a Lacedæmoniis jam] acceptam, alia calamitas [in bello] contra Persam [gerendo] sibi contingeret, se Lacedæmoniis in posterum subjectos fore, [fore, ut in posterum Lacedæmoniorum imperio parere cogerentur.] Valla sensum potius quam Græcorum verborum vim expressit. Nos utrumque præstare conamur, ita tamen ut Latinæ puritatis rationem habeamus. ταῦτα ἐπιλεγόμενον Λεωνίδην. vii. 220. Leonidem hæc reputantem. τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα. vii. 236. Res adversariorum non agitare animo, non perpendere res hostium.

ἐπιλεγόμενος τὴν αἰσχύνην. V. Hom. cap. 2. Infamiam commemorans.

ἐπίλογος. Ion. pro com. ἐπιμύθιον. i. e. Alicujus dicti explicatio, et ad rem aliquam applicatio. Dicti ratio. λέγουσιν ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ. Ferunt Crœsum illa dicti ratione, et ad rem propositam, et explicatam applicatione, delectatum. i. 27.

ἐπίλοιπος, ὁ καὶ ἡ. com. Reliquus, a, um. iv. 154. τὰς ἐπιλοίπους τῶν πολίων. vi. 33.

ἐπίμαχος, ὁ καὶ ἡ. Qui oppugnari potest. Qui expugnari potest. De loco proprie dictum. χωρίον ἐπίμαχον. i. 84. (ἄμαχον. ibid.) τοῦ τείχεος ἐπίμαχον. Murorum pars, quæ potest expugnari. vi. 133. ἡ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός. ix. 21. Ubi loci totius pars oppugnationi maxime patens erat.

ἐπιμαχώτατος, ου, ὁ. com. ἦ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός. ix. 21. Ubi totius illius loci pars oppugnationi maxime patens erat.

ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τῶν παιδίων. V. Hom. 24. Puerorum curam gerere.

ἐπιμελὲς, τό. com. Quod alicui curæ est. Id, de quo quis est solicitus, vel cujus curam gerit. Κύρῳ ἐπιμελὲς ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε. Quæ Crœsus dixit, Cyro curæ fuerunt. i. 89. ἐπιμελές μοι ἦν. Mihi curæ erat. ii. 150. τοῦτ' ἦν οἱ ἐπιμελές. Hoc ei curæ erat. iii. 40. v. 12. vii. 37.

ἐπιμελίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἐπιμέλεια. Diligentia. V. Hom. c. 5. Cura. ἐπιμελίην ἔχειν τινός. ibid. c. 7. Alicujus curam gerere. De aliquo solicitum esse. Aliquem curare. ἐν ἐπιμελείᾳ οὐκ ἔτι εἶχε τὸν Ὅμηρον. ibid. c. 16.

ἐπιμέμφεσθαι, com. τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ. Quæ Crœsus Cyro crimini dans. Quæ Crœsus in Cyro damnans. Ob quæ Cyro succensens, ac infensus. i. 75. ὥστε τὸν σὸν παῖδα μὴ ἐπιμέμφεσθαι. Ita ut tuus filius non conqueratur. i. 116. ἀντὶ τούτων Αἰγύπτιοι ἐπιμεμφόμενοι Ἀπρίῃ. Pro his [cladibus acceptis] Ægyptii Apriæ infensi, vel eum damnantes. iv. 159. ἐπιμέμφεσθε ὅσα Μίνως ὑμῖν ἔπεμψε. vii. 169. Damnate, vituperate, quæcunque vobis immisit Minos.

ἐπιμήνια [θεῷ] τελεῖν. viii. 41. Menstrua sacra [Deo] facere.

ἐπιμεμνήσκεσθαί τινος. Rei alicujus mentionem facere. Rem aliquam narrare. ἐπιμεμνήσομαι ἀμφοτέρων. Utrumque commemorabo. i. 5. τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. His tantum commemoratis. i. 14. οὐκ ἐπιμνήσομαι. Mentionem non faciam. i. 51. τοῦ πρότερον ἐπιμνήσθην. Cujus ante mentionem feci. i. 85. τούτων ἐπιμνήσομαι. Horum faciam mentionem. i. 177. τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν. Quæ vero ex ipsis commemorabo. ii. 3. μεγάθεος πέρι ἐπιμνήσομαι. ii. 101. τουτέων ἐπιμνήσθην. viii. 55.

ἐπιμπλέετο. Ion. 3. pers. sing. imperf. pro com. ἐπιμπλάετο, ᾶ, το. hocque pro ἐπίμπλατο, ab indicativo πίμπλαμαι, quod a πιμπλημι, quod a πιμπλάω, ῶ, impleo. iii. 108.

ἐπιμιξίη. Ion. pro com. ἐπιμιξία. Commercium. ἐούσης ἐπιμιξίης πρὸς τοὺς Τεγεήτας. Cum [Lacedæmoniis] esset commercium cum Tegeatis. i. 68.

ἐπινέμεσθαι. com. Depasci. Depascendo consumere. τὸ πῦρ ἐπενέμετο τὸ ἄστυ πᾶν. Ignis totam urbem depascebatur, consumebat, consumsit. v. 101. τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρός. Igne partes extremas depascente. ibid. Vel, Depascendo paulatim absumente, vastante.

ἐπινοεῖν. Ion. et com. Excogitare. ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν. Excogitatis iis, quæ deprehendi,

cognoscique nullo modo poterant. i. 48. vel quæ difficulter deprehendi poterant.

ἐπινοεῖν, et ἐπινοεῖσθαι. com. Cogitare. In animo habere. In animum inducere. θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη. In animum induxit, ut maris imperium sibi pararet, vel, ut maris imperium obtineret. iii. 122. ὅσα ἐπινοέω ποιήσειν. Quæcunque facere in animo habeo. iii. 134. ἐπινοέω πρήγματα μεγάλα κατεργάσασθαι. Habeo in animo res magnas conficere. v. 24. ἐπινοέω τῇδε. Sic sentio. Hoc animo voluto. Hoc in animo habeo. v. 30, 65. τῇ ποιήσει ἐπενόει ἐπιθήσεσθαι. V. Hom. c. 6. Poesin aggredi in animo habebat.

ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα. In novaculæ acie tenentur, sunt, versantur, nobis res; i. e. Res nostræ in summo discrimine sunt positæ. vi. 11. Proverbium, quod ex Homeri Iliados K. v. 173. desumtum videtur, νῦν γὰρ δὲ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι. Quorum versuum Latinam interpretationem habemus in Erasmi adagiis, p. 28. adag. 18. Nunc etenim cunctis sita res in cuspide ferri est, Vivant ne, an tristi exitio absumantur Achivi. Sophocles in Antigone, v. 996, φρόνει βεβῶς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

ἐπιορκεῖν τι. Herodotea locutio. Per aliquid jurando pejerare. pro com. ὀμνύναι τὶ ἐπιορκοῦντα. τὰς βασιληΐας ἰσίας ἐπιόρκηκε. Per regium Larem jurando pejeravit. iv. 68. ἐπιορκήσας τὰς βασιληΐας ἰσίας. ibid.

ἐπιοῦσα ἡμέρη. Dies sequens. ἅμα ἡμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ. ix. 42. Simul ac dies sequens illuxisset.

ἐπίπλεος, α, ον. Ion. et poet. pro com. πλήρης, μεστός. Plenus. Refertus. τράπεζα ἐπιπλέα μηλίων κρεῶν. Mensa carnibus ovillis plena, onusta. i. 119. λειμὼν ἐπίπλεος κρεῶν. iii. 18. πεδία ἐπίπλεα ἀνθρώπων. Campi hominibus pleni. vii. 45.

ἐπιπλήσσειν. com. Increpare. Objurgare. Reprehendere. ἐγὼ τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω. Quæ ego in alio reprehendo, ipse pro virili non faciam. iii. 142. ἔφη, τὰ ἐκείνοισι ἐπιπλήσσει, ταῦτα οὐ ποιήσειν. vii. 136. Dixit se non facturum ea, quæ in aliis reprehenderet.

ἐπίπλοα. Ion. et poet. pro com. ἔπιπλα. Supellex. χρῆσ᾽ ἐπίπλοα. Bona supellex. Lat. interpres vertit, ea, quæ navigationi accommoda videbantur, et hæc accepit ἀντὶ τοῦ, τὰ ἐπὶ τὸν πλοῦν χρήσ᾽ἀ, πρὸς τὸν πλοῦν ἐπιτήδεια. Sed vocabulum est intelligendum, ut dixi: quod ex epitheto χρήσ᾽ἀ facile colligitur. ἔπιπλα (ut docet Suidas) τ᾽ μὴ ἔγγειος κτῆσις, ἀλλ᾽ ἐπιπόλαιος. hinc τὰ ἐπιπόλαια, καὶ κατὰ συγκοπὴν, ἐπιπόλα, καὶ κατὰ στοιχεῖων μετάθεσιν, ἔπιπλοα. i. 94. Hinc vero τὰ ἔπιπλα. iterata syncope. i. 150, 164. iii. 135. vi. 23. τὰ ἔπιπλα πάντα λαβόντες. Capta tota supellectile. vii. 119.

ἐπιπολῆς. com. In superficie. Supra. ἐπιπολῆς τῶν πυλέων. In portarum superno limine. Supra portas. i. 187. ii. 62. ἐπιπολῆς αὐτῶν. ii. 96. ἐπιπολῆς τῶν λίθων. iii. 123. ἐπιπολῆς τῶν ξύλων. iv. 201.

ἐπιπλώσαντες. i. 70. vide πλώειν.

ἐπιῤῥέειν. com. Influere, confluere, convenire. ἐπιῤῥεόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων, καὶ γινομένων πλεύνων. ix. 38. Confluentibus autem [eo] Græcis, eorumque numero crescente. ἐπιῤῥέουσιν οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην. ibid. Confluunt [eo conveniunt] Græci semper quotidie.

ἐπιῤῥωννύω, ἐπιῤῥώννυμι. com. μ. ἐπιῤῥώσω, ab ἐπιῤῥώω. Corroboro, confirmo. a. 1. act. ἐπέῤῥωσα, corroboravi, confirmavi. αὗται δὴ

σφεας ἐπέῤῥωσαν ἀπικόμεναι. viii. 14. Hæ [naves] ipsos adventu suo corroborarunt, confirmarunt.

ἐπίσημον, ου, τό. com. Insigne, is. Utrumque nomen substantivum. τὸ ἐπίσημον τῆς νηός. viii. 88. Navis insigne. quod viii. 92. τὸ σημήϊον συνωνύμως appellatur.

ἐπίσημος σοφίην ἀνήρ. Insignis sapientia vir. ii. 20.

ἐπίσημος χρυσός. Aurum signatum. (ἄσημος χρυσός. Aurum non signatum. ix. 41.) ibid.

ἐπισιτιεύμενοι. Vide ἐπισιτίζομαι.

ἐπισιτίζομαι. com. Cibaria paro. Commeatum paro. Frumentor. Frumentatum eo. Quid hoc sibi velit, ex Herodoti verbis facile colligi potest. Sic enim ille, ix. 50. οὔτε γὰρ σιτία εἶχον ἔτι, οἵτε σφέων ὀπάονες, ἀποπεμφθέντες ἐς Πελοπόννησον ὡς ἐπισιτισόμενοι, ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἵππου. i. e. Nec cibaria, [vel, commeatus, vel, rem frumentariam] amplius habebant, et ipsorum servi, qui in Peloponnesum missi fuerant frumentaturi, [vel, ut frumentum colligerent, compararent, et comportarent,] ab equitatu intercluси fuerant. Quod apertius, ix. 51. dicitur, ὡς ἀναλάβοιεν τοὺς ὀπέωνας τοὺς ἐπὶ τὰ σιτία οἰχομένους. i. e. Ut reciperent servos ad cibaria profectos, [ad rem frumentariam comparandam, ad commeatus apportandum profectos.] Illud autem ἐπισιτιεύμενοι, est futuri temporis Ionice formati ab Attico futuro ἐπισιτιοῦμαι, pro com. ἐπισιτίσομαι. Particip. com. ἐπισιτισόμενος, Attice ἐπισιτιούμενος, Ion. versa diphthongo ου in ευ, fit ἐπισιτιεύμενος. Vide ιῶ, ιεῖς, ιεῖ. Ion. et Att. form.

ἐπισκήπτειν. com. Cum impetu deferri. Dictum de fulminibus, quæ cælitus aliquo deferuntur. ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα ἀεὶ, καὶ δένδρεα, τὰ τοιαῦτ' ἐπισκήπτει βέλεα. In maximas quasque domos, et arbores, semper hujusmodi [fulminum] tela cum impetu decidunt, deferuntur. vii. 10. §. 5.

ἐπισκήπτειν. com. Obtestari, obsecrare, precibus aliquid ab aliquo petere. ἐπισκήπτοντος ἐμεῦ τὸν Δωριέος φόνον ἐκπρήξασθαι. vii. 158. Me obtestante, ac obsecrante, ut Doriei cædem ulciscerentur, pœnasque reposceretis, exigeretis.

ἐπισκήπτειν. com. Imperare, mandare. ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω. Vobis hæc mando. Vobis hæc impero. iii. 65. τὰ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι. Quæ Persis mandavit. iii. 73. iv. 33.

ἐπισκιάζειν. com. Obumbrare. Umbra tegere. τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. Europam obumbrare. i. 209.

ἐπίσκοπα. Ion. et poet. vocabulum, pro com. εὐσοχα, καὶ οὕτως, ὥστε τυχεῖν τοῦ σκοποῦ. ἐπίσκοπα τοξεύειν. Sagittas ita jaculari, ut scopum assequaris, vim adverbii habet, ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπως, quod inusitatum. iii. 35.

ἐπισκυβίζειν. V. H. quod proverbii vim habet, ac in eos dicitur, qui meracum intemperanter bibunt, qui vino sunt addicti, qui largius ac intemperantius bibunt. Mos autem hic a Scythis, qui vinum merum intemperantius hauriebant, manavit. Quamobrem ἐπισκυβίζειν idem est ac Scytharum more largius ac intemperantius potare; sed non dilutum, at meracum; ut patet ex Herodoti verbis, vi. 84. ἐπεὰν [οἱ Σπαρτιῆται] ζωρότερον βούλωνται πίνειν, ἐπισκύθισον λέγουσι. Quum [Spartani] volunt vinum meracius bibere, dicunt, ἐπισκύθισον, i. e. Nobis Scytharum more vinum meracius infunde, et largius ministra. Vel, Scytharum more vinum meracum hauri. Valla vertit, Age Scytham. Consule Erasmi Adagia in Episcythizare, ubi ἐπισκυβίζεσθαι verbum explicatur. Athenæus τῶν δειπνοσοφιστῶν βιβλίῳ. x. 210. καὶ προσελθών [ὁ Ἀνακρέων] ἀκρατοποσίαν, σκυθικὴν καλεῖ ποσιν. et 211, 1.

καὶ Λακεδαιμόνιοι (ὡς φησιν Ἡρόδοτος ἐν ἕκτῃ) Κλεομένη τὸν βασιλέα Σκύθαις ὁμιλήσαντα, καὶ ἀκρατοποτην γενόμενον, ἐκ τῆς μέθης φασὶ μανῆναι. καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες ὅταν βούλωνται ἀκρατέστερον πίνειν, ἐπισκυθίσαι λέγουσι, &c.

ἐπισπᾶσθαι. com. Impelli. Induci. δόλῳ γυναικηΐῳ ἐπισπώμενος. Dolo muliebri impulsus, inductus. i. 91.

ἐπισπαστῆρες, ων, οἱ. Consule Suidam, et Julium Pollucem libro 10. c. 4. §. 23. Ostiorum cardines, quorum opera fores trahuntur, ut aperiantur, vel claudantur. vi. 91. ἐπιλαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων, εἶχετο. Apprehensis ostii cardinibus, iis hærebat. χεῖρες τοῖσι ἐπισπαστῆρσι ἐμπεφυκυῖαι. Manus cardinibus inhærentes. ibid.

ἐπίσπεισις. N. Herodoteum. Libatio. Effusio. τὴν ἐπίσπεισιν τοῦ οἴνου. Vini libationem. ii. 39.

ἐπισπένδειν. com. Infundere. Effundere in. Libare. οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες. Vino in victimam effuso. ii. 39. ἐπισπείσας. iv. 60. ἐπισπείσωσι. iv. 62. σπείσαντες. iv. 187.

ἐπίσποιτο. 3. optat. aor. 2. medii. Ionice et poet. παρὰ τὸ ἐπισπέσθαι. de quo Eustath. εἰ μὴ ἡ τύχη ἐπίσποιτο. Nisi fortuna nos comitetur. i. 32. εἴ οἱ ἡ τύχη ἐπίσποιτο. Si fortuna ipsum comitata fuisset, ipsi favisset. vii. 10. §. 4.

ἐπισπόμενοι. Participium, de quo vide Eustath. pro ἐπακολουθοῦντες. Insequentes. Persequentes. cum dativo. i. 103. Sed est Ion. et poet. αἱρέουσι ἐπισπόμενοι οἱ βάρβαροι. vii. 180. [Eam] barbari insecuti capiunt. vii. 225. viii. 7.

ἐπισπόμενος, ἐπὶ Μιλήτου κτίστην. ix. 97. Valla: Sectans [Neleum Codri filium] ad coloniam Mileti collocandam. Sed apud Herodotum scribendum est, κτίστῦν. Quid autem sit κτιστὺς, ύος, ἡ, vide apud Eustathium, qui hujus loci mentionem facit.

ἐπισπώμενος. com. Attractus, abductus. ἐπισπώμενος Καμβύσῃ, pro ὑπὸ Καμβύσου. A Cambyse abductus. iii. 14, 31. Sed his duobus locis τὸ ἐπισπώμενος, ἀντὶ τοῦ ἐπισπόμενος, καὶ ἑπόμενος, interpres Latinus sumsit, ut sumendum videtur. ut et iii. 54. Nisi ἐπισπόμενοι per o scribendum dicas, de quo suo loco. Πολυκράτεϊ ἐπισπώμενον. Qui Polycratem sequebatur. iii. 132. vi. 85.

ἐπίστασθαι. Ion. pro com. ἐφίστασθαι. Supra stare. Supernatare. Summum esse. (ὑφίστασθαι. Subesse. Subsidere. iv. 2.) Ibi de lactis partibus agitur, quarum alteram ἐφιστάμενον, alteram ὑφιστάμενον communiter, Ionice vero ἐπιστάμενον et ὑπιστάμενον vocamus. Subauditur autem μέρος ad orationem absolvendam.

ἐπίστασθαι. Interdum peculiari quodam modo ponitur apud Herodotum pro contentum esse. τῷ τὸ ἐλάχιστον ἐπιστάμενῳ προσέκειτο. [Mulier] illi addicebatur, qui minimo [auro, minima pecuniæ summa] contentus erat. i. 196.

ἐπίστασθαι. Apud Herodotum interdum accipitur pro νομίζειν. Existimare. De Cyri parentibus verba facit, ac dicit, οἷα δὴ ἐπιστάμενοι τότε τελευτῆσαι. Quippe qui credebant ipsum Cyrum, [qui Astyagis jussu feris expositus fuerat,] tunc obiisse. i. 122. Et Cyrus ipse de se dicit, ἐπίστασθαι μὲν γὰρ [ἔφη] ὡς βουκόλου παῖς εἴη. Dicebat enim se existimare, vel existimasse se bubulci filium esse. ibid. ἠπιστέατο ἐπὶ διαβολῇ εἰπεῖν Καμβύσεα. Existimabant Cambysem hæc per calumniam dixisse. iii. 66. pro ἐπίσαντο. ἠπίστατό οἱ τοῦτο ἀπολωλέναι. Hoc a se amissum putabat. iii. 140. ἠπιστέατο.

viii. 5. Credebant, existimabant. viii. 25, 88. ἠπίστατο. Sciebat, existimabat, credebat. viii. 136.

ἐπιστέαται, pro ἐπίστανται. Ion. iii. 103. iv. 174. vide ἑαται.

ἐπιστέωνται. Ion. pro com. ἐπίστανται. Sciant. iii. 134.

ἐπίστιον, ου, τό. Ion. pro com. ἐφέστιον. Familia. ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίστια Ἀθηναίων. 700 familias Atheniensium, ut piaculo contaminatas, expulit. v. 72, 73.

ἐπίστιος. Ion. pro ἐφέστιος. Domesticus. Qui apud aliquem divertit. Vel, Qui ad aliquem accessit supplex. Qui ad alicujus larem supplex sedet. i. 35. Ζεὺς ἐπίστιος. Ion. qui com. ξένιος, εἴτε ξείνιος appellatur. Jupiter hospitalis, qui hospitibus præest, et hospitii jus tuetur. i. 44. bis. Vel, Jupiter, qui uniuscujusque domus, ac familiæ præses, et custos est.

ἐπιστολή, ῆς, ἡ. Ion. et poet. pro com. ἐντολή. Mandatum. ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρήτου ἔλεγε ταῦτα. Hæc ex Demarati mandato dicebat. vi. 50.

ἐπιστρατίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἐπιστρατεία, ας. Militaris expeditio, quæ suscipitur adversus aliquem. Arma infesta, quæ alicui inferuntur. Bellum, quod alicui infertur, copiis adversus eum eductis. ix. 3.

ἐπιστρέφεσθαι. com. Subinde se convertere respiciendi causa. ἧϊε ἐπιστρεφόμενος. Ivit subinde respectans. iii. 156.

ἐπιστρεφέως. Ion. et poet. Diligenter, accurate, solicite. i. 30.

ἐπισχέειν. Ion. pro com. ἐπισχεῖν, ἐπέχειν. Judicium sententiamque sustinere, cohibere se ipsum, ne sententia temere proferatur, ac nondum bene perspecta. i. 32.

ἐπιτάμνειν. Ion. pro com. ἐπιτέμνειν. Incidere. Secare. ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται. Postquam brachia inciderint, secuerint, secando aperuerint. i. 74.

ἐπίταξις, ἡ. com. Imperatum. Jussum. Gallice, *Commandement*. ἐπίταξις τοῦ φόρου. q. d. Tributi jussum, sive jussio; pro, tributum, quod imperatur, vel imperatum est. iii. 89. φόρων ἐπιτάξιες. iii. 97.

ἐπιτάρροθος, ὁ καὶ ἡ. Peculiariter apud Herodotum, non pro auxiliatore, (ut passim apud Poetas accipitur,) sed pro victore sumi videtur in illo versu. τόν συ κομισσάμενος, Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσσῃ. Lat. Interpres, Quo tu sublato Tegeæ sperabere victor. Verba hæc sonant. Hoc tu recepto, Tegeæ victor eris. i. 67. Vide Eustath. in voce ἐπίρροθος, unde ὁ ἐπιτάρροθος formatur. Sic autem hic appellabitur is, qui magno impetu in aliquem fertur, eumque superat.

ἐπιτάσσειν. com. Jubere. Imperare. τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον. Imperata fecerunt. i. 115. τὰ κελευόμενα ποιεῖν. Imperata facere. i. 117. αὐτοῖσιν ἐπίταξον. Ipsis impera. i. 155. τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον. i. 169. ii. 109. iii. 159. ἐπιτάξοντας. iv. 83. v. 57, 111. vii. 1. viii. 115.

ἐπιτάττειν. Apud Herodotum non pro ὑποτάττειν, et imperare; sed pro post aliquos collocare, interdum sumitur. ὄπισθε τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὴν πᾶσαν ἵππον. A tergo peditatus omnem equitatum collocavit. i. 80.

ἐπιτελέειν, εῖν. com. Pendere. Persolvere. ἐπιτελέειν ἐπέτειον φόρον βασιλεῖ. Annuum tributum regi persolvere. v. 49. Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο. Atheniensibus persolvebant, pendebant, quæ pacti fuerant. De quibus inter eos convenerat. v. 82, 84.

ἐπιτελεῖν. Ion. et communiter. Finire. Perficere. Absolvere. ἐπιτελέσας ὁ Κροῖσος ταῦτα. Crœsus his peractis. i. 51, 90. τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον. Imperata fece-

runt. i. 115. *ἐπιτελέα ποιεῖν*, pro *ἐπιτελεῖν* dicitur. i. 117. *τὰς ἐντολὰς ἐπιτελέειν*. Imperata facere. i. 157. *τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον*. i. 169. *θυσίας ἐπιτελέουσι*. Sacrificia faciunt. ii. 63. *εὐχωλὰς ἐπιτελέοντας*. Vota facientes, vel exsequi conantes. ii. 63. iii. 69. *ἐπετέλεσε τὴν ὄψιν*. Visum perfecit. Id, quod in somnis visum fuerat, ad exitum perduxit. iii. 125, 138.

ἐπιτελὴς, ὁ καὶ ἡ. De re dicitur, quæ ad finem est perducta. Perfectus. Absolutus. *ταῦτα ἐπιτελέα ἐποίησεν*. Hæc perfecit. i. 117. *ταῦτα ἐπιτελέα ἐγίνετο*. Hæc peracta sunt. i. 124. iii. 16. *ταῦτά οἱ ποιέειν ἐπιτελέα*. Hæc ei perficere. iii. 141. *ἐποίευν ἐπιτελέα*. Perfecerunt. iv. 4, 15. v. 107.

ἐπίτεξ, κος, ἡ. Vocabulum Herodoteum, pro com. *ἐπίτοκος*. Partui vicina, vel Parturiens. *μετεπέμψατο τὴν θυγατέρα ἐπίτεκα ἐοῦσαν*. Filiam partui vicinam accersivit. i. 108. *ἡ γυνὴ ἐπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην*. Uxor, quæ totum per diem parturierat. i. 111.

ἐπιτήδεα ἱρά. ix. 37. *τὰ καλά*. ix. 36, 37. Læta, pulchra, fausta victimarum mactatarum exta. Victimarum immolatarum exta pulchrum, lætum, faustum, felicemque rerum exitum portendentia.

ἐπιτήδειος. Ion. pro com. *ἐπιτήδειος*. Aptus, commodus, opportunus. *νομὰς ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα*. Pascuis commodissimis utentem. i. 110. *ἐς τοῦτο ἐπιτηδεώτατος*. Ad hoc aptissimus, et maxime idoneus. i. 115. *ἐπιτηδεώτατα*. ii. 133. *ἐπιτηδεώτατον*. ii. 172. iii. 70, 134. iv. 47. ix. 27. *ἐπιτηδεωτάτους*. iv. 72, 158. v. 19. vii. 59, 177. viii. 49. *ἐπιτηδεώτερος*. ix. 2. *ἐπιτηδεώτατον*. ix. 25.

ἐπιτήδες. Ion. et poet. adverbium. De industria. iii. 130. vii. 44, 168. viii. 141.

ἐπιτηδεύειν τί. Rei alicui operam dare. Aliquid sedulo, vel de industria facere. *ἐπιτηδεύοντας ποιεῖν τι*. Aliquid de industria facere. iii. 18. *τοὺς νόμους μιμέεσθαι ἐπιτηδεύουσι τῶν Κυρηναίων*. iv. 170. Cyrenæorum leges imitari studeant.

ἐπιτηδέως. Ion. pro com. *ἐπιτηδείως, ἐπιμελῶς, καὶ σπουδαίως*. Accurate, diligenter, studiose, sedulo, officiose. i. 108. iv. 139. *οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτηδέως*. ix. 7. Non enim officiose, vel ex officio, fecistis.

ἐπιτήκειν. com. Supra liquefacere. Liquefactum infundere. Re aliqua liquefacta tegere. *ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα*. vii. 239. Ceram liquefactam in litteras infudit. Cera liquefacta litteras texit. Vel (ut Valla) Cera induxit. Quanquam vis Græci verbi melius ita exprimeretur; litteras liquefacta cera induxit.

ἐπιτίθεσθαι. Imponere, imperare, pro *προστάττειν*, quod commune. *φὰς Ἀστυάγεα εἶναι τὸν τοιαῦτα ἐπιθέμενόν μοι*. Dicens Astyagem esse, qui hæc mihi imperarit. i. 111.

ἐπιτίθεσθαι. com. pro onus aliquod alicui imponere. *ἐπιτάττειν*. Imperare. *τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον εἶπαι*. Qui hæc dici jusserat. iii. 63. sic etiam Galli, *Qui a donné charge de dire ces choses*.

ἐπιτιμᾶν. com. idem ac *ἐπιτιθέναι ζημίαν*. Mulctam irrogare. *τὴν ἀρχαίην δίκην ἐπιτιμῶν*. Antiquam pœnam irrogans, i. e. quam initio statuerat irrogare. iv. 43.

ἐπιτίμιον, ου, τό. com. Mulcta. Pœna. *τοῖσι παρακτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι*. Illis, qui peregrinos ritus asciscunt, tales irrogant pœnas. iv. 80.

ἐπίτοκος, ου, ἡ. com. Partui propinqua, sive vicina. *ἐπίτοκος οὖσα, τίκτει τὸν Ὅμηρον*. V. Hom. c. 3. Cum partui esset vicina, peperit Homerum.

ἐπιτολή, ῆς, ἡ. Ion. et poet. pro com. ἐντολή. Mandatum. iv. 10.

ἐπὶ τοσοῦτον αὕτη ἡ μάχη ἐγένετο. ix. 65. Hactenus hoc prælium est gestum.

ἐπιτρέπειν. com. Permittere. Alicujus fidei committere. τὴν Νάξον ἐπέτρεψε Λυγδάμει. Naxum Lygdamo commisit. i. 64, 96. τὸ σκῆπτρον ἐμοὶ ἐπιτέτραπται. Sceptrum mihi commissum est. iii. 142. τά τε ἄλλα ἐμοὶ ἐπιτράψονται. iii. 155. τούτοισι τὴν πόλιν ἐπέτραψε ἡ Φερετίμη. Pheretime urbem his commisit. iv. 202. τῷ Μίλητον ἐπέτρεψας. Cui Miletum commisisti. v. 106. vii. 156.

ἐπιτρεπτέα. νῦν δὲ ἐκείνοισι ταῦτα ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστὶ, ἀλλὰ διωκτέοι εἰσί. ix. 58. Nunc non est permittendum illis ut hæc faciant; sed persequendi sunt.

ἐπιτροπαίη βασιληίη. Herodotea locutio, pro qua com. d. βασιλεία τινὶ ἐπιτετραμμένη. Regnum alicui commissum, ut ab eo administretur quamdiu quis in ejus tutela manet. q. d. Regnum tutelare. Regnum, quod quis pro suo pupillo tuetur, ac administrat dum ille pupillus est. ἐόντων ἔτι τῶν παίδων τούτων νηπίων, ἐπιτροπαίην εἶχε ὁ Θήρας ἐν Σπάρτῃ βασιληίην. iv. 147. Valla: Quorum, quum pupilli essent, tutelam gerebat regni Spartani. Æ. P. Cum isti pueri adhuc essent infantes, [ac ætate nimis infirma, et proinde tutoribus indigerent,] Theras regnum suæ fidei commissum Spartæ habebat, [et pro illis administrabat.] Sensus; Theras horum puerorum, qui propter ætatis junioris imbecillitatem tutoribus egebant, regnum suæ tutelæ commissum administrabat. Horum, et regni, quod ad ipsos hereditario jure pertinebat, tutor erat. Vulgata Lexica, ἐπιτροπαῖα, ας, ἡ. Tutela. ἐπιτροπαῖαν τὴν βασιληίην ἔχω. Regni tutelam gero. Sed ἐπιτροπαία, et ἐπιτροπαίαν scribendum, resque sic accipienda, ut pluribus a me declaratum.

ἐπιτυχεῖν τινι. com. Incidere in aliquid. Aliquid invenire. ἐπέτυχον σορῷ. Incidi in loculum. Loculum inveni. i. 68.

ἐπιφέρειν. Inferre. ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων. Aliis alia crimina inferens, objiciens. i. 26. φαῦλα ἐπιφέρειν τινί. Leves, nulliusque momenti criminationes alicui objicere. ibid. ἐπενείκαντές οἱ αἰτίην. Ei objecto crimine. i. 68. τοῖσι ποιεῦσιν [ἀγάλματα] μωρίην ἐπιφέρουσι. Illos, qui simulacra faciunt, stultitiæ damnant. i. 131. τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες. Eandem causam inferentes: id est, eadem de causa. i. 138. μαχλοσύνην ἐπενείκασά οἱ. Impudicitiæ crimine illi illato, vel objecto. iv. 154. πόλεμον ἐπιφέρειν τινί. Alicui bellum inferre. v. 81.

ἐπιφέρειν τινὶ μανίην. Herodotea locutio. Insaniam alicui inferre. i. e. Aliquem insaniæ damnare. Aliquem insanum judicare. viii. 10.

ἐπιφέρεσθαι. com. Ferri in, vel adversus aliquem. Invehi in aliquem. Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο. viii. 61. Adeimantus [in Themistoclem] invehebatur. pro quo συνωνύμως dicitur, κατατρέχειν τινος Vide vulgata Lexica.

ἐπιφημίζεσθαι. com. Ominari. Male ominari. iii. 124.

ἐπίφθονος, ὁ καὶ ἡ. com. Invidiosus. Odiosus. ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λῶν ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται. iv. 205. Valla: Ut enim exsistunt acres admodum, et invidiosæ, ultiones deorum in homines. Stephanus Vallam jure reprehendit, quod sensum inverterit, ac locum istum sic interpretatur: Ut enim Diis odiosæ sunt nimium acres hominum ultiones. Sed et ipse Stephanus non leviter erravit. Sic enim locus est explicandus: Quia nimium acres hominum ultiones Dijs sunt odiosæ. Vel, Quia ni-

mium acres ultiones, quibus homines se mutuo persequuntur, Diis sunt odiosæ. Hæc enim est τῶν προηγουμένων αἰτιολογία. διὰ τί ἡ Φερετίμη ζῶσα ἐκ τῶν εὐλέων ἔζεσε, καὶ ἀπέθανε; ὡς ἄρα, &c. ἀντὶ τοῦ, ὅτι, &c. τὸ γὰρ ὡς jam nullam similitudinis vim habet: sed est αἰτιολογικὸν μόριον. Idcirco etiam nullam habet ἀνταπόδοσιν, quæ similitudinis alterum membrum explicet. Illud vero ἄρα vel πλεονάζει, vel affirmationi servit. Si Stephani versionem sequaris, mutilam orationis sententiam sequeris. Nam qui dicit, Ut enim; is subjicere debet, Sic etiam, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν, ad integram orationem absolvendam. Jam enim τῇ ἐλλείψει, aut ἀποσιωπήσει, nullus locus commode dari potest.

ἐπιφλέγειν. com. Incendere. Cremare. πάντα ἐπέφλεγον. viii. 32. Omnia incenderunt. Omnia cremarunt.

ἐπιφορέειν, εἶν. Ion. et poet. pro communi ἐπιφέρειν. Inferre, aggerere, ingerere, injicere. χοῦν ἐπιφορήσαντες. viii. 28. Aggere, vel humo desuper injecta.

ἐπιφορήματα, ων, τά. Secundæ mensæ. Bellaria. Gallice, *le dessert*. Quid autem hæc sint, et unde dicta, docet Athenæus τῶν δειπνοσοφιστῶν libr. 14. 317. (p. 640. E. ed. Casaub.) τρύφων δέ φησι τὸ παλαιὸν, πρὶν εἰσελθεῖν τοὺς δαιτυμόνας, ἐπὶ τραπεζῶν κεῖσθαι τὴν ἑκάστου μοῖραν. ὕστερον δὲ πολλά τε, καὶ ποικίλα ἐπιφέρεσθαι, (sic enim legendum, quod ex sequentibus patet, et pag. 318. ita legitur: non autem ἐπεισφέρεσθαι, ut scriptum exstat et hic, et in vulgatis Lexicis.) διὸ καὶ ἐπιφορήματα κληθῆναι. Infra, Herodoti mentionem facit, et hujus loci, quem dicit exstare. [i. 133.] Ibidem tradit τὰ ἐπιφερόμενα μετὰ τὸ δεῖπνῆσαι, sic appellari, quæ et ἐπιτραπεζώματα, et ἐπιδορπισμὸν, et τρωγάλια, et τραγήματα, συνωνύμως a nonnullis dici scribit. Vide p. 640. Ed. Casaub.

ἐπιφράζειν, ἐπιφράζεσθαι, ἐπιφράσασθαι. Ion. pro com. καταμανθάνειν. Animadvertere, percipere, intelligere, cognoscere. τὰ ἦν ἀμήχανον ἐπιφράσασθαι. Quæ difficulter, vel nullo modo deprehendi, cognosci, animadvertique poterant. i. 48. ὧδε ἐπιφρασθείς. Re sic animadversa. iv. 200. οὐκ ἔχω ἐπιφράσασθαι. Percipere, cognoscere non possum. v. 9. ἐπιφρασθεῖσα αὐτή. vii. 239. Cum [hoc] ipsa animadvertisset.

ἐπιφράζειν. Ionicum et Herodoteum verbum pro com. διαλέγεσθαι, et δηλοῦν. Disserere, declarare. Vel idem significat ac præterea dicere. δεῖ με πρὸς τούτοισι ἐπιφράσαι. Oportet me præterea dicere. Dicendo addere, et declarare. i. 179.

ἐπιφράζεσθαι. Ion. et poet. Excogitare. Comminisci. ἄλλά τε ἐπιφραζόμενος, καὶ δὴ καί. Cum alia excogitans, tum etiam. i. 85. vi. 61, 133.

ἐπίχαλκος, ὁ καὶ ἡ. Proprie quidem significat ære tectum, æratum: at apud Herod. pro χάλκεος, οῦς, i. e. æreo, sumi videtur. ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι, æreo scuto. Sic et Valla, iv. 200.

ἐπιχείρησις. Aggressio, invasio. ὑπνωμένῳ ἡ ἐπιχείρησις ἔσται. Somno sopitus invadatur. i. 11. pro quo συνωνύμως dicitur ἐπιχειρήσωμεν αὐτῷ. i. 11, 26.

ἐπιχείρησις, ιος, ἡ. com. Aggressio, conatus, insidiæ, conspiratio. ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἐνὸς τῶν μετεχόντων. viii. 132. Cum unus de conjurationis sociis insidias, vel conspirationem, detulisset. Vel, Conjuratione per unum ejus socium patefacta, qui rem detulerat.

ἐπιχολώτατος, η, ον. N. H. Sed quid significet apud eum, non etiam manifeste constat. τοῖσι κτήνεσι

ἡ ποίη ἀναφυομένη ἐν τῇ Σκυθικῇ, ἔστι ἐπιχολωτάτη πασέων ποιέων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. iv. 58. Valla: Gramen, quod in Scythia germinat, omnium, quæ nos novimus, germinum, aridissimum est. Sed ita potius hæc vertenda sunt: Herba, quæ pecoribus in Scythia nascitur, est omnium herbarum, quas nos novimus, amarissima. χολὴ enim bilem tam atram, quam flavam, significat, fel. Quamobrem ἐπίχολον jam vocari puto, quod fellis instar est amarum. ποίην ἐπιχολωτάτην igitur Herodotus hic appellabit herbam amarissimam: fortasse autem absynthium intelligit, cujus plura sunt genera, de quibus Plin. lib. 27. cap. 7. Hæc sunt ejus verba: Absynthii genera sunt plura; Santonicum appellatur a Galliæ civitate: Ponticum a Ponto, ubi pecora pinguescunt illo, et ob id sine felle reperiuntur. Hanc nostram interpretationis conjecturam sequentia Herodoti verba confirmant. ἀνοιγομένοισι δὲ τοῖσι κτήνεσι ἔστι σαθμώσασθαι ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει. Apertis vero, [dissectisque] pecoribus licet conjicere hoc ita se habere. Quæ verba nihil aliud nobis indicant, quam Scythica pecora herbis amarissimis vesci solita; hocque facile colligi inde, quod in iis apertis nullum reperiatur fel, ut a Plinio supra declaratum. Ovid. de Ponto lib. 3. ad Conjugem de sui exilii barbaro loco scribens, ita canit; Tristia per vacuos horrent absynthia campos, Conveniensque suo messis amara loco est. Idem alibi; Terraque de fructu quam sit amara docet. Consule Latinos comment. In Græcis Lexicis nihil prorsus invenias, quod ad rem præsentem faciat.

ἐπιχρεώμενος. Ionice, pro com. ἐπιχρώμενος. Qui frequenter aliqua re vel persona utitur. Familiaris. Necessarius. αἱ ἐπιχρεώμεναι μάλιστα γυναῖκες. Maxime familiares ac necessariæ mulieres. iii. 99.

ἐπίχρυσος, ὁ καὶ ἡ. Inauratus, auro tectus, deauratus. Italice, *dorato*. Gallice, *doré*. κλίνας ἐπιχρύσους κατέκαιε. Latinus Interpres vertit, Lectos aureos concremavit. Sed vertendum, Inauratos, vel, auro tectos, et constratos, combussit. Aliud enim est ἐπίχρυσον, aliud χρυσοῦν, ut ex sequentibus Herodoti verbis colligitur. i. 50. ix. 80.

ἐπιψηφίζειν τινί. Herodotea locutio. Alicui suffragari, suis suffragiis alicui favere. Suis suffragiis alicujus sententiam comprobare, eique favere, vel alicujus sententiam ratam facere, confirmare. γενικῶς, καὶ μεταφορικῶς, alicui favere. Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο [τῷ Θεμιστοκλέϊ,] σιγᾶν τε κελεύων τῷ μὴ ἔστι πατρὶς, καὶ Εὐρυβιάδην οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν ἄπολι ἀνδρί. viii. 61. Valla: Rursus interpellans Adeimantus, jubebat silere eum, utpote cui patria non esset: quinetiam Eurybiadem non sinere virum extorrem sententiam dicere. Æ. P. Adeimantus [in Themistoclem] invehebatur, et jubens [eum] silere, cui nulla esset patria, et Eurybiadem non sinens suffragari extorri viro. vel hominis extorris sententiam suo suffragio confirmare, ratamque facere, non sinens. Stephanus hic tacet. Vulgata Lexica sic, ἐπιψηφίζω ἄπολι ἀνδρί. Virum extorrem non sino sententiam dicere. Herod. At dicendum esset οὐκ ἐπιψηφίζω α. α. ut hic videmus. Hinc patet quanta τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, καὶ τῶν ἄγαν ἀζασανίστων λεξικῶν auctoritas esse debeat, et quantum ipsis tribuendum. Huc addatur et vocem ἄπολι pro ἀπόλιδι κατ' ἀπο-

κοπτὴν dictam, et Αἰολικῶς potius, quam Ἰωνικῶς accentum in præcedentem syllabam retractum, vel propter apocopen, et quia syllaba λι jam brevis est, hoc ita factum. Nam alioqui videretur ἀπόλι dicendum. Vide ἄπολις.

ἐπόδια, ων, τά. Ionice, pro com. ἐφόδια. Viaticum. Commeatus. iv. 203. ἐπόδια λαζών. Sumto viatico, sive commeatu. vi. 70.

ἐποδιάζειν. Ionice, pro communi ἐφοδιάζειν, ἦγουν τὰ ἐφόδια παρέχειν. Viaticum alicui præbere. ἀποπέμπουσι ἐποδιάσαντες ἐς τὰς Ἀθήνας. ix. 99. [Eos] Athenas dato viatico remiserunt.

ἐπόθεσαν. tertia plur. aor. 1. act. pro qua et ἐπόθησαν. Desideraverunt. ix. 22. Quod factum est κατὰ συλλαβήν, vel in eorum verborum numero ponendum hoc etiam, quæ futurum utroque modo formatum habent, et per ἑσω, et per ἡσω, ut αἰνέω, αἰνέσω, et αἰνήσω, laudo. καλέω, καλέσω, et καλήσω, voco. Sic et φονέω, φορέω, φρονέω, in futuro ἑσω, et ἡσω. Quam vero terminationem futurum habuerit, eandem etiam et aor. 1. act. et reliqua tempora inde regulariter formata servant. At Poetæ non raro metri causa leges istas negligunt.

ἐπορᾶν. Ionice, pro communi ἐφορᾶν. Inspicere. ἐπώρα. Inspiciebat. i. 48, 110. ἐπωρέωσι. Inspiciunt. Intuentur. i. 124. iii. 53.

ἐπορμέειν, εῖν. Ionice, pro communi ἐφορμεῖν. In portu, vel statione stare, manere, esse, excubias agere. φάμενος ἐξ Αἰγίνης τε ἥκειν, καὶ μόγις ἐκπλῶσαι λαθὼν τοὺς ἐπορμέοντας. viii. 81. Valla: Dicens se ex Ægina venisse, et ægre elapsum, latendo stationem hostium. Æ. P. Dicens se ex Ægina venire, et ægre [illinc] nave evasisse, clam iis, qui in statione erant, [qui in statione excubias agebant.]

ἔπος, τό. Oraculum. i. 13. (quod enim χρηστήριον vocatur, ibid. id postea dicitur ἔπος.) vii. 143.

ἐπ' ὅσον. Ion. pro com. ἐφ' ὅσον. i. 64. Quantum. Quatenus. Quousque. ἐπ' ὅσον ἔποψις τοῦ ἱροῦ εἶχεν. Quatenus prospectus a templo patebat, ferebatur. Gall. *Tant que s'étendoit la vue depuis le temple.*

ἔποψις, ἡ. com. Aspectus. Prospectus. ἐπ' ὅσον ἔποψις τοῦ ἱροῦ εἶχεν. Quantum, vel quousque, prospectus a templo ferebatur, ac patebat. i. 64. Gallice, *Tant que la vue s'étendoit depuis le temple.*

ἔπυδρος, ὁ καὶ ἡ. Ion. pro communi ἔφυδρος (ἄνυδρος. Udus, a, um.) Aquas habens. Regionis epithetum. iv. 198.

ἐπ' ᾧτε. Ionice, pro communi ἐφ' ᾧτε. Ea conditione, ut διαλλαγὴ σφι ἐγένετο, ἐπ' ᾧτε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι. Compositio inter illos facta est ea conditione, ut inter se essent amici. i. 22. ἐπ' οἷσί περ ὁ Λυδός. Iisdem conditionibus, quibus Lydus. i. 141. ἐπ' ᾧτε παραδοῦναι. Ea conditione, ut traderent. vii. 154. ἐπὶ τοιῷδε λόγῳ, ἐπ' ᾧ τῶν Ἑλλήνων στρατηγὸς γενήσομαι. vii. 158. Ea conditione, ut Græcorum sim Imperator.

ἐπωνυμίη. Ionice, pro communi ὄνομα. Cognomen, pro nomine. κατὰ τοῦ Λύκου ἐπωνυμίην Λύκιοι ἐκλήθησαν. Ob Lyci nomen Lycii vocati sunt. i. 173. Ἀσίη ἀπὸ τῆς Προμηθέος γυναικὸς ἐπωνυμίην [ἔχειν λέγεται.] Asia a Promethei uxore nomen [habere fertur.] iv. 45, 107, 148, 155. vii. 121, 178. ὁ δὲ χρυσὸς, τὸν Γύγης ἀνέθηκεν, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας, ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίῃ. Aurum, quod Gyges dicavit, a Delphis vocatur Gygadas, ob nomen: id est, de nomine illius, qui hoc dicavit. i. 14. ἐπὶ τούτου τὴν ἐπωνυμίην ποιεύμενους, ὀνομασθῆναι Τυρσηνούς. Ab

hoc [Tyrrheno] cognomine, vel potius nomine, sumto, nominatos fuisse Tyrrhenos. i. 94. vii. 74, 178.

ἐπώνυμος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui cognomen aliquod habet. Qui nomen alicujus fert. iv. 184.

ἐρᾶσθαι. Ionice, pro com. ἐρᾶν. Amare. Affectare. ἐρασθεὶς τυραννίδος. Tyrannidem affectans. i. 96.

ἔργα, ων, τά. Sata. Opera. Arva. i. 36.

ἐργάζεσθαι χρήματα. Parare sibi pecuniam. ἐργασάμενον χρήματα μεγάλα. Parta magna vi pecuniæ. i. 24. ἐργάζεσθαί τι. Aliquid facere. i. 88.

ἑωϋτῇ. Ion. pro com. ἑαυτῇ. Sibi ipsi. Sibi. i. 11, 32.

Z.

Z pro δ ab Ionibus interdum usurpatur. Vide ζορκάδες.

ζάπλουτος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. i. 32. pro quo συνωνύμως dicitur, μέγα πλούσιος, valde dives. ibid. Compositum ex intendente particula ζα, et nomine πλοῦτος, ου, ὁ. opes.

ζεγέριες. Nomen Libycum, quod Græce sonat βουνοὶ, id est, colles. Sic autem apud Libyas quoddam murium genus appellatur. iv. 192.

ζειρὴ, ῆς, ἡ. Ion. pro com. ζειρὰ, ᾶς. Quidam genus vestis brevioris, laxum, et sinuosum fuisse putant, sagum, vel sago simile. vii. 69, 75.

ζευγλη, ης, ἡ. Jugum. ὑποδύντες ὑπὸ τὴν ζεύγλην. Subeuntes jugum. i. 31.

ζεῦγος, εος, ους, τό. Par boum vel equorum simul junctorum. i. 31. ζεύγεϊ κομίζεσθαι. Bobus junctis vehi. Ibidem. Vehiculum, quod bobus, vel mulis junctis agitur. ἦλασεν ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος. Vehiculum in forum egit. i. 59.

ζόη, ης, ἡ. Ion. pro com. ζωὴ, ῆς, ἡ. vita. i. 32. τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης. i. 85. Toto vitæ tempore. τὴν πᾶσαν δίαιταν τῆς ζόης μετέβαλον. Totam vitæ rationem commutarunt. i. 157. ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ. Semel in vita. i. 199. τῷ πεπιευμένῳ ἀπὸ τούτων τὴν ζόην ἄνειδος μέγιστον ἐστι.

His victitanti maximum est probrum. Gallice, *c'est un très-grand opprobre à ceux, qui vivent de telles viandes.* ii. 36. *τρόπῳ ζόης τοιῷδε διαχρέωνται.* Hoc victus genere utuntur. ii. 77. *ζόη πᾶσα.* ii. 105, 143. *ἀποφαίνειν δικαίην ζόην.* Justam vitam vivere, factisque demonstrare nos juste vivere. ii. 177. iii. 22, 23. *ζόην ἔζωον τὴν αὐτὴν ἐκείνῃσι.* Idem vitæ genus, quod illæ, vivebant. iv. 112. *μηκέτι ζόην τοιήνδε ἔχωμεν.* Ne amplius hujusmodi vitam habeamus, colamus, exerceamus. iv. 114. *τὴν ζόην καταπλέκειν.* Vitam finire. iv. 205. vi. 52, 117. vii. 46. *ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων.* viii. 105. Valla: Ex hoc impurissimo quæstu, quem factitabat, vitam ducens. v. s. Qui vitam ex impurissimis operibus instituerat. *ποιεύμενος ἐκ τουτέων τὴν ζόην.* ibid. Ex his [rebus] vitam sustentans: pro quo, viii. 106. dicitur ab Herodoto *ἀπ' ἔργων ἀνοσιώτατων τὸν βίον κτήσασθαι,* id est, Ex impurissimis facinoribus victum sibi parare.

ζορκάδες, *αἱ.* Ion. pro com. *δορκάδες.* Capreæ. iv. 192.

ζωαγραψάμενος. Participium aorist. 1. medii, tanquam a *ζωαγράφω, ζωαγράψω.* pro quo frequentius occurrit *ζωαγραφέω, ῶ. ήσω.* Pingo. Depingo. Describo. iv. 88. *ζωαγραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου.* Valla: Pictis animalibus commissionem Bospori. Sed male. Vertendum enim, Depicto, vel descripto toto Bospori ponte. Vel, Descripta tota Bospori ratibus conjunctis commissi ratione. Vide *σχεδίη.* vel, Depicta, &c.

ζωάγρια, *τά.* Præmia, quæ pro aliquo vivo capto dantur. iv. 36.

ζωγρεῖν. Ion. poet. et communiter. Vivum capere. *ἐζωγρήθησαν.* Vivi capti sunt. i. 66. *ζωγρηθείς.* Vivus captus. i. 83. *τὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν.* Crœsum vivum ceperunt. i. 86. *Ἀστυάγης ἐζωγρήθη.* Astyages vivus captus est. i. 128. *πολλῷ πλεῦνας ἐζώγρησαν.* Longe plures ceperunt. i. 211. *ζωγρηθείς.* ii. 169. *ζωγρήσωσι.* iv. 62. *ζωγρῆσαι.* iv. 110. *ἐζώγρησαν.* v. 77. *ἐζωγρημένοισι.* v. 77. vi. 29, 30. vii. 210.

ζωγρίαν συλλαμβάνειν. ἀντὶ τοῦ ζῶντα συλλαμβάνειν. Ctesias Pers. 3. Vivum comprehendere. *νικᾷ Κῦρον, καὶ συλλαμβάνει ζωγρίαν.* Cyrum vincit, vivumque comprehendit. Hoc autem *ζωγρίαν,* si codex mendo caret, est accus. sing. primæ declin. simpl. a recto *ζωγρίας, ου.* ut *Αἰνείας, ου,* et passive sumitur *ἀντὶ τοῦ ζωγρηθείς.* Sed in vulgatis Lexicis hoc nomen non reperio. Fortasse pro *ζωγρίαν* legendum *ζωγρία. ζωγρίᾳ λαβεῖν.* Vivum capere. Vide *ζωγρίη,* et *ζωγρίη λαβεῖν* apud Herodotum. Suidas, *ζώγρια λαβεῖν. ζῶντα κρατῆσαι, καὶ λαβεῖν.* Sed vide ne et apud Suidam fortasse *ζωγρίᾳ λαβεῖν* sit scribendum. Exemplum enim, quod ex Herodoto sumtum affert, nostram conjecturam confirmat. Quia tamen idem nomen eodem modo scriptum legitur et Pers. 9. ubi Ctesias dicit, *ζωγρίαν δὲ λαβὼν τὸν Ἀμυρταῖον,* ideo nihil *ἀβασανίστως, καὶ ἀδοκιμάστως* innovandum: sed quod rarissimum videtur, id diligenter est observandum.

ζωγρίη, *ης, ἡ.* N. H. quasi dicas, Vivacaptio. Hoc dicitur quum quis ab aliquo vivus capitur, unde *ζωγρίη λαβεῖν* Herodotea locutio, pro *ζωγρεῖν.* Vivum capere. Vide infra *Ἰσιαῖον ζωγρίη ἔλαβε.* Histiæum vivum cepit. vi. 28. *καί μιν αἱρέουσι ζωγρίη.* Ipsumque vivum capiunt. vi. 37.

ζώειν. Ion. et poet. pro com. *ζῆν,* vivere. i. 31. *ἀπὸ κτηνέων ζώουσι.* Pecoribus victitant. i. 216. *ζώουσι ἀπὸ πυρέων, καὶ κριθέων.* Frumento, hordeoque victitant. ii. 36. iii. 22,

80, 127. ζώουσι ἀπὸ θήρης, ex venatione vivunt. iv. 22. ἔζωον. iv. 112. ζώουσι. iv. 177. vii. 114, bis.

ζωή, ῆς, ἡ. com. Apud Herodotum in plurali reperitur ζωὰς, quod quomodo accipiendum, nec ab interprete declaratum, nec ab aliis indicatum, nec mihi constat (ut ingenue fatear) quid sibi velit Herodotus, quum dicit, ἐπέσαξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τῶν καμήλων, nisi dicas, in camelos vivas imposuit, i. e. camelos vivas oneravit, ut κάμηλος sit jam fœminei generis, et ζωὰς non substantivum, sed adjectivum. Sed quid hæc sibi vellent? mortuas enim camelos sarcinis onerare non solemus. Sensus certe videtur postulare ut camelorum dorsa potius intelligamus, in quæ onera fuerint imposita. Quia tamen præcedunt hæc verba, ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, quod idem valet ac ἀσκοὺς ἐκ τῶν δερμάτων τῶν καμήλων τεφονευμένων πεποιημένους, [i. e. Utres ex camelorum cæsarum pellibus factos cum aqua replevisset, eos in omnes camelos vivas imposuit,] ideo primam nostram sententiam satis commode retinere possumus. Opponentur autem αἱ ζωαὶ κάμηλοι τοῖς τῶν καμήλων ἀσκοῖς, ἀντὶ τοῦ, ταῖς καμήλοις ταῖς φονευθείσαις, ἐξ ὧν οἱ ἀσκοὶ ἐποιήθησαν. Suidas, ζωὰς, καὶ τὸ πληθυντικὸν τῶν ζωῶν. nihil præterea. Quoniam igitur Herodotus dixit ante καμήλων ἀσκοὺς, quod aliquid ambiguitatis habere videbatur, idcirco subjecit ἐπὶ πασας τὰς ζωὰς τῶν καμήλων, ut omnem ambiguitatem ex oratione tolleret. iii. 9. Nostram interpretationem Herodotus ipse paulo post his verbis confirmat, ἀπὸ τούτου δὴ ὧν τοῦ ποταμοῦ λέγεται τὸν βασιλέα τῶν Ἀραβίων, ῥαψάμενον ὠμοβοέων, καὶ τῶν ἄλλων δερμάτων ὀχετὸν, &c. ibid.

ζωος, ὴ, ὸν. pro com. ζωὸς, ὰ, ὸν. Vivus, a, um. ζῶν, ζῶσα, ζῶν. ii. 70, 132. vii. 113.

ζωρὸς, οῦ, ὁ. Ion. et poet. Merum. Plena locutio est, ζωρὸς οἶνος. Merum sive meracum vinum. ζωρότερον πίνειν. Meracius bibere. Vinum meracius bibere. vi. 84. Intemperantius bibere.

Ζωστὴρ, ῆρος, ὁ. Loci nomen. viii. 107. De quo Stephanum consule.

H.

H pro α in verbis, partic. adverbiis, et nominibus, Ionice positum. διαπρήξασθαι, pro com. διαπράξασθαι. Peragere. Conficere. διαπρηξαμένους καὶ τἆλλα, τῶν εἵνεκεν ἀπίκοντο. i. 2. θεήσεαι, pro com. θεάσῃ, videbis, contemplaberis. i. 8, 9. ἐθηεῖτο, pro ἐθεᾶτο. i. 10. τῶν περιηχθέντων. i. 11. θηησάμενον, pro θεασάμενον. ibid. τριήκοντα, pro τριάκοντα. i. 14. ἀξιοθέητος, pro ἀξιοθέατος. ibid. πρῆγμα, pro πρᾶγμα. i. 19, 32. νηὸς, pro com. ναὸς. i. 19, 21. πρήσσειν, pro πράσσειν. i. 24. θέη, pro θέα. i. 25. θεησάμενον, pro θεασάμενον. i. 30. νεηνίαι, pro νεανίαι. i. 31. θεησάμενος, pro θεασάμενος. i. 59. Τεγεῆται, pro Τεγεάται. i. 65. Σπαρτιῆται, pro Σπαρτιάται. i. 65, 67. Idem in aliis sexcentis eodem modo factum invenias.

η Ionice pro com. α in nominibus secundæ declinationis simplicium. ἰσορίη, pro ἱστορία. i. lin. 1. αἰτίη. i. lin. 5. διαφορή. i. 1. ἐρυθρὴ καλεομένη. ibid. ναυτιλίη. ibid. μακρή. ibid. καλεομένη χώρη. ibid. ἡμέρη. ibid. Idem in reliquis casibus fit, quod passim occurrit.

η Ion. pro ε, sæpe positum. ἐσσωθέντες, pro ἡσσωθέντες. i. 66. ἐσσῶντο, pro ἡσσῶντο. i. 67. ἐσσωμένους, pro ἡσσωμένους. i. 82, 104, 128.

η Ion. pro com. ε. ἐπηρωτέω, pro ἐπερωτάω, ῶ. i. 47.

η Ion. interdum pro ει, ut ἠρινέος, pro com. εἰρίνεος. Laneus. i. 195. Sed ἠρίνεος fortasse scribendum, quod verisimilius.

η pro ε Ionice et Attice in augmentis verborum. Iones enim, et Attici, sæpe præter syllabicum incrementum usurpant et temporale, ut ἤμελλον, et ἠβουλόμην, pro ἔμελλον, et ἐβουλόμην. Vide ἠπιστήθη. sic ἠπιστέατο, de quo suo loco. quod ad præcedentium similitudinem est formatum, licet verbum ἐπίσταμαι communiter nullum admittat incrementum ἐν τῷ ε. ἠπίστατο, pro ἐπίστατο, sciebat. iii. 74. ἠπιστάμην, pro ἐπιστάμην. iii. 108. ἠδυνέατο. vide ἠδυναίατο.

η in quorundam verborum, vel nominum, principiis redundans, ut ἠμύειν, ἠβαιὸς, pro μύειν, et βαιός. Eust. 473, 32. vide ἠδυναίατο.

ἦ præcedente aliquo nomine adjectivo. Quam. τοὺς ἐναντίους λόγους, ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. Contra quam, aliter quam, secus quam. i. 22. ἄλλο ἤ. Aliud quam. i. 27, 49.

ἦ præcedentibus, παρὰ δόξαν, vel aliquibus aliis hujusmodi nominibus. παρὰ δόξαν ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. Præter opinionem, et aliter quam ipse opinabatur. i. 79.

ἦ. Ion. poet. Quinetiam. com. pro magis usitato ἐκείνη, illa. viii. 87.

ἦ. Ion. et poet. pro magis recepto, ἥπερ, καὶ ὥσπερ. Quemadmodum. i. 109.

ῆα. Ion. accus. 3. contract. pro com. έα. βασιλῆα, pro βασιλέα. Regem. i. 14, 73.

ηαι. Ion. terminatio verborum secundæ personæ subjunctivi modi communiter in η desinentis; formatur autem a tertia desinente communiter in ηται, sublato τ, et tertia persona in secundam migrante. τύπτηται, τύπτηαι. Hoc autem in passivæ mediæque vocis verbis locum habet. ἐπεὰν ἴδηαι. Ubi videris, pro ἐπεὰν ἴδῃ. iv. 9.

ἠβηδόν. com. A pubertate. Vel, omnes puberes. Ut, ἠβηδὸν ἀνελεῖν πάντας. Omnes, a puberibus initio cædis facto, interficere. Sic ἠβηδὸν πάντες ὡπλίσθησαν. Omnes armati sunt, a puberibus initio ducto usque ad ætate provectiores. Sic et Galli, *Ils tuèrent tout, depuis les plus jeunes jusques aux plus vieux.* Consule Suidam et Eustathium, ubi varias hujus vocis significationes videbis. i. 172. Herodoti vero locus ita videtur distinguendus (ἔδοξε δὲ τοῖσι πατρίοισι μοῦνον χρᾶσθαι θεοῖσι) ἐνδύντες τὰ ὅπλα ἅπαντες Καύνιοι ἠβηδὸν, τύπτοντες, &c.

ἡγεῖσθαι ὁδόν τινι. Viæ ducem alicui esse. Aliquem aliquo deducere, ita ut ipse præeas. οὗτοι αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας. ix. 15. Isti viæ duces ipsi fuerunt ad Sphendalenses. Vel, Isti ipsum [Mardonium] viæ duces ad Sphendalenses deduxerunt.

ἡγεμονεύειν. Ion. et poet. pro com. ἡγεῖσθαι. Ducem esse. Præesse. Imperare. τῶν κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτήν. Quibus urbibus ipsam imperare dixi. vii. 99, 160. τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου ἡγεμονεύειν. ix. 26. Alteri cornu præesse.

ἤδεα. Ion. pro com. εἰδειν. Attice ἤδην, rejecto ν, et dissoluto η in εα, ἤδεα. Noveram, novi. ii. 150.

ἤδη. Ion. et Att. tertia pers. sing. plusq. p. act. verbi εἴδω, scio. fut. εἴσω. et εἰδήσω, ab εἰδέω, ῶ. ἀόριστος α. εἴδησα. Perf. εἴδηκα. Plusq. p. εἰδήκειν, εις, ει, καὶ κατὰ συγκοπὴν, εἴδειν. Attice vero versa priore diphthongo ει in η, et posteriore in η, rejectoque ν fit ἤδη, ης, η. Rursus Ἰωνικῶς καὶ Ἀττικῶς sublato ι subscripto, ᾔδη. Sic enim accipiendum videtur v. 92. §. 6. ὅκως τινὰς ἤδη τῶν ἀσταχύων. Quoties aliquas spicas vidisset. vel ᾔδη, vel ἴδῃ, ut alibi passim, le-

gendum. De hac formatione consule Cornucopiæ pag. 65. ἐν τῷ ἐτετύφειν, et Eustathium ἐν τῷ ἤσχειν, καὶ εἶειν.

ἡδιόν ἐστί μοι λέγειν. Dicere mihi placet. ii. 46.

ἡδομένοισι ὑμῖν οἱ λόγοι γεγόνασι. ix. 46. v. s. Gaudentibus vobis hæc verba facta sunt. i. e. Vobis hæc verba placuerunt, vel grata jucundaque sunt.

ἡδονή. Voluptas. Libido. Cupiditas. τοῖσιν ἐσῆλθεν ἡδονή. Illos libido, sive cupiditas invasit. i. 24. τὰ Σκύθῃσι ἐστὶ ἐν ἡδονῇ. Quæ Scythis voluptati sunt. Quæ Scythis grata sunt. iv. 139. vii. 15. εἰ ὑμῖν ἡδονὴ τοῦ κατὰ θάλασσαν ἡγεμονεύειν. vii. 160. Si mari vobis imperare placet. Si maris imperium vobis est gratum.

ἡδυναίατο. Si codex mendo caret, Ionice dictum est pro com. δύναιντο, sed ἠδυνέατο legendum videtur. hoc autem pro com. ἐδύναντο, poterant. iv. 110. ix. 70. Vide ἐατο. [ἐδυνέατο dicitur: vii. 211.] Ion. termin. 3. pers. plur. verborum in αντο desinentium in imperfecto. Sic ἠπιστέατο, pro ἠπίσταντο. Eodem modo iv. 80. ἐπανιστέατο, pro ἐπανιστέατο. De quo suo loco. iv. 114. ἐδυναίατο, pro ἐδυνέατο scriptum videtur. Qui error (si modo codex est mendosus) natus ex pronuntiationis affinitate, quæ est inter αι diphthongum, et ε simplex. Nihil tamen temere mutandum. Nam et iv. 185. ἠδυναίατο μένειν legitur. Quare si vulgata lectio est bona, dices τὸ η redundare, et πλεοναστικῶς huic verbo præfixum, ut τῷ μύειν, unde factum ἠμύειν, et τῷ βαιός, unde ἠβαιός. Qua de re consule Eustathium 473, 32. ἐν τῷ η κατὰ λέξεών τινων ἀρχὰς πλεονάζοντι.

ἠδυνέατο. Vide ἠδυναίατο.

ἦεσαν, συνῆεσαν. Ion. et Attice κατὰ συγκολήν, ἐκ τοῦ συνήεισαν. Convenerunt. i. 80. Est autem 3. pers. plusq. p. act. ab εἶω, quod ab ἔω inserto ι deductum, Eo. fut. inusitatum εἴσω. aor. 1. act. εἶσα, perf. medium εἶκα, plusq. p. εἴειν, et Attice ᾔειν versa diphthongo ει in η. 3. plur. com. εἴεισαν, Attice et Ionice ᾖσαν. Sed non omnia sunt in usu.

ἠὴρ, ἠέρος, ὁ. Ion. et poet pro com. ἀήρ. Aer. i. 172. περὶ δὲ τῶν πτερῶν, τῶν Σκύθαι λέγουσι ἀνάπλεων εἶναι τὸν ἠέρα. De pennis vero, quibus Scythæ aerem oppletum esse dicunt. iv. 31.

ἤθεα, τά. Ion. Sedes, in quibus aliquis habitare consuevit. ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων ἐξαναστάντες. Ex suis sedibus a Scythis expulsi. i. 15. ἐς ἤθεα Περσέων ἀπήλαυνε. Ad Persarum sedes ivit. i. 157, 165. ii. 93. ἐξ ἠθέων, ἔξω ἠθέων. παρὰ τὰ ἤθη. παρα τὸ ἦθος, ἤγουν ἔθος. Præter morem et consuetudinem. ii. 142. ἐκομίζετο ἐς ἤθεα τὰ Σκυθέων. Ad Scytharum sedes tulit. iv. 76, 80. v. 14, 15. vii. 75, 125. viii. 100.

ἠθεῖν. com. Colare. διηθεῖν. Percolare. Percolando abluere. Abstergere. ii. 86, 88. ἐσηθεῖν. Ut per colum injicere. ii. 87.

ηῖ. Ionica διάλυσις τῆς ει διφθόγγου εἰς εῖ, καὶ ἔκτασις τοῦ ε εἰς η τραπέντος. Ut, ἀνθρωπήϊος, humanus, pro communi ἀνθρώπειος. i. 5, 32. βασιληίη, regnum, pro com. βασιλεία. i. 11, 26. βασιληίος, pro βασίλειος. Regius, Regalis. i. 14, 35. ἐν Λιμενηίῳ, pro Λιμενείῳ, nomen loci. i. 18. Σαρδηίος, pro Σάρδειος, vel Σαρδεῖος. i. 22. σιτοδηίη, pro σιτοδεία. ib. frumenti inopia. τὰ βασιληῖα, τὰ βασίλεια. Regia. Palatium regium. i. 30. ἐκκληΐζειν, ab ἐκκλείζειν, excludere. κλείω, κλεΐω, κλεΐζω, κληΐζω. ἐκκληΐζω. i. 31. ἀληθηίη, pro ἀληθεία. i. 34. ἀποκληΐσας. i. 37. μαντηῖον, pro com. μαντεῖον. i. 46. προμαντηίη, pro com. προμαντεία. i. 54. σρα-

τηΐη, pro στρατεία. i. 71. γυναικήϊος, pro γυναικεῖος. i. 91. κναφήϊον, pro κναφεῖον. i. 92. οἰκηΐουῦνται, pro οἰκειοῦνται. i. 94. οἰκηΐη, pro οἰκεία. i. 107. ἀληθηΐη. i. 116. ἀληθηΐην. i. 117. δουλήϊος, pro δούλειος. Servilis. iii. 14. ὑδρηΐον, pro ὑδρεῖον, ἤγουν ὑδρία. Vas aquarium. ibid. εὐρωπηΐοι, pro εὐρώπειοι. vii. 73. ἀνδρηΐη, pro ἀνδρεία. vii. 99. &c.

ἤϊα. Ion. et poet. ab εἶμι, τὸ πορεύομαι. Ivi. i. 42. ἐσηΐεν. Intravit. i. 65. ἤϊε. Venit. i. 85. iv. 124. v. 50, 51. perfectum medium ab inusitato εἴω, ab ἔω, inserto ι, perfectum act. inusitatum εἶκα, medium, sublato κ, εἶα, et διαλύσει ἔϊα. τροπῇ τοῦ ε εἰς η, ἤϊα. vii. 113, 121.

ἤϊσαν. i. 43. ix. 56. Ion. et poet. Iverunt, pro com. ἦλθον, ἐπῆϊσαν. Invaserunt. iv. 122. vii. 211. ix. 59. ἦϊσαν. iv. 125. v. 108. Est autem 3. pers. plur. aor. 1. act. verbi εἴω, ab ἔω, inserto ι, Eo. aor. 1. com. εἶσα, διαλυσει ἔϊσα, τροπῇ τοῦ ε εἰς η, ἤϊσα, unde κατ' Ἀττικὴν κρᾶσιν, ἦσα, ας, ε, &c.

ἠϊών, όνος, ἡ. Ion. et poet. pro com. ἀκτή. Littus. ἐπὶ τὴν ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα. viii. 96. In littus, quod Colias vocatur.

ἤ κε μὲγ' οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων. vii. 159.

ἥκειν, χωρεῖν, φέρεσθαι. Variis modis ab Herodoto usurpatum. τῆς πόλιος εὖ ἡκούσης. Repub. florente. i. 30. ἐς τοῦτο τοῦ βίου εὖ ἥκοντι. Cum ad hoc usque tempus vitam feliciter traduxisset. ibid. ἐωϋτῶν εὖ ἥκοντες. Se bene habentes. Rem bene gerentes. Rem feliciter gerentes. i. 102. χώρην ὠρέων εὖ ἡκουσάν ἔχειν. Regionem bonâ cœli temperie præditam habere. i. 149. ἄνδρες χρημάτων εὖ ἥκοντες. Homines de re pecuniaria bene constituti. Homines bene nummati. Homines pecuniis abundantes. v. 62. σὺ δυνάμιος ἥκεις μεγάλης. vii. 157. Tu ad magnam potentiam es provectus. Magnam habes potentiam. θεῶν χρηςῶν ἥκοιεν εὖ. viii. 111. Valla, [Dicebant Athenas] Diis propitiis bene processisse. Steph. Quippe quæ utilibus Deabus bene instructæ essent. Vel, Quibus duæ utiles Deæ suppeterent. Æ. P. Diis propitiis feliciter rem gererent. Intelligit autem τὴν Πειθὼ, καὶ τὴν Ἀναγκαίην, quos ibid. δυο θεοὺς μεγάλους appellavit. τοῖς δὲ θεοῖς χρηςοῖς opponit Herodotus δύο θεοὺς ἀχρήςους, τὴν Πενίην, καὶ τὴν Ἀμηχανίην. ibid.

ἤκου. Ion. pro com. ἦπου. Certe. Profecto. i. 68.

ἤκται. 3. sing. præt. p. pass. ab ἄγω, ξω. Ago. Duco. ii. 158.

ἡμέας. Ion. et poet. pro comm. ἡμᾶς. Nos. accusat. plur. pronominis ἐγώ. i. 30, 32. Vide ἑας. Ion. terminatio.

ἡμέες. Ion. et poet. pro ἡμεῖς. Nos ii. 6.

ἡμερήσιος, ιη, ον. ὁ, ἡ, τό. N. H. Unius diei. ἡμερισίην ὁδὸν Herodotus vocat unius diei iter. viii. 98. Vide ἀγγαρηΐον.

ἡμεροδρόμος, ου, ὁ. com. Diurnus cursor. Tabellarius, qui interdiu currit. vi. 105. τῶν ἡμεροδρόμων ἀνευρόντες τὸν ἄριςον. ix. 12. Quem e diurnis cursoribus optimum invenerunt.

ἡμερολογέειν. εἶν. Ion. et com. Dies numerare. Supputare. ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον. Reliquum tempus supputantes. i. 47.

ἡμεροσκόπος, ου, ὁ. com. Speculator diurnus. vii. 182, 192, 219.

ἡμερόω. ῶ. μ. ώσω. et ἡμερόομαι, οῦμαι. Ion. et poet. pro quo et ἡμεροποίεω. ῶ, et ἥμερον ποιῶ. Mansuetum reddo. Mansuefacio. Cicuro. Placo. πᾶν ἔθνος ἡμερουμενος Δαρείῳ. Omnem gentem Dario mansuefaciens, et ad imperio placide parendum mansuetam reddens. v. 2.

ἦ μήν. Particulæ conditionibus exprimendis servientes. ἦ μὴν ἔξειν

παρ᾽ ἑωϋτῷ. Ea conditione ut apud se servaret [fraudem, nec cuiquam mortalium eam indicaret.] iii. 74, 133. iv. 154. pro ἢ μὴν, dicitur ἦ μέν. quod (si codex sanus) συνώνυμον est.

ἡμιάρρην, ὁ. ἡμιάρρενος. Semimas. Semivir. Eunuchus. Ctes. Pers. 5, 9, 11, 20.

ἡμίονος βασιλεὺς τίς εἴρηται. i. 55. πῶς; i. 91.

ἡμίονος, ὁ καὶ ἡ. com. Mulus, vel Mula. τότε αἰρήσετε ἡμέας, ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι. Tunc nos capietis, quum mulæ pepererint. iii. 151. οὐδαμᾶ ἐλπίζων ἡμίονον τεκεῖν. Nullo modo putans mulam parere. Vel, Existimans fore ut nunquam mula pareret. ibid. τῶν σιτοφόρων ἡμιόνων ἡ μία ἔτεκε. Mularum, quæ frumentum portabant, una peperit. iii. 153. ἡμίονος ἔτεκε ἡμίονον. vii. 57.

ἡμιπλίνθ.ον, τό. Semilater. Dimidiatus later. ἡμιπλίνθια ἐξήλαυνε. Dimidiatos lateres, semilateres conflavit. i. 50.

ἡμίσεα. Ion. pro com. ἡμίσεια. Dimidia. Dimidiata. ἡμίσεα συμφορή. Dimidia calamitas. Dimidium calamitatis. Calamitas non integra, sed dimidiata. v. 111. αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν. viii. 18. Dimidiæ naves. i. e. Dimidia navium pars. Valla: Dimidium navium. τὰς ἡμισέας τῶν ἀσπίδων. viii. 27. Dimidiam clypeorum partem.

ἡμίσεες, οἱ. Dimidiati. Dimidia pars. τοὺς ἡμίσεας ἀποστέλλειν τοῦ στρατοπέδου. ix. 51. Dimidiam copiarum partem mittere.

ἡμιτάλαντον, τό. Semitalentum. Ion. et com. τρία ἡμιτάλαντα. Duo talenta, et dimidium. i. 50. ἕξδομον ἡμιτάλαντον. Sex talenta cum dimidia. i. 50, 51. De hac numerandi ratione consule Jul. Pollucem lib. ix. c. 6. §. 2. τέταρτον ἡμιτάλαντον. Tria talenta, et dimidium. i. 50.

ἡμίτομον, ου, τό. N. H. Dimidium. Dimidiata pars. Gall. *la moitié.* vii. 39.

ἡμίτομος, ου, ὁ. com. Semisectus. Dimidiatus. Dimidiata pars. Medietas. τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδός. ix. 37. Dimidiatus pes; vel, Pedis secti dimidiata pars.

ἦμος. Ion. et poet. pro com. ἡνίκα, et ὅταν. Quando. Quum. (τηνικαῦτα. τότε. Tunc.) iv. 28.

ἦν. Ion. terminatio infinitivi 2. conjug. contract. pro comm. ᾶν. hoc et Dorice fit. φοιτῆν, pro φοιτᾶν. ii. 73.

ἤνεικαν. Tulerunt. Ion. et poet. aorist. 1. act. ab ἐνείκω, pro quo φέρω in præsenti. οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πόλεμον συνδιήνεικαν. Milesii Chios in bello gerendo adjuverunt. i. 18.

ἠνείκαντο. Ion. et poet. aor. 1. med. ab ἐνείκω, τὸ φέρω. Tulerunt. i. 173.

ἠνείχθη. συνηνείχθη. Impersonaliter. Accidit. συνηνείχθη τὶ τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα. Accidit ut quædam hujusmodi res fieret. Quiddam hujusmodi accidit. Hoc autem Ionicum dictum pro communi συνέβη. φέρω, fut. οἴσω, ab οἴω. aor. 1. act. ἤνεγκα ab ἐνέγκω, et Ion. et poet. ἔνεικα, et ἤνεικα. Perf. act. ἦνεχα, et Attice ἤνοχα, unde et τὸ ἐνήνοχα. Pass. perf. ἠνέγμαι, ξαι, κται. aor. 1. pass. ἠνέχθην, et inserto ι, ἠνείχθην. hinc ipsum compositum συνηνείχθην. ης. η. i. 19.

ἡνιοχεῖν. Ion. et poet. Aurigari. Aurigam esse. Proprie significat τὰ τῶν ἵππων ἡνία ἔχειν, μεταχειρίζειν, καὶ κυβερνᾶν. Equorum habenas habere, tractare, moderari. Currum regere. αἱ γυναῖκες τῶν Ζαυήκων ἡνιοχεῦσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον. Zavecorum fœminæ currus ad bellum aurigantur. Vel, Currus in bello regunt. iv. 193.

ἠοῖος, η, ον. Ion. et poet. pro quo et ἠῷος. Eous. Orientalis. a dativo ἠοῖ, quod a recto ἠὼς deductum.

id est, Aurora. Plaga orientalis. Oriens. ἠοίη θάλασσα. Mare orientale. iv. 100. πρὸς τοὺς ἠοίους τῶν Λιβύων. Ad Libyas eoos, vel orientales. iv. 160.

ῆος. terminatio genitivi Ionici in nominibus tertiæ declinationis contractorum. Ἀλικαρνασσῆος, pro communi έος, et Attico έως. i. 1. βασιλῆος. ib. quod passim occurrit.

ἢ ὅτι. Nisi. præcedente ἄλλο. Ctes. Pers. 9. οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι. Nihil aliud, nisi.

ηπερ. Ion. et poet. pro com. ἤ. Quam, præcedente aliquo vel adverbio, vel nomine comparativi gradus. ix. 26. ἤπερ Ἀθηναίους. hic μᾶλλον subauditur. ἀξιονικοτέρους ἤπερ Ἀρκάδας. ix. 28.

ἤπιαμα, τος, τό. N. H. Lenimentum. Pharmacum dolores leniens. Medicamentum lenitivum. ἤπιάματα τὰ ἰσχυρὰ προσάγων. Valla sic hunc locum Latine vertit, Lenia [medicamenta] post acria admovens. At, si verba spectes, ita vertendum: Lenimenta vehementia admovens, i. e. Pharmaca, sive medicamenta, quæ magnam ac vehementem leniendi vim habebant. Quæ leniendi doloris magnam vim habebant. iii. 130. Poeta vocat ἤπια φάρμακα, et ὀδυνήφατα. q. d. Lenia, et dolores necantia, i. e. sedantia. Vocem autem ἤπιος, alii quidem spiritu aspero, alii vero tenui notant. Qua de re Eustath. consule.

ἠπίσ-αμην. Ion. et Attice pro com. ἐπίσ-αμην. Sciebam. iii. 108. iv. 134.

ἠπίσ-ατο. Ion. et Attice pro com. ἐπίσ-ατο. Sciebat. iii. 74, 140. viii. 136.

ἠπισ-έατο. Ion. 3. plur. imperfecti, ab ἐπίσ-αμαι, pro com. ἐπίσ-αντο. Scio. Credo. Existimo. ii. 53. iii. 66. v. 73. viii. 5, 25, 88, 97, 132.

ἠπισ-ήθη. Apud Herodotum. iii. 15. singul. aor. 1. pass. Attice formati, pro com. ἐπισ-ήθη, ab ἐπίσ-αμαι. Scio. Cognosco. Compertum habeo. unde infinitus ἐπισ-ηθῆναι. De quo consule nostrum Græcum indicem in Xenophontem. Sic autem formatum, ut ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠβουλήθην, pro com. ἔμελλον, ἐβουλόμην, ἐβουλήθην. εἰ ἠπισ-ήθη μὴ πολυπραγμονεῖν. [Barbari barbare sic ista redderent; Si scitum, vel cognitum fuisset eum non curiosum futurum, nec rebus novis operam daturum. pro quibus ita Latine:] Si compertum fuisset, si constitisset, eum nihil novi curiose moliturum. Si constitisset fore ut rebus novis non studeret. Alias est aor. 1. pass. ab activo ἀπισ-έω, ῶ. ήσω. Fidem non habeo. Diffido. Non credo. Observandum autem jam τὸ ἠπισ-ήθη impersonaliter sumtum videri. Miror autem hæc ab illis, qui tot tantaque librorum volumina conscripserunt, et qui thesauros pollicentur, cum aliis, quæ numerum fidemque superant, silentio præterita fuisse.

Ἥραιον, ου, τό. Junonis templum. iv. 88.

Ἡρακλέος. Ion. pro com. et Attico, Ἡρακλοῦς. i. 7. ii. 42, 43, 44. Ἡρακλεΐ. ii. 145.

ἤρεσε. Placuit. Ion. et poet. ab ἀρέσκω, quod ab ἀρέω, quod ab ἄρω, τὸ ἁρμόζω, quia quæ nobis placent, ea nostris animis conveniunt, hinc ὁ καὶ ἡ θυμήρης, animo gratus. ἡ χώρη οἱ ἤρεσε. Regio ipsi placuit. iv. 147. Est autem 3. pers. sing. aor. 1. act. ἤρεσα. ας. ε. viii. 58.

ἤρεσε. 3. pers. sing. aor. 1. act. ab ἀρέσκω. Placeo. fut. ἀρέσω. ab ἀρέω inusitato. aor. 1. act. ἤρεσα. ας. ε. Placui. Placuisti. Placuit. ἤρεσέ σφι ταῦτα ποιέειν. viii. 19. Ipsis hæc facere placuit.

ἠρετίσατο. Ctesias Pers. 9. οὓς αὐτὸς ἠρετίσατο. Quos ipse elegit. ab

αἱρετίζομαι, quod idem est ac αἱρέομαι. οὖμαι.

ἠρινέος, α, ον. vel potius ἠρίνεος. Herod. V. pro com. εἰρίνεος, et ἐρίνεος. Laneus. ἔριον. Lana. ut ἔχνιον τονίζεται. εἰρίον δὲ, ut τειχνίον. idem. ἠρινέον κιθῶνα ἐπὶ τούτῳ ἐπενδύνει. Laneam tunicam supra hanc induit. i. 195. [πίλους εἰρινέους. iv. 73.] at vii. 91. εἰρινεὸς ὀξυτόνως legitur. Si codex sanus, hæc varietas accentuum est observanda.

ἦσαν. Ionice et Attice, pro quo ἦϊσαν alibi, τουτέστιν ἦλθον. Iverunt. i. 62. ἦσαν. i. 105. ἐκ τοῦ ἤϊσαν, κατ' Ἀττικὴν κρᾶσιν. Vide ἤϊσαν.

ἡσθῆναι. Delectatum fuisse. i. 27. cum dativo. ὑπερήσθη. supra modum lætatus est. i. 54. cum dat. ἥσθη. i. 56. ἥσθησαν. i. 69. ἥδεσθαι θοίνῃ. Convivio, epulis oblectari. i. 119. ὑπερησθεὶς τῷ σώματι. iii. 22.

ῃσι. Terminatio dat. plur. primæ, vel secundæ simpl. Ionice, sequente consonante. ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. i. 1. πολιήτῃσι δόξω. i. 37. θυσίῃσι μεγάλῃσι τόν. i. 50.

ῃσι. Terminatio dat. plur. 1. et 2. declin. simpl. Ion. pro com. αις. sequente vocali. ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας. i. 22.

ῃσιν. Terminatio dat. plur. primæ vel secundæ simplic. Ionice, sequente vocali. ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. i. 1. Πέρσῃσιν οὕτω. i. 5. σὺν ἄλλῃσιν ἁρπασθῆναι. i. 1.

ἥσσω. ix. 111. ἄλλος φανήσεται ἐμεῦ οὐδὲν ἥσσω. Alius apparebit, erit me non inferior, vel deterior. At ἥσσων legendum videtur.

ἧσαι. Ion. et poet. 3. pers. sing. perf. pass. ab ἕζω, τὸ ἵδρύω. Colloco, fundo. μ. ἔσω. ἀόρ. α. ἥσα. π. ἧκα. unde pass. ἧσμαι. ἧσαι. ἧσαι. Τῇ καὶ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν ἧσαι. ix. 57. Ubi etiam Cereris Eleusiniæ templum est fundatum.

ἡσυχίη variis modis usurpatum.

ἡσυχίην ἄγειν. Ion. et com. ἡσυχίαν ἄγειν. ἡσυχάζειν. Quietem agere. Quietem fovere. Quiescere. Ab armis, motu, turbisque sibi temperare. i. 66. Otio frui. i. 169. ἡσυχίην ἔχειν. idem. ii. 45. ἡσυχίην ἄγειν. Tacere. v. 92. §. 1. (λέγειν. ἔχειν ἐν ἡσυχίῃ. ibid. §. 3. pro σιωπᾶν. ἐν ἡσυχίῃ σφέας αὐτοὺς εἶχον.) ἀντὶ τοῦ ἐσιώπων. (ῥῆξαι φωνήν. v. 93. ἡσυχίην ἔχειν. vii. 150. ἡσυχίην ἄγειν. vii. 150, 161. &c.)

ἡσυχίη. Quies. Silentium. ἐπὶ ἡσυχίη τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο. Ion. et poet. noctis intempestæ περίφρασις. i. 45. Quod Virgilius his versibus feliciter expressit. Æn. lib. iv. v. 522. Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras, sylvæque et sæva quierant Æquora: quum medio volvuntur sidera lapsu, Quum tacet omnis ager, &c. Et Ovid. Fast. v. 429. Nox ubi jam media est, somnumque silentia præbent, Et canis, et variæ conticuistis aves.

ἡσύχιος, α, ον. Ion. et poet. pro com. ἥσυχος. Quietus. Tranquillus. Sedatus. ἡσύχιος τρόπος. Ingenium sedatum, quietum, tranquillum. (turbulentum.) i. 107.

ἥσχαλε. Ion. et poet. verbum. Est autem 3. aor. 2. act. ab ἀσχάλλω. iii. 152. Vide suo loco.

ἤσχαλον. 3. plur. aor. 2. act. Ion. et poet. ab ἀσχάλλω. Moleste fero. Graviter fero. Gravor. ἤσχαλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τῆς ἐωυτῶν ἀποδημέοντες. ix. 117. Athenienses moleste ferebant quod a suo [patrio] solo peregrè degentes abessent.

ηυ. Ion. pro com. αυ, Νηυσὶ, pro ναυσί. Navibus. i. 70.

ηυ. Ion. ut et Attice, in verbis, quæ communiter τὸ ευ in incrementis mutare non solent, quod diphthongus immutabilis censeatur. Ut ηὐχόμην, pro εὐχόμην. ηὐλαβούμην, pro εὐλαβούμην. ηὖδον, pro εὗδον. Sic apud Demosth.

περὶ στεφάνου. §. 54. ηὐτρέπισαι, pro εὐτρέπισαι. Sic apud Herod. vii. 233. ηὐτύχησαν, pro εὐτύχησαν.

ἠῶος. Ion. et Attice, pro quo et subscripto ι dicitur ᾠός, ab ᾠοῦος versa diphthongo οι in ῳ. Orientalis. ab ἠώς, οος, οῦς. Aurora. Oriens. Orientalis plaga. vii. 157. τὸν ἠῶον στρατόν. Orientalem exercitum. Copias, quæ in Oriente erant.

Θ.

Θ Ion. pro com. τ. κιθών, pro χιτών. Indusium. i. 8. ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. Hinc, illinc. i. 2, 9, 17, 56. ἐνθαῦτα, pro ἐνταῦθα. i. 61.

θαλαμίη, ης, ἡ. N. H. Navis foramen, qua remus in aquas exsertus exstat. v. 33.

θάλαμος, ὁ. Cubiculum, proprie nuptiale: sed γενικῶς quodlibet aliud. i. 12. (nam quod hic θάλαμος appellatur, id. i. 9, 10. οἴκημα vocatur. et κοιτών. i. 9.) i. 34.

θαλασσοκρατέειν, εῖν. com. Maris imperium obtinere. iii. 122.

θαλασσοκράτωρ, ορος, ὁ. com. Qui maris imperio potitur. θαλασσοκράτορες ἐόντες. Cum maris imperio potirentur. v. 83.

Θαμιμασάδης. Scythice Neptunus appellatur. iv. 59.

θάνατος, ὁ. com. ὥς κε παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Cum puerulus ei traditus fuisset ornatus ornatu ad mortem deferri consueto. Plena enim esset locutio si dixisset Herodotus, κεκοσμημένον στολὴν τὴν ἐπὶ θανάτῳ φορεῖσθαι φιλοῦσαν. vel, τὴν πρὸς τὸν θάνατον φορεῖσθαι εἰωθυῖαν. vel, τὴν διὰ τὸν θάνατον &c. περιφρασικῶς autem vestium pullarum, ac atrarum, et funebrium ornatum intelligit. Qui vestes istas gerunt, pullati et atrati dicuntur. Quod vel in domestico, vel publico funere, luctuque fieri solet. Pullus enim, aterque color, mœroris, tristitiæque signum habetur. i. 109. H. Steph. vertit, Cum puerulus cum ornatu traditus esset ad necem. Sed nec articulum illum τὴν, nec præcedentem constructionem animadvertit, neque satis attente perpendit. Dicendum enim esset, si interpretationem hanc sequaris, ὥς οἱ τὸ παιδίον κεκοσμημένον παρεδόθη ἐπὶ θανάτῳ. Verum Herodoti locus, licet sit ἐλλειπτικὸς, καὶ σύντομος, est tamen elegantissimus, et sic accipiendus, ut ante demonstratum. Quare nihil mutandum. De variis autem τῶν ἐλλείψεων generibus nostros in Thucydidem et Xenophontem Græco-latinos indices consule, ubi sexcenta reperies exempla, quæ te docebunt hic nihil novi a nobis tradi. Sed objiciat quis, quomodo dicis hunc infantem pullis, atris, funebribusque vestibus indutum fuisse, cum i. 111. dicat Herodotus παιδίον κεκοσμημένον χρυσῷ τε, καὶ ἐσθῆτι ποικίλῃ; Hæc inter se pugnant. At respondendum, hunc infantem a parente quidem κατὰ τὸ εἰκὸς funebribus vestibus, ac ornatu vestitum Harpago traditum fuisse, ut necaretur: at ab Harpago postea domi sic ornatum; partim, quia filius erat regius; partim etiam, ut bubulcus, ejus forma ac ornatu commotus, faceret, quod Harpagus cupiebat, sed proferre non audebat, quum ei feris objiciendum infantem tradebat. quid autem cupiebat? Hunc infantem salvum. Nisi locum sic accipiamus, aliter erit explicandus, τὴν ἐπὶ θανάτῳ, pro πρὸς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἄγουσαν ὁδὸν, ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸν θάνατον. ut iii. 119. ix. 37. Tunc autem hæc pendebunt ab illo παρεδόθη πῶς; κεκοσμημένον. ποῖ ἀποιστέον; πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἄγουσαν. τουτέστιν

ἐπὶ τὸν θάνατον. Traditus ei fuit infans. quomodo? ornatus. Quo absportandus? Ad viam, quæ ad mortem ducebat. id est, ad mortem absportandus. Sic autem vulgata versio poterit excusari, cujus sensus est bonus.

θανατοῦν. com. Necare. Interficere. Morte mulctare. παῖδα θανατώσων. Infantem necaturus. i. 113.

θαφθείς, εῖσα, έν. θαφθέντος. com. Sepultus, a, um. θαφθεῖσί σφι. Ipsis sepultis. vii. 228.

θαφθῆναι. ii. 81.

θέειν περὶ ἑωῦτοῦ. Quid sibi velit hoc loquendi genus, vide in τρέχειν περὶ ἑωῦτοῦ. ubi res fusius explicatur, et variis exemplis illustrata confirmatur. Homer. Iliad. X. v. 161. Ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Vide περὶ ψυχῆς θέειν apud Eustath.

θεσύμενος. Ion. pro com. θεώμενος. hoc a θεάομαι, ῶμαι. illud a θεόμαι, οῦμαι. Contemplantes. Aspicientes. vii. 146.

θέης ἄξιος. ὁ ἀξιοθέητος, εἶτε ἀξιοθέατος. Hoc enim commune. Illud vero Ion. et poet. i. 25.

θεήσασθαι. Ion. pro com. θεάσασθαι. Contemplari. Aspicere. verso α in η. i. 8, 30. θεησάμενος. i. 86. θεησάμενοι. Contemplati. iii. 136. vii. 43. viii. 116.

θεήσεαι. Ion. ἀντὶ τοῦ θεήσῃ. 2. persona futuri, verbi θεάομαι, ῶμαι. fut. θεάσομαι, et Ion. θεήσομαι. θεήσῃ, θεήσεται, et sublato τ, fit θεήσεαι, et 2. in tertiam migrat. i. 8.

θεῖον, ου, τό. com. Numen divinum. ἡ τοῦ θείου πρόνοια. Numinis divini providentia. iii. 108.

θειοτέρως. com. Divinius. Magis divinitus. i. 122. pro eodem et θειότερον. i. 174.

θελεῖν. Hoc verbum apud Herodotum peculiari quodam modo positum reperitur, quem apud alios scriptores non facile reperias. εἰ ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἡ τυραννὶς ἀναξῆναι θελήσει. v. s. Si ad hanc filiam tyrannis ascendere velit. pro, ad hanc filiam sit perventura. Vel, Si contingat ut tyrannis ad hanc filiam devolvatur, perveniat. i. 109.

θελέω, ῶ. Volo. Ion. poet. et com. θελῆσαι. Voluisse. i. 24. Hinc τὸ ἐθελέω, ῶ. idem. ἠθέλησαν. Voluerunt. i. 59. Vide ἐθέλειν.

θεοξλαβὴς, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ βλαβεὶς τὴν φρένα. Qui a Deo læsus est in mente. i. e. Cui Deus mentem eripuit, abstulit. i. 127. Divinitus mente captus. viii. 137.

θέοιτο. Vide θοῖτο.

θεράπαινα, ης, ἡ. com. Ancilla. iii. 134.

θεραπηίη. Ion. pro com. θεραπεία. Famulitium. Famulorum numerus. Servitium. Servi. θεραπηίη δέ σφι ἕπεται πολλὴ ὄπισθεν. Multum famulitium, magnus famulorum, famularumve numerus, eas a tergo sequitur. i. 199. καὶ αὐτοὶ, καὶ ἡ θεραπηίη αὐτέων. Et ipsi, et ipsorum famulitium, id est, famuli. v. 21. vii. 55, 83, 184.

θεράπων, οντος, ὁ. Ion. et poet. pro com. ὑπηρέτης. δοῦλος. Famulus. iii. 148. v. 105.

θεοπρόπιον. Ion. et poet. Oraculum. i. 7. τὰ θεοπρόπια. i. 54, 68. τὸ θεοπρόπιον τὸ Κροίσῳ γενόμενον. Oraculum Crœso redditum. i. 69. ἐκ θεοπροπίου. Ex oraculo. i. 165. συλλαβὼν τὸ θεοπρόπιον. Cum oraculum percepisset, ac intellexisset. iii. 64. vii. 117. viii. 53. ἐκ θεοπροπίου τινός. ix. 93. ex quodam oraculo. κατὰ τὰ θεοπρόπια τὰ γενόμενα. ix. 94. secundum oracula reddita.

θεοπρόπος, ου, ὁ. Ion. et poet. Vates. ὁ τὰ θεῷ πρέποντα λέγων. Qui res Deum decentes. i. e. veras, dicit. Vates veridicus. proprie. i. 19, 48. Qui ad oracula consulenda mitti solebat. πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφούς. i. 67. Interpres.

Missis Delphos consultoribus. Hos Græci *συνωνύμως* et *Θεωροὺς* appellabant. Suidas, *Θεωροὶ λέγονται οὐ μόνον οἱ Θεαταὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ εἰς Θεὸν πεμπόμενοι. καὶ ὅλως τοὺς τὰ Θεῖα φυλάττοντας, ἢ φροντίζοντας οὕτως ὠνόμαζον. ὥραν γὰρ ἔλεγον τὴν φροντίδα. ἔπεμπε Θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητέας.* Vates ad [prodigiorum] interpretes misit. i. 78, 158. v. 79. vi. 57. vii. 140, 141, 169.

Θεὸς unde dictum sit, patet ex his Herodoti verbis, *Θεοὺς προσωνόμασαν ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ Θέντες τὰ πάντα πρήγματα, καὶ πάτας νομὰς εἶχον.* id est, Deos nominarunt propterea quod res omnes, omnesque regiones ordine disposuerunt, atque collocarunt. ii. 32.

Θεὸς, ἡ. Ion. et poet. et com. pro *Θεά.* quod longe frequentius. i. 31. *τῆς Θεοῦ.* Deæ. i. 105. *τῇ αὐθιγενεῖ Θεῷ τὰ πάτρια ἀποτελέειν.* Deæ indigenæ patria sacra peragere, vel sacra ritu patrio peragere. iv. 180. *τὴν Θεόν.* vi. 61, 91. ix. 61. *ἡ Θεός.* ix. 65.

Θεοφανίη, ης, ἡ. Ion. pro com. *Θεοφανία, καὶ Θεοῦ φανέρωσις.* q. d. Dei apparitio. Sic autem videtur ab Herodoto vocari dies festus ac solennis, quo Deorum simulacra tam in ipsis templis, quam extra, in supplicationibus, populo ostendebantur. *θεοφανίῃσι,* pro *ἐν ταῖς τῶν θεῶν τῶν φαινομένων, εἴτε φανερουμένων, ἑορταῖς.* i. 51.

θερείη, ης, ἡ. Ion. pro com. *θερεία, καὶ θέρος.* Æstas. *τὴν θερείην πᾶσαν αὐτοῦ διέτριψαν.* Totam æstatem illic triverunt. i. 189.

θέσμια, τά. Ion. et poet. pro com. *νόμοι.* Leges. *θέσμια μεταλλάξας.* Legibus mutatis. i. 59.

θεσπίζειν. Ion. et poet. Oraculum reddere. Vaticinari. *ὅσσα ἂν ἕκαστα τῶν χρηστηρίων θεσπίσῃ.* Quæcunque singula oracula respondissent. i. 47, 48. iv. 67, 155. *ἐπιθεσπίσαντα τῷ τρίποδι.* Cum oraculum ex tripode reddidisset. iv. 179. *τὰ θεσπιεῖν ἔμελλε.* viii. 135. Quæ vaticinatura erat. [Ea, quæ vaticinio declaratura erat.]

θέσπισμα, τος, τό. Ion. et poet. Oraculum. ii. 29.

θεωρεῖν. com. Contemplari. Spectare. *θεωρέοντι τὰ Ὀλύμπια.* Olympia spectanti. i. 59.

θεωρὶς, ίδος, ἡ. com. Nomen navis publicæ, qua Athenienses suos *θεωροὺς,* et sacrorum publicos ministros ad oraculum consulendum, vel ad sacros ludos, vel ad sacra in peregrino solo pro patria faciendum mittebant. Qua de re pluribus Suidas in vocibus *θεωρὶς,* et *θεωροί. τὴν θεωρίδα νῆα εἶλον.* vi. 87. Navem theoridem ceperunt. Vocabulum Græcum a Vallá præteritum est, ab aliis parum fideliter Latine vocatur, Navis speculatoria. Vel, Navis, quæ spectandi gratia est appulsa. Has enim interpretationes in vulgatis Lexicis invenias. Verum Græca vox est nobis servanda, quod unico vocabulo Latino explicari nequeat. Hæc alias appellatur *συνωνύμως* et *Πάραλος.* Suidas in voce Σαλαμινία, Δύο (inquit) *ἦσαν νῆες ταῦ Ἀθηναίοις ταχυδρομοι, ἡ Πάραλος, καὶ ἡ Σαλαμινία. ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία, τοὺς καλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν, ἣν καὶ ἐπ' Ἀλκιβιάδου φησὶ πεμφθῆναι Θουκυδίδης. ἡ δὲ Πάραλος, τὰς θεωρίας ἀπῆγε, τουτέστι τὰ εἰς θυσίαν πεμπόμενα.* Vide et *Πάραλος ναῦς* apud Suidam. Unde patet hæc navium Græca nomina non mutanda; sed retinenda, licet Latinis verbis unica voce nequeant explicari.

θηεῖσθαι. pro com. *θεᾶσθαι. ἐθηεῖτο σίδηρον.* Ferrum intuebatur. i. 68. *ἐθηεῦντο.* Contemplabantur. iii. 136. viii. 25. *ἐθηεῖτο.* Contemplabatur. vii. 56. Hoc autem *θηέομαι, οῦμαι.* formatum est a *θεάομαι, ῶμαι.* mutata conjugatione, et verso *ε* in *η.* Vel a com. *θεάομαι,* facta literarum trajectione forma-

tur θαέομαι, hinc τὸ θηέομαι, οὖμαι. mutata conjugatione, et α in η. Ion. verso.

θηήσασθαι. Ion. pro com. θεάσασθαι. Contemplari. verso ε et α in ηη. i. 11. Sic ἐθηῆτο, pro ἐθεᾶτο. i. 10. ἐθηήσατο. iv. 87. θηησάμενος. ibid.

θηκαῖος, α, ον. V. Herodoto peculiare. q. d. Thecalis, id est, Thecæ destinatus, aptus ad recipiendum condendumque aliquid, ut theca loculusque facere solet. οἴκημα θηκαῖον. Domus locusque, in quo, ut in quadam theca, aliquid ponitur ac asservatur. ii. 86.

θήκη. com. Sepulcrum. Monumentum. Locus, in quo quis jacet repositus. i. 67.

θήλεα ἵππος. Equa. iii. 85, 86. θηλέων ἵππων. Equarum. iv. 2.

θήλεα τέκνα. Ion. et poet. pro com. θυγατέρες. Filiæ. i. 94.

θήλεα. Ion. pro com. θήλεια, ας. Fœmina. iii. 109. vii. 57.

θήλεια νοῦσος. Morbus fœmineus. i. 105.

θῆλυ τέκνον. Ion. et poet. pro com. θυγάτηρ, filia. V. Hom. 1. καὶ αὐτῷ γίνεται ἐκ κοίτης θῆλυ τέκνον. et ipsi ex [legitimo] lecto, [congressuque,] nascitur filia.

θηλυδρίης, ου, ὁ. Ion. pro communi θηλυδρίας. Effœminatus. Qui muliebria patitur. θηλυδρίης τε, καὶ μαλακώτερος ἀνήρ. vii. 153. Effœminatus et mollis homo.

θηριωδέστατα οὔρεα. Montes feris refertissimi. i. 110, 111.

θής, θητὸς, θητὶ, θῆτα, ὁ. commun. Qui mercedis causa alicui suam operam navat, vel locat. Mercenarius. ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητός. viii. 137. Pueri mercenarii panis. τοὺς θῆτας καλέσαι. ibid. Accitis illis mercenariis. Eustath. θῆτες, οἱ ἐλεύθεροι μὲν ὄντες, μισθοῦ δὲ ὑπουργοῦντες. Suidas vero, θῆτες, οἱ τροφῆς ἕνεκα δουλεύοντες.

θητεύειν. com. Suidas, μισθῷ ἐργάζεσθαι. Accepta mercede operari. Mercedis causa suam operam alicui locare, et navare. Mercedis causa servire. ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ παρὰ, βασιλέϊ. viii. 137. Apud regem mercedis causa serviebant. Vel, Apud regem mercedis causa suam operam locarant, et navabant.

θνήσκειν. com. cum suis compositis. Mori. Cædi. ὑπὸ τοῦ ἑωϋτοῦ παιδὸς ἀποθνήσκειν. A suo filio cædi. i. 137. ἐκ τῶν τρωμάτων ἀποθνήσκουσι. Ex vulneribus moriuntur; vel, Ob vulnera moriuntur. ii. 63. ἀπέθανε ἀπὸ Σαβύλλου. vii. 154. A Sabyllo cæsus est. ἀπέθανε ὑπὸ Ἀθηνάδεω. vii. 213. ἀποθνήσκει Μαιδόνιος ὑπὸ Ἀσιμνήσου. ix. 64. ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἡδωνῶν. ix. 75.

θοίνη, ης, ἡ. Ion. et poet. Convivium. Dapes. Epulæ. εἴρετό μιν εἰ ἡσθείη τι τῇ θοίνῃ. Interrogavit ipsum an aliquo modo hoc convivio delectatus fuisset. An aliquam voluptatem ex his epulis percepisset. i. 119. τῆς θοίνης ποιηθείσης. ix. 82. Convivio parato. Cum convivium paratum fuisset.

θοινίζειν. Ion. et poet. Convivio excipere. δεῖπνον, τὸ μὲν ἐκεῖνος σαρξὶ τοῦ παιδὸς ἐθοίνισε. Cœna, qua illum filii carnibus excepit. Cœna, in qua ille filii carnes ipsi epulandas præbuit. i. 129.

θοῖτο. Ion. et poet. ut a θέω, θῶ. unde θέοιτο, in aor. 2. med. optativo. προσθέοιτο φίλον. Amicum sibi adjungeret. pro quo com. θείμην, θεῖο, θεῖτο. i. 53. Consule nostrum Græcum Xenophontis indicem, in voce τίθοιτο. Consule et alterum indicem Thucyd. Nisi dicas esse optat. præsentis, ut a προσθέομαι, προσθεοίμην, θοίμην. θέοιο, θοῖο. θέοιτο, θοῖτο. quod parum in usu. ὑποθέοιτο. vii. 237.

θορεῖν. et compos. καταθορεῖν. Desilire. καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων. Cum de equis desiluissent. iii. 86.

θορὴ, ῆς, ἡ. Ion. pro com. θορά.

Semen genitale, [quod γονὴ συνωνύμως vocatur. iii. 101.] τοιαύτην Αἰθίοπες ἀπίενται θορήν. Tale semen Æthiopes emittunt. ibid.

θορνύεσθαι. V. H. Libidine agitari. Coitum appetere. Dictum quasi πρὸς τὴν θορὴν, εἴτε θορὰν ὀρνύεσθαι, ad genitale semen excernendum impetu quodam ferri. Quod iis accidit, qui Veneris stimulis agitantur, et ad congressum feruntur. ἐπειὰν θορνύωνται κατὰ ζεύγεα. Quum per paria ad coeundum libidine agitantur. Illic agitur de viperis, quæ binæ ad coitum libidine impulsæ feruntur. iii. 109.

θραύειν. com. Frangere. Comminuere. Rumpere. θραυομένης πέτρης. Dum saxum rumperetur, frangeretur. i. 174.

θρησκείη, ης. Ion. pro com. θρησκεία. Divinus cultus. q. d. θεῶν αρέσκεια. Deo gratus cultus. Interdum et superstitio. ἄλλας θρησκείας μυρίας ἐπιτελέουσι. Sexcentas alias ceremonias cultus divini celebrant. ii. 37.

θριαμβεύειν τινά. com. Triumphare aliquem, pro, de aliquo. Sic enim et Virgil. τῶν γεωργικῶν. iii. v. 33. Bisque triumphatas utroque ab littore gentes. Idem Æn. vi. v. 837. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum cæsis insignis Achivis. Ctesias Pers. 13. θριαμβεύσας τὸν μάγον. Triumphato mago: id est, Cum in magum [ille] dixisset quidquid voluisset, ac de eo quodammodo triumphasset. Latinus interpres sensum sequutus vertit, magum infamavit.

θρώσκειν. Ion. et poet. pro com. πηδᾶν. Salire. Saltare. παρὰ τὸ θορέω, θορῶ, θρῶ, θρώω, θρώσκω. ut a τορέω, τορῶ, τρῶ, τρώω, τρώσκω, τιτρώσκω. Ἀναθρώσκει ἐπὶ τὸν ἵππον. In equum insilit. In equum se saltu dedit. Equum saltu conscendit. iii. 64. καὶ οἱ ἀναθρώσκοντι ἐπὶ τὸν ἵππον. ibid. ἀποθρώσκοντα ἀπ' ἵππου. Ab equo desilientem. iii. 129. vii. 18.

θυμαλγὴς, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Qui dolore animum afficit. θυμαλγέα ἔπεα. Verba, quæ animum dolore afficiunt. i. 129.

θυμός. Animus. Voluntas. Desiderium. τῶν σφιν ἦν θυμὸς μάλιστα. Quæ ipsorum animus maxime cupiebat. i. 1. ἐς θυμὸν βάλλεσθαι. Animo mandare. i. 84. θυμὸν ἔχειν ἀγαθόν. Bonum animum habe. Sic et Galli, *Ayez bon courage*. Bono sis animo. i. 120. iii. 85. ἦ σφι θυμὸς ἐγένετο θεήσασθαι τὸν πόλεμον. viii. 116. v. s. Aut ipsis fuit animus bellum contemplari. i. e. Aut belli spectandi cupiditas ipsorum animum invaserat.

θύραι, ῶν, αἱ. com. Fores. Janua. θέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας. iii. 78. Herodoteum loquendi genus, quod fortasse melius haberet, si diceres αὐτοῦ προθεῖναι. v. s. Volens ante se fores ponere; id est, fores claudere, et hostibus irruentibus opponere, seque intra fores clausas, et hostibus oppositas continere, atque tutari. vel, αὐτῷ προσθεῖναι. Hæc enim magis usitata. Si codex mendo caret, hoc observandum. Valla: Fores occlusurus. Sensus, non verborum, rationem habuit. τὴν θύρην ἀνακλίνειν. Ion. et poet. pro com. ἀνοίγειν. Fores reclinare, fores aperire. v. 16.

θύρωμα, τος, τό. com. Janua. Postes januæ. Fores ipsæ. διξὰ θυρώματα. Gemini postes januæ. Vel geminæ fores. ii. 169. ἐν τοῖσι θυρώμασι. ibid.

θυρωρὸς, ὁ. commun. Janitor. ὁ τῆς θύρας ὥραν ἔχων. Qui januæ curam gerit. Gallice, *Huissier*. i. 120.

θύσιμα κτήνεα. Ion. pro com. ἱερεῖα λεκτὰ, ἃ θύειν νόμος, καὶ θέμις. Pecudes, victimæque lectæ, quas immolare licet, fas est,

et mos permittit, vel flagitat. i. 50.

θῶκος, ου, ὁ. Ion. et poet. pro communi ἕδρα, et καθέδρα. Sedes. Sedile. θῶκοι ἀμπαυσ-ήριοι, ἐν τοῖσι κατίζοντες ἀμπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. Sedes ad quiescendum factæ, in quibus sedentes quiescunt illi, qui ascendunt. i. 181.

θωπεία, ας. com. Assentatio. Adulatio. iii. 80.

θωρηκοφόρος, ὁ. N. H. pro quo commun. θωρακοφόρος, quod in vulgatis Lexicis sine ullius auctoritate legitur. Thoracem ferens. Thorace armatus. vii. 89, 92. viii. 113.

θώϋμα. Ion. pro commun. θαῦμα. Miraculum. Res admiranda. τῷ λέγουσι θώϋμα μέγισ-ον παρασ-ῆναι. Cui dicunt miraculum maximum oblatum fuisse, vel, accidisse. i. 23. ἐν θωύματι ἦν. Erat in admiratione, pro ἐθαύμαζεν. Admirabatur. i. 68. θώϋμα ποιεόμενος τὴν ἐργασίην τοῦ σιδήρου, pro θαυμάζων τ. ε. τ. σ. Ferrarium opificium admirans. ibid. θώϋμα ἐς συγγραφήν. Miraculum scriptu dignum. Res admiranda, scriptuque digna. i. 93. ἐν θωύματι γίνεσθαι. In admiratione esse. Admirari aliquid. iii. 3. θώϋμα ποιεῖσθαι περί τινος. Aliquid admirari. iii. 23. τῆς μάλισ-α θώϋμα ποιεῦμαι. vii. 99. Quam maxime admiror. ἐν θωύματι μεγάλῳ ἐνέσχετο. vii. 128. In admiratione magna detinebatur. θώϋμά μοι παρίσ-αται. Admiratio mihi astat, me subit, ego miror. vii. 187. Mirum mihi videtur. ἐν θωύματι ἐγένοντο. In admiratione fuerunt. Obstupuerunt. vii. 218. θώϋμα ποιεύμενος τὴν Εὐρυβιάδεω ἀξουλίην. viii. 74. Eurybiadæ inopiam consilii admirans. ἐν θωύματι ἔχεσθαι. In admiratione teneri, pro, vehementer aliquid admirari. viii. 135. ἐν θωύματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τόλμης. ix. 37. In admiratione magna detineri audaciæ [causa, propter alicujus audaciam, i. e. alicujus audaciam vehementer admirari.] Ἀρταβάζου δὲ θώϋμα καὶ μᾶλλον ἐποιεύμην. ix. 58. Artabazum vero multo magis admirabar. Vel, Art. v. vehementius admirabar. ἐν θωύματι ἦν, ὅκως τυφλὸς ὢν, μόνος ἀπίκοιτο ἐς τοιούτους χώρους. V. Hom. 21. Mirabatur quomodo [Homerus,] cum cæcus esset, in hujusmodi loca solus venisset. ἐν θωύματι εἶχεν αὐτόν. ibid. 22, 34. Ipsum in admiratione habebat. Ipsum admirabatur. ibid. 31. ἐν θωύματι ποιούμενος. ibid. 23. In admirationem adducens [id, quod narrabat.]

θωϋμάζειν. Ion. pro com. θαυμάζειν. Mirari. ἀπεθωύμαζε τὰ λεγόμενα. Mirabatur ea, quæ dicebantur. i. 11. ἀποθωϋμάσας τὸ λεχθέν. Admiratus id, quod dictum fuerat. i. 30. ἀποθωϋμάζοντα. Admirantem. i. 68. ἐθωύμαζες. ibid. ἀπεθωύμαζε. i. 88. ἀποθωϋμάζειν. ii. 79. ἢν αὐτὸν θωϋμάζῃς. Si ipsum admireris. iii. 80. ἀπεθωύμαζε, καὶ ἐξεπλήσσετο. Admirabatur, et obstupescebat. iii. 148. θωϋμάζω τὸ αἴτιον. Causam miror. vii. 125. ἀποθωϋμάζειν. viii. 65. ἀποθωϋμάσας τὰ λεγόμενα. ix. 111. Miratus ea, quæ dicebantur. His verbis stupefactus.

θωϋμάσιος. Ion. pro com. θαυμάσιος. Admirandus. θωϋμασιωτέρη. Admirabilior. ii. 21. θωϋμάσια. ii. 35.

θωϋμασ-ὴς, οῦ, ὁ. Ion. pro com. θαυμασ-ὴς, οῦ. Admirator. Qui aliquid admiratur. Αὐτοῦ θωϋμασταὶ καθεισ-ήκεισαν. V. Hom. 5. Ipsius admiratores exstiterunt. Eum admirati sunt, vel admirabantur. eadem verba repetuntur. ibid. 25.

θωϋμασ-ὸς, ὴ, ὸν. Ion. pro com. θαυμασ-ὸς, ὴ, ὸν. Admirandus. Admiratione dignus. i. lin. 3. θωϋμαστὸν καρπὸν φύειν. ix. 122. Admirandum fructum ferre.

I.

I pro υ interdum apud Macedones. Βρίγες, pro Φρύγες. vii. 73. Consule Eustath. in voce βρίγες.

ι Ion. pro ε. ἱστία, pro ἑστία. i. 176, bis. unde compos. ἐπίστιος, pro ἐφέστιος. i. 35, 44, bis. ἱστιητόριον, pro ἑστιατόριον. ἐπίστιον, ου, τό. pro com. ἐφέστιον. v. 72. familia. Vide suo loco. v. 73.

ι in verbis activis 3. pers. plur. et in participiorum, et nominum, et articulorum Ionice formatorum, dativis pluralibus, etiam sequente vocali sæpissime ab Ionibus poni sine ν sequenti, quod tamen ab aliis fit suavitatis causa, ne gemina vocalis concurrens aures offendat. ut τύπτουσι ἐκεῖνοι, pro τύπτουσιν ἐκεῖνοι. τοῖς λέγουσι αὐτοῖς, pro λέγουσιν αὐτοῖς. Sic τοῖσι ὡσί, pro τοῖσιν ὡσί. vii. 70. ἐν ἄρκεσι ἐμπαλλασσόμενοι. vii. 85. τῇσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρῃσι. vii. 91. τοῖσι Ἠδωνῶν. vii. 114. τοῖσι Ἀχαιβίοισι. vii. 116. λέουσί ἐσι. vii. 126. χώροισι οἱ. vii. 127. τῇσι ἄλλῃσι πόλισι οἱ. vii. 119. τοῖσι ὁμοσίτοισι. ibid. φασὶ οὐκ. vii. 149.

ι in nominibus Ionice, et poet. insertum. ξεῖνος. Hospes. pro com. ξένος. i. 20, 22. ξεινίη, pro ξενία. i. 27. vii. 116. κρατερὸς, pro κραταιρός. i. 47. ξεινικός. Peregrinus. i. 135.

ι in verbis Ionice insertum. ἠνείχθη. pro communi ἠνέχθη. Vide ἠνείχθη. i. 19. ἐπείρεσθαι, pro com. ἐπέρεσθαι. ibid. i. 27. ξεινίζειν, pro com. ξενίζειν. i. 30. ἐπειρωτᾶν, pro ἐπερωτᾶν. i. 53. εἰνείκαντο, pro ἐνείκαντο, vel ἠνείκαντο. Sed utrumque minus usitatum. i. 57. εἰρωτᾶν, pro ἐρωτᾶν com. i. 32, 55, 67, 75, 88. δείρω, pro com. δέρω. Excorio. ii. 39. ὠφειλέω, ῶ. pro ὠφελέω, ῶ. Juvo. iii. 126. ἀποδείρω. iv. 64.

ι in participiis Ionice insertum. ἐξενειχθέντα, pro com. ἐξενεχθέντα. Delatum. particip. aor. 1. pass. ab ἐνφέρω. i. 23. Sic ἀνενειχθέντα. i. 54. εἱσάμενοι, pro ἑσάμενοι, ab ἕω. Vide suo loco. i. 66. ἀπενειχθέντα. ibid.

ι in adverbiis Ionice insertum. εἵνεκεν, pro ἕνεκα com. i. 2.

ι Ion. non semper ex verbis nominibusve tollitur: sed in eodem modo relinquitur, modo tollitur. ἐπεδείκνυον. i. 30. (Vide ἀπόδεξις, et ἀποδεχθέντα.) ἀποδεικνύντι. i. 136. ἀπεδείκνυντο. i. 176. ἐπίδειξις. ii. 46. ἀποδεικνύντες. ii. 142, 143. ἀπεδείκνυσαν. ii. 143.

ι in nominibus sublatum Ionice. ἀπόδεξις, pro com. ἀπόδειξις. i. 1. μέζων, μέζονος, pro com. μείζων. i. 26, bis. 68. κρέσσων, pro κρείσσων. i. 66. βαθέη, pro βαθεῖα. i. 75. ἐπιτήδεος, pro ἐπιτήδειος. i. 110. ὑπώρεαι, pro ὑπώρειαι. ibid. ἐπιτηδεώτατος. i. 115. μέζω. i. 137. ἀνεπιτήδεον. i. 175. βαθέα, et εὐρέα, pro βαθεῖα, et εὐρεῖα. profunda, et lata. i. 178. ἰθέα, pro ἰθεῖα. recta. ii. 17. θηλέης, pro θηλείης. ii. 35. passim. ἑρκτὴ, pro εἱρκτή. carcer. iv. 146. βραχέα, pro βραχεῖα. brevis. v. 49. vi. 119.

ι in verbis Ionice sublatum. ἐπεδέξατο. pro com. ἐπεδείξατο. Ostendit. i. 11. ἐώθεε, pro εἰώθει. Consueverat. ibid. διέδεξε, pro διέδειξε. Demonstravit, ostendit. i. 31. ἀπέργει, pro ἀπείργει. Dirimit. i. 72. διέδεξε. i. 73. ἐώθεσαν, pro εἰώθεισαν. ibid. ἀποδεχθῶ, pro ἀποδειχθῶ. i. 124. ἐώθεισαν, pro εἰώθεισαν. i. 171. ἐώθεε, pro εἰώθει. i. 184. Vide δέξαι, pro δεῖξαι. ἔρξε, pro εἶρξε, ab εἴργω. iii. 136.

ι in participiis Ionice sublatum. ἀποδεχθέντα, pro communi ἀποδειχθέντα. id est, demonstrata, facta, edita. i. lin. 4. ὑποδέξας, pro ὑποδείξας. i. 32, 189. ἐωθὼς, pro εἰωθώς. i. 34. ἀποδεξάμενος, pro ἀποδειξάμενος. i. 59. προδέξαντες, pro προδείξαντες. i. 60.

ἐνερμένος, pro ἐνειρμένος. iv. 190. ἐργασμένος, pro εἰργασμένος. vii. 53.

ι in adverbiis Ionice sublatum. ἐπιτηδέως, pro ἐπιτηδείως. i. 108.

ἰαχχάζειν. V. H. Bacchari. Vel, Orgia Bacchi magnis clamoribus celebrare. Καὶ τὴν φωνὴν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰαχχάζουσιν. viii. 65. Sed est ἀνακόλουθον, ἀντὶ τοῦ, καὶ ἡ φωνὴ, τῆς ἀκούεις, ἐστὶ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰαχχαζόντων. i. e. Et vox, quam audis, est hominum in hoc festo bacchantium, vel est hominum orgia Bacchi, festumque magnis clamoribus celebrantium.

Ἰαμιδέων. Ion. genit. plur. 1. simpl. pro com. Ἰαμιδῶν. γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην. ix. 33. Valla: Ex genere Iamideorum Clytiades. Æ. P. Ex genere Iamidarum Clytiadem. Ἰαμίδαι, ῶν. οἱ ἀπὸ Ἰάμου. Iamidæ, qui ab Iamo sunt oriundi. Quis autem fuerit Iamus, vide apud Pindarum, Olymp. Ode 6. ver. 74. Hujus genus poeta eadem Ode, ver. 121. γένος Ἰαμιδᾶν appellat, quod Dorice dictum pro com. Ἰαμιδῶν, et Ion. Ἰαμιδέων.

ἴδαται. Ionica terminatio 3. pers. plur. verborum 4. conjug. gravit. in ἴζω desinentium in præsenti, et in perfecto pass. per circumlocutionem elatorum. ut νομίζω. νενόμισμαι, σαι, ται. plur. νενομισμένοι, vel νενομισμέναι, vel νενομισμένα, εἰσί. Ion. νενομίδαται. Sic κεχωρίδαται, pro κεχωρισμένοι, vel κεχωρισμέναι, εἰσί. Separati sunt. Distant. Differunt. i. 140. Formatur autem hæc persona a 3. singul. in ιται desinente, inserto α. ἵσαται, versoque σ in δ. ἵδαται. ut et ὀσμὴ, quod com. Ion. ὀδμή. quod Doriensibus magis familiare. Vide Eustath. in δαται. aliter enim ille hæc format.

ἴδη, ης, ἡ. com. Locus editus, et arboribus refertus. Eustathius. ἴδη ὄρος Κρήτης, καὶ Τροίας, καὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, ἴδη παρὰ τὸ ἰδεῖν καλεῖται. καὶ ἴδη προσηγορικῶς τῶν ξύλων ὕλη. id est, Ida mons Cretæ, et agri Trojani, et omnis excelsus mons Ida vocatur, quod eminus conspiciatur. Item Ida appellative vocatur sylva lignorum, i. e. Locus arboribus refertus. χώρη δασέη ἴδῃσι παντοίῃσι. Regio omnigenis sylvis referta. iv. 109. ἐν ἴδῃ τῇ πλείστῃ. In maxima sylva. ibid. Valla Græcorum verborum vim parum fideliter expressit, sensum aliquo modo declaravit. λόφος δασὺς ἴδῃσι. Collis sylva, vel arboribus, densus. iv. 175. ἴδη ναυπηγίσιμος ἄφθονος. Sylva, vel Materia, ad naves ædificandas copiosa. v. 23. Vel, Materia ad naves ædificandas apta, et copiosa. Οὔρεα ὑψηλὰ, ἴδῃσι παντοίῃσι συνηρεφέα. Montes excelsi, omnigenis arboribus referti. vii. 111.

ἴδια. ἱρά. viii. 109. Privata. Profana. Sacra.

ἰδιοβουλεύειν. V. H. Privato, proprio, suoque consilio uti, niti. Ἵνα μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δοκέω. Ne vobis meo consilio niti, meumque consilium sequi videar. vii. 8.

ἴδιος, α, ον. com. Proprius. Qui nihil cum aliis habet commune. ἔθνος ἴδιον. Gens propria. Gens ab aliis separata. Gens quæ cum ceteris nihil habet commune. iv. 18, 22.

ἰδιώτης ἀνὴρ (ἄρχων.) Vir privatus. (Magistratus.) ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας. Nos viris privatis æquiparandos duxisti. i. 32. ἰδιώτας ἄνδρας. i. 70.

ἰδιωτικὸς, ἴδιος. (δημόσιος. i. 21.) Privatus. (Publicus.)

ἴδμεν. Ion. et Dor. pro com. ἴσμεν. hocque per syncopen pro ἴσαμεν. scimus. vii. 111. Vide σ in δ.

ἰδρύειν τὴν στρατιήν. Herodotea locutio pro com. στρατοπεδεύειν. Castra ponere. ἵδρυσε τὴν στρατιὴν

ἐπὶ ποταμῷ Ὀάρῳ. Castra ad Oarum flumen posuit. iv. 124.

ἱδρυνθεὶς, εἶσα, ἐν. Ion. et poet. pro com. ἱδρυθείς. Collocatus. Constitutus. Stabilitus. Moribus receptus atque confirmatus. ἱδρυνθέντων σφι ἱρῶν ξεινικῶν. Cum apud ipsos peregrina sacra jam essent moribus recepta et confirmata. Cum peregrina sacra apud ipsos constituta essent. i. 172. ἱδρυθέντι τῷ στρατοπέδῳ. Castris locatis. Castris positis. iv. 203.

ἱδρυνθῆναι. Ion. et poet. pro com. ἱδρυθῆναι. Collocatum, constitutum, fundatum esse. ii. 44.

ἱερείη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἱέρεια. Sacerdos fœmina. i. 175. v. 72.

ἱεροσύνη, ης, ἡ. Sacerdotium. iii. 142. Sed ἱερωσύνη scribendum videtur, ut alias passim. Vel συστολὴν esse dices, si codex vitio caret.

ιες. Ion. et com. terminatio nominativi plur. 2. declin. contract. pro altera εες, unde per contractionem εις Attica formatur. συμβάσιες, pro Att. συμβάσεις. i. 74.

ἰέω, ῶ. ἴημι. Ion. et poet. pro com. εἶμι. τὸ πορεύομαι. Eo. Proficiscor. τὸν πρότερον στίβον ἴησαν. Prius iter iverunt. iv. 140. ἴησαν autem vel est aor. 1. act. ab ἰέω, ῶ. ἰήσω. ἴησα. vel κατ' ἔκτασιν dictum, ἀντὶ τοῦ ἶεσαν, ut sit tertia pluralis imperfecti, ut ἐτίθεσαν.

ἵζειν. Ionic. et poet. pro com. ἕζεσθαι. Sedere. v. 25.

ἵζεσθαι. Ion. et poet. pro com. κάθησθαι. Considere. iii. 11. ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον. In regio solio sedens. iii. 64, 65. iv. 145, 146, 148. ix. 2, 26, 41.

ίη. Ion. terminatio nom. 2. declin. simpl. pro com. εια πεοπαροξυλόνως. εὐηθίη. pro com. εὐήθεια. Stultitia. i. 60. Fatuitas. προμηθίη, pro προμήθεια. Providentia. Cura. i. 88. αεικίη, pro ἀείκεια. Contumelia. Quicquid præter decorum fit. i. 115.

ἴη, ἴης. Ion. et poet. pro com. φωνή. Vox. πολύευκτον ἴην ἀνὰ δώματ' ἀκούειν. Valde optabilem vocem in ædibus audire. i. 85.

ἰῆται, ῶν, οἱ. V. Hom. 36. οἱ τὴν Ἴον νῆσον οἰκοῦντες. Consule Stephanum aliosque Geographos.

ἰθαγενὴς, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Indigena. ἰθαγενέες. vi. 53.

ἰθέα. Ion. pro com. ἰθεῖα. Recta. ἰθέα ὁδός. Recta via. ii. 17. ἐκ τῆς ἰθείης. Recta, pro Statim, Confestim. ἐκ τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν πέμπειν. Recta, vel confestim, copias adversus ipsum mittere. iii. 127. κατεσήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. ix. 37. v. s. Ex recta [via] Lacedæmoniis exstitit hostis. i.e. Palam, et ex professo, Lacedæmoniis factus est hostis. Vel etiam, Confestim se Lacedæmoniis hostem præstitit.

ἰθείη τέχνη. ix. 57. Καταδόξας αὐτοὺς ἰθείη τέχνη ἀπολιπεῖν αὐτὸν ἀναλαξόντα τὰ ὅπλα, ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο στῖφος. Valla: Tunc ratus e disciplina militari se deseri, sumtis armis cohortem suam lento gradu ducere ad agmen. Æ. P. Ratus ipsos de industria, [deditaque opera] se deseruisse, quod arma sumsisset, [ut discederet,] ad reliquum agmen [suos milites] pedetentim, [lentoque gradu] ducere cœpit. Vide ἰθέα. ἰθείην τέχνην Herodotus hic videtur appellare, si verba spectes, rectam artem, apertam, et qua quis sine ullis ambagibus ac anfractibus utitur, ad quam recta fertur, et sine diverticulis. ἦγε vero vel neutraliter accipiendum pro ἔζη, vel est activum pro passivo ἤγετο, τουτέστιν ἐφέρετο, ἐπορεύετο, vel (quod verisimilius) subauditur τοὺς ἑωϋτοῦ στρατιώτας. Quod autem ἄγειν sæpe sumatur pro πορεύεσθαι, patet cum ex aliis exemplis, quæ vulgata Lexica suppeditant, tum ex sequentibus. Matth. c. xxvi. v. 46. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν. et Joan. cap. xi. v. 15.

Ἄγωμεν πρὸς αὐτόν. et ver. 16. Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ. Sed fortasse dixerit quis hæc ἐλλειπτικῶς dicta, subaudito accusativo ἡμᾶς. Quam sententiam temere damnare non debemus. Hoc loquendi genus integrum Virgil. Æn. viii. v. 465. sic expressit, Nec minus Æneas se matutinus agebat. id est, mane ibat, vel, veniebat.

ἰθέως. Ion. pro com. εὐθέως. ταχέως. Celeriter. Confestim. Statim. ii. 121. §. 2. iii. 73, 155. iv. 68. v. 41, 92. §. 2. §. 7. vi. 10, 49.

ἰθύ. Ion. et poet. adverbium, cum genitivo positum. Recta. ἰθὺ τῶν χωρέων. Recta in agros. iv. 120. ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. Recta ad Istrum. iv. 136. ἰθὺ τοῦ Ἑλλησπόντου. Recta per Hellespontum. vi. 95. ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον. viii. 38. Recta ad Bœotos fugiebant. ix. 69.

ἰθύειν. Ion. et poet. cum infinito junctum, pro communi βούλεσθαι, καὶ γνώναι. Velle. Statuere. Destinare. In animo habere. Impetu ferri ad aliquid faciendum. ὅκου ἰθύσειε στρατεύεσθαι. Quo militare, cum exercitu proficisci, statuisset. iii. 39. πρὸς τὴν μίην τῶν μοιρέων ἴθυσαν οἱ Πέρσαι. Adversus unam partem recta Persæ contenderunt. iv. 122. vii. 8.

ἰθυμαχίη, ης, ἡ. N. H. rectum, ac aperto Marte commissum prælium. Legitima pugna, quæ aperto Marte committitur. iv. 102. ἐξουλεύοντο ἰθυμαχίην μηδεμίην ποιέεσθαι ἐκ τοῦ ἐμφανέος. Nullum prælium palam, ac aperto Marte committere statuerunt. iv. 120.

ἰθύνειν apud Herodotum interdum accipitur pro com. κολάζειν, καὶ ζημιοῦν. ut, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Morte mulctari. Capitali supplicio affici. ii. 177.

ἰθύς. Idem ac ἰθύ. Recta. Adverbium Ionic. et poet. v. 64.

ἰθὺς, εῖα, ύ. Ion. et poet. pro com. ὀρθὸς, de moribus dictum. ἰθὺς, καὶ δίκαιος ἀνήρ. Rectus justusque vir. i. 96. Ἅρπαγος τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον. Harpagus rectam, simplicem, orationem habuit. Id, quod verum erat, dixit. i. 118.

ἰθύτριξ, ἰθύτριχος, ὁ καὶ ἡ. N. H. ὁ ἰθείας τὰς τρίχας ἔχων. Qui rectos capillos habet. vii. 70.

ἴκελος, η, ον. Ion. et poet. pro com. ὅμοιος. ποταμῷ ἴκελος. Fluvio similis. iii. 81.

ἱκνεῖσθαι. com. cum accus. Pertinere ad. Attingere. Tangere. τοὺς μάλιστα [τοῦτο] ἱκνέεται. Quos hoc maxime tangit. Ad quos potissimum hoc pertinet. ii. 36.

ἱκνεῖσθαι. Ion. pro com. πρέπειν, προσήκειν. Decere. Convenire. Τοῦ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν. ix. 26. Alteri [cornu] dicimus convenire nos præesse.

ἱκνεόμενον. Ion. pro commun. τὸ ἱκανὸν, καὶ τὸ πρέπον. Id, quod sufficit. Quod est decorum. Quod decet. Quod convenit. πίνειν μᾶλλον τοῦ ἱκνεομένου. vi. 84. Bibere plus quam deceat, conveniat, sufficiat, vel, plus quam par sit.

ἱκνεομένως. Rite. vi. 65. ἱκνευμένως. ibid.

ἱκνευμένῳ χρόνῳ. Ionice dictum ἐκ τοῦ ἱκνεομένῳ, unde κατὰ κρᾶσιν ἱκνουμένῳ, καὶ κατὰ τροπὴν τῆς ου διφθόγγου εἰς ευ fit ἱκνευμένῳ. Tempore procedente. Temporis progressu. vi. 86. Consule Œconomiam Hippocratis in ἱκνευόμενος χρόνος.

ἱλάσκεσθαι. com. Placare. τὸν θεὸν ἱλάσκετο. Deum placabat. i. 50. τίνα θεῶν ἱλασάμενοι. Quo Deo placato. i. 67. θυσίῃσιν αὐτὸν ἱλάσκονται. Ipsum sacrificiis placant. v. 47. Πάριοι Θεμιστοκλῆα χρήμασι ἱλασάμενοι, διέφυγον τὸ στράτευμα. viii. 112. Parii Themistocle pecunia placato, exercitum [et militum injurias] vitarunt.

ἱμείρεσθαι. Ionic. et poet. pro com. ἐπιθυμεῖν. Cupere. Appetere. ἱμεί-

ρετο χρημάτων. Pecunias appetebat. Pecuniarum cupidus erat. iii. 123. ἱμέρῃ τῶν νεῶν ἅμιλλαν ἰδέσθαι. Navium certamen videre cupiit. vii. 44.

ἵμερος, ὁ. Ion. et poet. Desiderium. Cupiditas. pro com. ἐπιθυμία. ἵμερος ἐπῆλθέ με ἐπείρεσθαί σε. Desiderium me invasit te interrogandi. i. 30. γῆς ἱμέρῳ. Soli, vel agri desiderio. i. 73. τῶν πάλαι ἵμερον εἶχον. Quorum desiderium jampridem habebant. Quorum desiderio jampridem flagrabant. v. 106. ἵμερον ἔχων θεήσασθαι. Contemplari cupiens. vii. 43. δεινὸς ἐνέσακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα λαβεῖν. ix. 3. v. s. Vehemens desiderium [in ejus pectus] instillatum erat Athenas iterum capiendi. i. e. Athenarum iterum capiendarum vehementi desiderio flagrabat.

ἵνα. Ion. et poet. pro com. πῶς, ὅπως. Quomodo. Vel, in quem usum. Δεῖ με ἐπιφράσαι ἵνα ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ ἀναισιμώθη. Oportet me declarare quomodo, vel in quem usum, terra ex fossa egesta sit consumta. i. 179.

ἱρουργίαι, ῶν, αἱ. Sacra. Cæremoniæ. Sacrorum ritus. v. 83, bis.

ιος. Ionica et com. terminatio genitivi 2. declin. contract. pro altera Ionica εος, et Attica εως. πόλιος. pro πόλεος et πόλεως. i. 26, 30. ἐξευρέσιος. i. 67.

ἱππάζεσθαι. com. Equitare. iv. 110, 114. unde κατιππάζεσθαι. Equitando abire. Perequitare. Equo vehi per aliquem locum. ἡ ἵππος κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. ix. 14. Valla: Equitatu, qui omnem oram Megaridem incursaret. Æ. P. Equitatus agrum Megarensem perequitavit.

ἱππᾶς, άδος, ἡ. Ion. et poet. pro com. ἱππική. Equestris. ἱππὰς στολή. Vestis, vel, Ornatus equestris. i. 80.

ἱππάσιμος. Equitabilis. χώρα ἱππασίμη. Regio equitabilis. Regio, quam equi possunt permeare. ii. 108. ix. 13.

ἱππεύειν. Ion. et poet. Equitare. i. 136. vii. 84, 87.

ἱππεύεσθαι. Ion. et poet. pro quo et ἱππεύω, et ἱππάζεσθαι. Equitare. i. 79.

ἵπνοι, ῶν, οἱ. Loca quædam sic appellata. vii. 188. q. d. Furni.

ἱπνὸς, οῦ, ὁ. com. ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἱπνὸν Περίανδρος τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε. In frigidum furnum Periander panes injecerat. v. 92. §. 7. Quid sibi velit hoc ænigma, vide in sequentibus Herodoti verbis.

ἵππος, ἡ. Equitatus. ἵππον συνωνέωνται μυρίην. Decem equorum millia coemunt. i. 27. καταῤῥωδήσας τὴν ἵππον. Formidans equitatum. i. 80. ἡ Κροίσου ἵππος. Crœsi equitatus. ibid. τὴν ἵππον ἐπέταξεν ὀπισθε τοῦ πεζοῦ. Post peditatum collocavit equitatum. ibid. ἀντία τῆς ἵππου, e regione equitatus. vel adversus equitatum. ibid. [τὸ ἱππικὸν dicitur. ibid.] τὴν φρουρέουσαν ἵππον τὴν Κιλικίην. Equitatum, qui Ciliciam custodiebat. iii. 90. iv. 122, 128. ἵππον χιλίην ἀπέπεμψαν. Mille equites miserunt. v. 63. vii. 41. ἵππος μυρίη. vii. 41. ἵππος ὀκτακισχιλίη. vii. 85.

ἵππος, ἡ. Equa. iv. 8, 9.

ἵππος ἔτεκε λαγών. Equa leporem peperit. vii. 57. Quid sibi velit hoc prodigium vide in sequentibus.

ἱπποτοξότης, ου, ὁ. com. Eques sagittarius. Sagittarius, qui equo vehitur. ix. 49.

ἱρὰ, ῶν, τά. Ion. pro com. ἱερά. Sacra. Ritus sacrorum. ἱδρυνθέντων σφι ἱρῶν ξεινικῶν. Cum peregrina sacra apud ipsos essent constituta. i. 172. καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρά. Læta fuerunt exta. Lætum et faustum rerum exitum sacra portenderunt. ix. 36, 37. (οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρά.) pro eodem dicitur, τὰ σφάγια καταθύ-

μια γενέσθαι. ix. 45. (οὐ καλαθύμια. Non grata animo, non læta, non fausta.)

ἱρᾶσθαι. Ion. et com. Sacerdotem esse. Sacerdotium exercere. οὐδεμίη γυνὴ [παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις] οὔτε ἄρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης ἱρᾶται. Nulla mulier [apud Ægyptios] Dei ullius, Deæve est sacerdos. ii. 35, 37.

ἱρεύς, ἑως. Ion. et poet. pro com. ἱερεύς. Sacerdos. i. 140. hinc ἀρχιρεύς. Summus sacerdos. ii. 142, 143, 151.

ἱρήϊαι. Ion. pro com. ἱέρειαι. Sacerdotes. Fœminæ, quæ sacra faciunt. ii. 53. ἱρῆας. ii. 54. ἱρήϊαι. ii. 55.

ἱρήϊον, τό. Ion. et poet. pro com. ἱερεῖον. Hostia. Victima. i. 132. ii. 39.

ἱρόν, οῦ, τό. Ion. sublato ε. pro com. ἱερόν. Templum. i. 31, 105, 143, 144. et passim.

ἱρὸς cum gen. Sacer. Dicatus. Consecratus. οὖρος ἱρὸν μητρὸς Δινδυμίνης. Mons matri Dindyminæ sacer. i. 80. ἱραὶ εἰσι τῆς Ἴσιος. Isidi sunt sacræ. ii. 41. ἱρους εἶναι τοῦ Νείλου. ii. 72, 74. ἄρμα Διὸς ἱρόν. vii. 40. viii. 115.

ἱροφάντης, οῦ, ὁ. Ion. pro com. ἱεροφάντης. Qui et ἱεροφύλαξ, et ἱερονόμος alias vocatur. Qui sacra ceremoniasque docet, et sacrorum ritus interpretatur. Sacrorum antistes. Sacrificulus. Sacerdos. ἱροφάνται τῶν χθονίων θεῶν διετέλεον ἐόντες. vii. 153. Continua successione Deorum inferorum sacrifici erant. Vel, Continua successione Diis inferis antistites sacrorum fuerunt. vii. 153, 154.

ἱρωσύνη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἱερωσύνη. Sacerdotium. iv. 161. vi. 56.

ις. Ion. term. accus. plur. 2. contract. decl. pro com. ας per contractionem, pro quo Attice ις, ex Ion. εας. ἐς Σάρδις. i. 19, 22, 27, 70, 77, 78, 79. τάξις. ix. 31.

ἴσα πρὸς ἴσα γενέσθαι φασί. Parem gratiam relatam aiunt. i. 2.

ἰσηγορίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἰσηγορία. Par in loquendo libertas. Juris æquabilitas. v. 78.

ἰσοκρατὴς, ὁ καὶ ἡ. com. Pari potestate præditus. ἰσοκρατέες εἰσὶ αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι. Mulieres eandem quam viri potestatem habent. Vel ad corporis vires hoc referendum. Qui pares habet vires. Quare vertes, Mulieres vires habent pares viris. Vel, Æque sunt fortes ac ipsi viri. iv. 26.

ἰσοκρατίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ἰσοκρατία. Æqualis potentia. Sic tamen ab Herod. vocatur ἡ δημοκρατία, et resp. in qua cives parem habent potentiam, quod eodem civitatis jure fruantur, paremque in suffragiis ferendis potestatem habeant. ὦ Λακεδαιμόνιοι τὰς ἰσοκρατίας καταλύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας κατάγειν παρασκευάζεσθε. v. 92. §. 1. O Lacedæmonii dum respubl. evertitis, vos paratis ad tyrannides reducendas in urbes.

ἰσοπαλὴς, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. ut et ἰσόπαλος. In lucta par. In pugna par. Æqualis. γινομένων ἰσοπαλέων. Cum in pugna pares essent. Cum æquo Marte dimicassent. i. 82. v. 49. ἰσοπαλὴς μάχη. Ctesias Pers. 31. Prælium æquo Marte commissum.

ἰσόπεδος, ὁ καὶ ἡ. com. Proprie de loco dictum, qui planitiem vel solum alteri æquale habet. Æqualis. Par. iv. 201.

ἰσόῤῥοπος, ὁ καὶ ἡ. com. Æquilibris, ejusdem ponderis. Æquivalens. Æqualis. Par. τῷ ἐωῦτῶν ἰσόῤῥοπον γένος. Suo æquale genus. v. 91.

ἴσασθαι πόλεμον. Herod. locutio. pro com. κινεῖν, καὶ ποιεῖσθαι πόλεμον. Movere bellum. Bellum inire. Bellum facere. vii. 9.

ἰσίη, ης. Ion. et poet. pro com. ἑστία, ας. Vesta, Domus, Lar. Et

apud Herod. peculiariter interdum accipitur pro familia. *πλὴν ὀγδώκοντα ἱστιαίων.* Præter 80 familias. Ubi scribendum *ὀγδώκοντα ἱστιέων*, quod Ἰωνικῶς dictum *ἀντὶ τοῦ ἱστιῶν.* i. 176. *αἱ δὲ ὀγδώκοντα ἱστίαι αὗται ἔτυχον τηνικαῦτα ἐκδημέουσαι.* Hæ autem 80 familiæ tunc peregri erant. i. 176. iv. 59. *τὰς βασιληΐας ἱστίας.* Regias ædes. iv. 68. Ἱστίη *τῶν Σκυθέων βασίλεια.* Vesta Scytharum Regina. iv. 127. *δίξὰς ἱστίας οἴκεε.* Duas domos incolebat. v. 40.

ἱστητόριον, ου, τό. Ion. pro com. *ἐστιατόριον.* Cœnaculum. iv. 35.

ἱστορέειν, εῖν. Ion. et poet. Sciscitari. Quærere. Inquirere. Investigare. i. 56, 61, 122. *αὐτοὺς ἱστορέων.* Ipsos interrogans. ii. 19, 34, 113. iii. 50, 51, 77. iv. 192. V. Hom. 21.

ἱστορεῖν. Scire. Cognoscere. Discere. *ἀκουῇ ἱστορέων.* Rumore famaque sciens, cognoscens, discens. ii. 29.

ἴσχειν. Ion. et poet. pro com. *καταλαμβάνειν*, et *κατέχειν.* Occupare, et occupatum possidere. *ἴσχουσι Μαραθῶνα.* Marathonem occupant. i. 62.

ἴσχειν. Cohibere. Coercere. Continere. Reprimere. Impedire. Repellere. *πολλαχῇ ἂν ἴσχον ἐμεωυτόν.* Sæpe me ipsum continui. i. 42. iii. 77. *ὥστε ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν.* ix. 13. Ita ut pauci homines ipsos impedire possent.

ἴσχειν. Ion. et poet. pro com. *συνέχειν, καὶ κατέχειν.* Continere. Retinere. iii. 111. *ἀνθρώπους ἴσχειν.* ix. 13. Homines cohibere, coercere.

ἴσχειν. Ion. et poet. pro com. *κατάγεσθαι.* Appellere aliquo. (*ἀνάγεσθαι.* V. Hom. c. 19.) *ἴσχουσιν ἐπ' ἀκτῆς.* ibid. Ad littus appellant.

ἰσχυρός. Vehemens. Magnus. Fortis. Gravis. Severus. *σιτοδηΐη ἰσχυρή.* Magna rei frumentariæ penuria. i. 22. *ἰσχυρὴ ἀναγκαίη.* Vehemens, gravisque necessitas. i. 74. *συμβάσιες ἰσχυραί.* Conventiones, compositiones firmæ, stabiles, pacta conventa firma. ibid. *κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἐπειρῶντο ἀλλήλων.* Acriter alteri alterorum periculum fecerunt. i. 76. *ἰσχυρὴ σιτοδείη.* i. 94. *τὸ πολλὸν ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι.* In hominum multitudine robur potentiamque positam esse ducunt. i. 136. *αἱ λίαν ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται.* Nimium acres ultiones, quibus homines se mutuo persequuntur, Diis sunt odiosæ. iv. 205. *ἰσχυρὸς νόμος.* Severa lex. vii. 102. *κατὰ τὸ ἰσχυρόν.* ix. 2. Vehementer. *ἰσχυρωτέρη γνώμη.* ix. 41. Vallæ: Ferocior sententia.

ἰϋγή, ῆς, ἡ. Ion. et poet. idem ac *ἰύγμός*, vox, quæ nihil significat. Vociferatio, clamor. *παρὰ τὸ ἰύζειν. μ. ἰύξειν. π. ἴυγα.* Sonum nihil significantem edere. Consule Eustath. *βαρβαρόφωνος ἰϋγή.* ix. 43. Barbara vociferatio. Barbarus clamor.

ἰχθυειδής, ὁ καὶ ἡ. com. Pisci similis. vii. 61.

ἰχθυώδης, ὁ καὶ ἡ. N. H. quod in vulgatis Lexicis sine ullius auctoritate legitur. Piscibus abundans. vii. 109.

ιῶ, ιεῖς, ιεῖ. Ion. et Attica formatio futuri verborum, quæ duarum syllabarum numerum in præsentis indicativo superant, in *ίζω* desinentia, ut futurum communiter in *ίσω* formantia. quod et in infinitivo servatur. ut *νομίζω, νομισῶ, νομιῶ, εἷς εἶ*, et cet. *νομίσειν, νομιεῖν.* Sic *καταγιεῖν*, pro *καθαγίσειν*, a *καθαγίζω, σω.* Dico, consecro, offero. i. 86. sic *χαριῇ*, pro *χαρίσῃ.* Gratificaberis. i. 90. *χαριεῖσθε*, pro *χαρίσεσθε.* iv. 98. *ἀνταγωνιοῦμαι, ἀνταγωνιούμενος*, pro *ἀνταγωνίσομαι*, et *ἀνταγωνισόμενος.* v. 109. *ἐξανδραποδιεῦνται*, pro *ἐξανδραποδίσονται.* vi. 9. *ἀνδραποδιεῖται.* vi. 17. *ἐπισιτιεύμενοι*, pro

ἐπισιτιούμενοι, hocque pro com. ἐπισιτισόμενοι. Frumentaturi. Rem frumentariam comparaturi. Commeatus comparaturi. ix. 50. ἐπαγλαϊεῖ, pro ἐπαγλαΐσει, ab ἐπαγλαΐζω. V. Hom. c. 15.

ἰων. Ion. terminatio genit. plur. 2. declin. contract. prout et com. Attice vero εων, προπαροξυτόνως. τῶν πολίων. Urbium. pro Attico gen. τῶν πόλεων. i. 6. Σαρδίων, pro Attico Σάρδεων. i. 7. πολίων. i. 61. μαντίων. iv. 68.

Κ.

Κ Ion. pro χ. δέκομαι, pro com. δέχομαι. i. 7. κιθὼν, pro χιτών. i. 8. ὑπεδέκετο, pro ὑπεδέχετο. i. 24. δέκεσθε. i. 60. ἐδέκοντο. ibid. δέκεσθαι. i. 63.

κ, ἀντὶ τοῦ π. Ionice. κως pro com. πως, aliquo modo ἄλλως κως. i. 5. ὅκως, pro ὅπως. ut. i. 8, 9, 11. ὁκοτέρῃν, pro ὁποτέραν. i. 11. κοίῃ, pro ποίῃ, ποίᾳ. quomodo. i. 30. κω, pro πω. adhuc. i. 32. κῇ, pro πῇ. quo. ibid. οὔκως, pro οὔπως. Nullo modo. i. 33. ὁκόθεν, pro ὁπόθεν. unde. i. 35. κόθεν, pro πόθεν. unde. ibid. κοτὲ, pro ποτέ. quondam. i. 37. κοῖος, pro ποῖος; Qualis? ibid. ὅκως. ibid. εἴ κως. i. 38. κοῖαι. i. 39. κοῦ, pro ποῦ. i. 45. εἴ κως. si quo modo. i. 46. καί κοτε, pro καί ποτε. Et aliquando, vel semel. i. 73. κῶς; Quomodo? i. 75. ii. 22. κόσος, pro πόσος. viii. 84. ὁκοῖον, pro ὁποῖον. Quale. Quod. ix. 15.

κ, sequente aspirata non mutatur in χ ab Ionibus, ut communiter fit. οὐκ ὡς, pro οὐχ ὡς. i. 2, 16. οὐκ ὁμοίως, pro οὐχ ὁμοίως. i. 32. οὐκ οἷοί τε, pro οὐχ οἷοί τε. i. 67. οὐκ ὅσα, pro οὐχ ὅσα. i. 71. οὐκ οἷόν τε. i. 91. et passim.

καθαίρειν. Purgare. Lustrare. Expiare. Κροῖσός μιν ἐκάθηρε. Crœsus eum expiavit. i. 35. ἐκάθηρα. i. 41. ὁ καταρθεὶς τὸν φόνον. Ille, qui a cæde expiatus fuerat. i. 43. τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε. Quem ipse a cæde purgarat, ac expiarat. i. 44.

καθαρός. com. Purus. Expeditus. Nullis impedimentis impeditus. καθαρὸς στρατός. Exercitus expeditus. Exercitus nullis impedimentis impeditus, ac proinde expeditus. i. 211. iv. 135. σὺν τῷ καθαρῷ τοῦ στρατοῦ. Valla: Cum flore copiarum. Sed præstat vertere, cum expeditissima copiarum parte. Hoc ex præcedentibus facile colligitur. Nam τῷ καθαρῷ τοῦ στραλοῦ opponit τοὺς καματηροὺς, καὶ ἀσθενεῖς στρατιώτας, variis morborum incommodis impeditos. ὡς σφι τὸ ἐμποδὼν ἐγεγόνεε καθαρόν. vii. 183. Valla: Ubi littus oculos effugit. Æ. P. Postquam ipsis illud impedimentum parum fuit, i. e. Postquam omne impedimentum sublatum est ex ipsorum conspectu.

καθαρὸς cum genitivo. ἢν δὲ τουτέων πάντων ᾖ καθαρός. Quod si horum omnium sit purus. ii. 38. sic et Horat. lib. i. carm. 22. Integer vitæ, scelerisque purus.

καθάρσιον, τό. Purgatio. Lustratio. Expiatio. καθαρσίου ἐπικυρῆσαι, καθαίρεσθαι. Expiationem consequi, expiari. i. 35.

καθάρσιος. Expiator. Qui purgat, lustrat, expiat. ἐκάλεε Δία καθάρσιον. Jovem expiatorem invocabat. i. 44.

κάθαρσις, ἡ. Purgatio. Lustratio. Expiatio. i. 35.

καθεισ-ήκει ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ. V. Hom. 5. Ludo literario præfectus fuit. καθεισ-ήκεισαν αὐτοῦ θωυμασ-αί. ibid. Ejus admiratores exstiterunt. Eum admirati sunt, vel admirabantur.

καθῆσ-ο. Consedit. Tempus traduxit. Ion. et poet. pro com. ἔμεινεν, ἢ διῆγεν. Eustath. καθῆσ-ο, τρίτον πρόσωπον ὑπερσυντελίκου, ἀπὸ τοῦ ἕξω, ἧσμαι, ἧσμην, ἧσο, ἧσ-ο. εἰ γὰρ

ἀπὸ τοῦ ἥμην, προπαροξύνεται ἀν. Κροῖσος ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆστο. Crœsus ad duos annos in magno luctu vitam transegit. i. 45. iii. 83.

καθιστάναι εἰς δέος. In metu constituere. Metum injicere. εἰς δέος κατέστησε τοὺς ἐνοικοῦντας. Ctesias Pers. 4. Metum incolis injecit.

καὶ οὐ γάρ. ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ οὔ. Non enim. καὶ οὐ γὰρ ἔλαθε τοὺς Ἀπολλωνιήτας ταῦτα. ix. 93. Non enim hæc Apolloniatas latuerunt.

καίειν, κατακαίειν, ἀνακαίειν, &c. Urere. Cremare. Comburere. ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα. Sub illud tempus quo templum est crematum. i. 51. ζῶντα κατακαυθῆναι. Vivum cremari, vel comburi. i. 86. τὸ καιόμενον πῦρ σβεννύναι. Ignem accensum exstinguere. ibid. πῦρ ἀνακαίειν. Ignem accendere. i. 132. iv. 145. πῦρ ἀνακαύσωνται. Ignem accenderint. i. 202. πῦρ ἀνακαίων. iv. 28. συγκατακαίονται τοῖσι μάντισι βόες. Cum ipsis vatibus boves cremantur. iv. 69. περικεκαυμένοι. κατακαυθῆ. κατακαίουσι. ibid. κατεκάη πᾶσα. iv. 79. πυρὴν ἀνακαίειν. viii. 19. πῦρ ἀνακαυσάμενοι. Igne accenso. viii. 19, 33.

καίριος. com. Commodus. Opportunus. Aptus ad aliquid peragendum. εὕρισκε ταῦτα καιριώτατα. Hæc inveniebat commodissima, opportunissima, ad rem peragendam aptissima. i. 125.

κακίζειν τινα. Aliquem maledictis accipere, vel insectari. Vitium, et probra alicui objicere, exprobrare. Aliquem ignaviæ accusare. λοιδορέων καὶ κακίζων μιν. Ipsum conviciis et maledictis insectans. iii. 145.

κακόνομος, ὁ καὶ ἡ. Qui malis legibus utitur. Qui malis moribus est imbutus. κακονομώτατοι πάντων Ἑλλήνων. Qui ex omnibus Græcis pessime morati erant. i. 65.

κακοτεχνεῖν. com. Malis artibus uti. Agere dolose. Maleficium aliquod excogitare. vi. 74.

κακότης, ητος, ἡ. Ion. et poet. Vitium. Malitia. Malignitas. vii. 168. Alias calamitas, ignavia. Vide suo loco. Consule et Eustathium.

κακότης, ητος, ἡ. Apud Herodotum sumitur interdum pro calamitate, ac infelicitate, quæ δυσχίλα nominatur. ἔφη ταύτην τὴν ἐπειρώτησιν ἄξειν Λακεδαιμονίοισι ἢ μυρίης κακότητος, ἢ μυρίης εὐδαιμονίης. Dixit hanc interrogationem aut plurimæ calamitatis, aut plurimæ felicitatis initium futuram. vi. 67. ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα. viii. 109. Priorem calamitatem emendare. Vel, Priorem cladem corrigere. Vel, Priorem ignaviam sarcire. κακότης (ut docet Eustathius) ἡ κάκωσις παρ' Ὁμήρῳ. i. e. vexatio, calamitas, clades. καὶ ἡ κακία παρ' Ἡσιόδῳ. Sed et apud Homerum accipitur pro timiditate, ignavia, et vitio. Hom. Il. N. v. 108. ἡγεμόνος κακότητι, μεθημοσύνῃσί τε λαῶν. Idem Il. O. v. 721. ἡμῖν πήματα πολλὰ θέσαν κακότητι γερόντων. Apud Apollon. Rhod. τῶν Ἀργοναυτικῶν lib. i. v. 692. sumitur pro adversa fortuna, et miseria. πάρος κακότητα πελάσσαι. Antequam miseria accedat. Apud Hom. Odyss. T. v. 360. pro corporis afflictione et ærumna ponitur. αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. Hesiodus ἐν Ἔργοις, καὶ ἡμέραις, v. 287. τὴν κακότητα τῇ ἀρετῇ, ut vitium virtuti opponit. τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἱλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι Ῥηϊδίως. ὀλίγη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, &c.

κακῶς. χρῆν Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς. Fatale erat ut Candaulæ male res cederet, infortunium accideret. Sic et Galli, *Il falloit que mal lui advînt.* i. 8. ἐπεὶ ἔδεε οἱ κα-

κῶς γενέσθαι. Cum malum fatale ei impenderet. Cum calamitas ei immineret. iv. 79.

καλὰ ἱρά. ix. 36, 37. Vide ἱρὰ, ὧν.

καλλιερεῖν. com. Læta prosperaque exta facto sacrificio habere. Litare. Numen propitium habere post facta sacrificia. οὐδαμῶς ἐκαλλιέρεε διαβαίνειν μιν. Nullo modo pro transitu suo litare poterat. Nullo modo, facto sacrificio, numen propitium habebat, ut per id sibi liceret transire. vi. 76. τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο. vii. 134. pro, δυνατὸν ἦν. hocque καινοπρεπέστερον, ἀντὶ τοῦ, οἱ Σπαρτιῆται θυόμενοι καλλιερῆσαι οὐκ ἐδύναντο. Spartani sacrificantes litare non poterant. καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν. ix. 19. Valla: Quum pulcre litatum esset. Æm. P. Cum sacra pulcrum, [lætum, atque faustum, rerum] exitum portenderent. Sed observandum est, verbum hoc dici non solum de hominibus, qui sacrificio facto litant, ac a divino numine impetrant id, quod precibus, sacrificioque facto petierunt; adeo ut ipsa sacra pulcrum, lætum faustumque rerum exitum ipsis portendant atque significent: sed etiam ipsis sacris tribui, quæ talem rerum exitum portendunt, ut ex superioribus exemplis patet. Ergo τὸ καλλιερεῖν hominibus tributum, idem valet ac si diceres, καλὰ, τουτέστιν αἴσια τὰ ἱερὰ ἔχειν, καὶ καλὸν, αἴσιον, καὶ εὐτυχὲς τῶν πραγμάτων τέλος ὑπὸ θεοῦ, διὰ τῆς εὐπροσδέκτου θυσίας εὑρίσκειν. Quum vero sacrificiis tribuitur, ἰσοδυναμεῖ τῷ, καλὰ εἶναι, καὶ καλὸν, αἴσιον, εὐτυχὲς τῶν πραγμάτων τέλος τοῖς θυομένοις προσημαίνειν. i. e. Pulcra, læta, faustaque esse, et pulcrum, lætum, faustum, atque felicem rerum exitum hominibus sacra facientibus portendere. Tunc autem τὸ καλλιερεῖν neutraliter poni videtur. Vel ἐλλειπτικῶς Attico, quinetiam Ionico more dicitur, subaudito nomine ἱερὰ, ut in illo superiore exemplo manifeste videmus, οὐδαμῶς ἐκαλλιέρεε διαβαίνειν μιν. Hæc enim idem valent ac, οὐδαμῶς τὰ ἱερὰ αὐτῷ καλὰ ἦν, ὥστε αὐτὸν διαβαίνειν. Vel, οὐδαμῶς τὰ ἱερὰ καλὸν αὐτῷ τῶν πραγμάτων τέλος προὐσήμαινεν, ὥστε αὐτὸν διαβαίνειν. Ὡς σφι ἐκαλλιερέετο, προέσω ἐπορεύοντο. ix. 19. Valla: Ubi, cum pulcra fuissent exta, ire perrexerunt. Æ. P. Cum ipsis pulcre litatum esset, ulterius ire perrexerunt. Vel, Cum sacra pulcrum atque felicem rerum exitum ipsis portenderent, progredi perrexerunt. Quod verbis dilucidioribus ab Herodoto dicitur ix. 36. τοῖσι μὲν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρά. (Μαρδονίῳ δὲ οὐκ ἐπιτήδεα ἐγίνετο τὰ ἱρά. ix. 37.) [Consule Notas in Onosandrum, pag. 25. in γενομένων δὲ καλῶν τῶν ἱερῶν, ubi Xenophontis verba scribuntur, quæ rem totam declarant. Item eadem pag. in ἀνάγκη καλλιερεῖν.] ὡς δὲ οὔτε ἐκαλλιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων. ix. 38. Valla: Quum igitur exta non essent pulcra ad pugnam committendam neque ipsis Persis, neque Græcis, qui cum illis erant. Æm. P. Cum autem nec ipsis Persis, nec Græcis, qui cum ipsis erant, sacra, [vel, victimarum immolatarum exta] lætum, [faustumque rerum] exitum portenderent, ut pugnarent. Pro eodem dicitur, τὰ σφάγια καταθύμιά τινι γίνεσθαι. τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναλαι καλαθύμια γενέσθαι. ix. 45. Victimarum jugulatarum exta copiis grata esse non possunt. i. e. lætum faustumque rerum exitum exercitui portendere non possunt. Exercitus litare nequit. Vide σφάλια. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐκαλλιέρησε, ἀνῆγον τὰς νῆας ἐκ τῆς

Δήλου πρὸς τὴν Σάμον. ix. 96. Cum autem victimarum cæsarum exta lætum rerum exitum Græcis portendissent, [cum Græci litassent,] classem ex Delo Samum versus per altum abduxerunt.

καλλιερεῖσθαι idem ac τὸ καλλιερεῖν. καλλιερευμένῳ ἐν τῷ Ἡραίῳ. Cum in Junonis templo litaret. Vel, Litanti in Junonis templo. vi. 82. ἐκαλλιερέοντο. Litabant. vii. 113. Quid sit καλλιερεῖν, sive καλλιερεῖσθαι, vide apud Suidam. ἐκαλλιερέετο. vii. 167. Sed ibi τὸ ἐκαλλιερέετο videtur sumendum pro καλλιερεῖσθαι πειρᾶτο. Litabat, pro litare conabatur. De quo loquendi genere consule nostras notas in Eurip. Andromacham, v. 810. κτείνουσα, ἀντὶ τοῦ, κτείνειν ἐθέλουσα, καὶ ἐπιχειροῦσα, &c. Sequentia Herodoti verba conjecturam istam confirmant. οἱ Ἕλληνες ἐκαλλιερέοντο. ix. 92. Græci litarunt. Vide καλλιερεῖν in meo Græcol. Dor. Lexico; item in Græcol. indice Xenophonteo.

καλλιστεύειν, com. Formosissimum esse. Pulcritudine excellere. ἐξῳνέοντο τὰς καλλιστευούσας. Formosissimas quasque emebant. i. 196. ταῦρος ὁ καλλιστεύων. Pulcerrimus, vel præstantissimus, vel optimam operam navans, taurus. iv. 163, 180. παρθένους τὰς καλλιστευούσας. Formosissimas virgines. vi. 32. καλλιστεύειν πασέων τῶν γυναικῶν. Omnium mulierum formosissimam esse. vi. 61. ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι. viii. 124. Curru, qui Spartæ pulcerrimus erat.

καλλιστεύειν. comm. Fortissimum esse. Fortissime rem gerere. τῶν ἐπιβατέων τὸν καλλιστεύοντα. Eum, qui inter classiarios milites, vel inter navis propugnatores fortissime rem gesserat. vii. 180.

καλλονή, ῆς, ἡ. Ion. et poet. pro com. κάλλος. Forma. Pulcritudo. εἴρια καλλονῇ προφέροντα. Lanæ pulcritudine excellentes. iii. 106. vii. 36.

καλὸς, ὁ. com. pro forti. τὸν εἶλον Ἑλλήνων κάλλιστον. vii. 180. Quem Græcorum fortissimum ceperunt.

καλύπτρη, ης. Ion. pro com. καλύπτρα. Tegumentum. Operculum. καλύπτρας τῶν φαρετρέων ποιεῦνται. Pharetrarum opercula faciunt. iv. 64.

Καλύστριοι. Nomen Indicum, quod Græce valet idem ac τὸ Κυνοκέφαλοι. Ctesias Ind. 20.

καματηρὸς, ὁ. com. Laboriosus, labore defatigatus, defessus. iv. 135.

κάμπτειν. com. Sæpe de navium itinere dicitur, quod circum aliquem locum faciunt, cursum flectentes. Circumvehi. κάμπτων τὴν Τορωναίην ἄκρην. vii. 122. Promontorium Toronæum navibus circumvectus. κάμψαντες τὴν ἀκρὴν τῆς Μαγνησίης. vii. 193. Magnesiæ promontorium navibus circumvecti.

καπνοδόκη, ης, ἡ. Ion. et poet. Quidam fumarium, ut Valla, vertunt. Alii, caminum. Utrumque verum. Nam καπνοδόκη dicta παρὰ τὸ τὸν καπνὸν δέχεσθαι. i. e. fumum ex igne prosilientem excipere, quod caminus præstat. Sic autem hanc vocem Eustat. explicat: καπνοδόκη, ὀπὴ κατὰ τὸ μέσον τῆς ὀροφῆς, δι' ἧς ἐκφέρεται ὁ καπνός. Pro eodem dicitur et κάπνη. Vide. ἦν γὰρ κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος. viii. 137. Per fumarium enim, vel, per caminum, sol in ædes intrabat. iv. 103.

κάπριος apud Herodotum accipitur pro eo, qui apri instar rostrum habet, navibusque tributum pro rostrato sumitur. τῶν νηῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας. Navibus proras rostratas habentibus. iii. 59.

καραδοκεῖν. com. Exspectare. Quid proprie significet, vide in vulg. Lexicis. καραδοκήσοντα τὴν μάχην,

ἢ πεσέεται. vii. 163. Exspectaturum quonam pugna casura esset, quem exitum esset habitura. vii. 168. ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται. viii. 67. pro ἢ ἀποβήσεται.

καρῇ. Tertia persona singul. aor. 2. pass. subjunctivi modi, a κείρω, tondeo, cædo, vasto. aor. 2. act. ἔκαρον. aor. 2. pass. ἐκάρην, ης, η. ἐὰν καρῶ, ῇς, ῇ. iv. 127.

κάρτα. com. pro quo dicitur συνωνύμως πάνυ, σφόδρα. Valde. Vehementer. Admodum. κάρτα ἤσθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης. viii. 69. Artemisiæ sententia vehementer est delectatus. τὸ κάρτα οὔνομα ἔχων. Magnum ac celebre nomen habens. i. 71. iii. 104.

καρτερός. Ion. et poet. Acer. Vehemens. μάχης καρτερῆς γενομένης. Acri prælio commisso. i. 76.

κατὰ cum personis junctum, tempori serviens. κατὰ Ἄμασιν βασιλεύοντα. Amasi regnante. ii. 134. κατὰ τοῦτον. Hoc vivente. ibid.

κατὰ cum accus. Ion. pro com. περὶ cum genitivo. τὰ κατὰ Ῥηγίνους, καὶ Ταραντίνους, ἀντὶ τοῦ, τὰ περὶ τῶν Ῥηγίνων, καὶ Ταραντίνων (ῥήματα, τὴν περὶ τῶν Ῥ. καὶ Τ. διήγησιν, ἢ, τοὺς περὶ Ῥ. καὶ Τ. λόγους.) vii. 171. Verba de Rheginis, et Tarentinis facta.

κατὰ cum accusat. pro διά. κατὰ πλῆθος μεμφθείς. Propter paucitatem conquestus. Suorum paucitatem causatus. i. 77. κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν. Nulla quidem alia de causa. i. 143. κατ' ἐπωνυμίην, pro διά. i. 173. κατὰ τοῦτο, pro διὰ τοῦτο. iii. 137. v. 3. vi. 44, 51, 60. κατὰ ταῦτα. διὰ ταῦτα. vii. 136, 142. κατ' ἀνδραγαθίην. Ob virtutem. vii. 166. κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, pro δι' ἄλλο. viii. 30. κατὰ ἔχθος αὐτέων. ix. 15. Ob odium ipsorum. Ob odium, quo ipsos prosequeretur. ix. 37. κατὰ τὸ κέρδος. ibid. Ob quæstum. Quæstus causa. κατ' ἄλλο οὐδέν. ix. 109.

κατὰ cum. accus. tempori serviens. κατὰ τὴν Καμβύσεω νοῦσον ἐγένετο τάδε. Hæc circa Cambysis morbum acciderunt. Hæc, dum ægrotaret Cambyses, acciderunt. Hæc ægrotante Cambyse contigerunt. iii. 120. κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. Eodem tempore. iii. 131.

κατὰ cum accusativo significans, Quod attinet. Quod pertinet ad aliquid. Gallice, *Touchant.* κατὰ μέν νυν τὸν κρητῆρα οὕτω ἔσχε. Quod igitur attinet ad craterem, ita res habet. i. 70. κατὰ τὴν Κροίσου ἀρχήν, ἔσχε οὕτω. i. 91. κατὰ τὴν τούτου προθυμίην τέθνηκας, τὸ δὲ κατὰ θεοὺς περιεῖς. Quod ad hujus studium attinet obiisti, quod vero ad Deos, superstes es. i. 124. κατὰ μὲν δὴ Κᾶρας. Quod igitur ad Caras attinet. i. 171. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου. Quod igitur attinet ad finem vitæ Cyri. i. 214. ii. 3. 116. vi. 67.

κατὰ cum accus. pro πρός. ἀποπλέειν κατὰ βίου καὶ γῆς ζήτησιν. Ad victum sedesque quærendas abiisse. i. 94. κατὰ λητίην ἐκπλώσαντας. Ad prædam profectos. Prædandi causa profectos. ii. 152.

κατὰ cum accus. loco dat. cum. ἐν, vel loco gen. τῶν μελλόντων γενέσθαι κακῶν κατὰ παῖδα. pro ἐν τῷ παιδὶ, vel κατὰ παιδός. Malorum, quæ filio erant eventura. i. 34.

κατὰ cum accus. loco gen. vel pro acc. cum præpos. πρός. adversus, contra. εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι. Nisi contra ipsos fieret, quod contra viperas fieri scio. iii. 108.

κατὰ cum accus. Ion. pro περὶ cum gen. De. Gall. *Touchant quelque chose.* ἐπειρωτῶν τὸν κήρυκα κατὰ τὴν ἀπὸ Κορίνθου ἄπιξιν. Præconem interrogans de ipsius adventu ab urbe Corintho. pro περὶ τῆς ἀπίξιος. v. 92. §. 6.

κατὰ, magnitudini rei alicujus exprimendæ serviens. κατὰ συκέην

μάλιστα. Ferme eadem magnitudine, qua ficus arbor. iv. 23.

κατὰ pro σχεδόν. Circiter. Gallice, *Environ.* Propemodum. Fere. κατὰ ἑξακόσια ἔτεα. Circiter 600 annos. Ferme 600 annos. ii. 145. vi. 79.

κατ' ἡσυχίην. Ion. pro com. καθ' ἡσυχίαν, per otium. i. 9.

κατὰ καιρὸν ἦν αὐτῷ. Ei per otium licebat. ὡς οἱ κατὰ καιρὸν ἦν. Prout ei per otium licebat. Prout ei opportunum erat. i. 30.

κατὰ τὸ ὀρθόν. Ion. pro com. ὀρθῶς. Recte. vii. 143.

κατὰ τὸ καρτερόν. Ion. et Herodotea locutio, pro com. κατὰ κράτος, vel καρτερῶς, vel κρατερῶς. Per vim. i. 212.

κατὰ τὸ δίκαιον. Secundum æquitatem. Jure. vii. 148.

κατὰ τὸ ἰσχυρόν. Herodotea locutio, pro com. κατὰ κράτος. per vim. vel κατὰ δύναμιν. pro viribus, totis viribus. v. 62.

κατὰ πόδας ἐλαύνων. ix. 89. Vestigia sequens. Vestigiis insistens.

κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. pro κατέλευσαν μὲν, κατέλευσάν δε. ix. 5.

κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω, τοσαῦτα ἐγένετο. ix. 113. Ac quod ad Xerxis amorem attinet hæc acciderunt. Vel, Ac de Xerxis quidem amore hæc hactenus.

κατὰ τάχος. com. pro quo ταχέως, longe frequentius. i. 124.

κατὰ τωὐτὸ γίνεσθαι. Herodotea locutio. Consentire, q. d. In eodem scilicet loco, vel in eadem sententia esse. κατὰ τωὐτὸ γενόμενοι. Cum consensissent. Cum in eadem sententia fuissent. iv. 119.

καταβάλλειν. Ion. et com. Demoliri. Evertere. Prosternere. Dejicere. καταβαλεῖν Περσῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. Evertere crescentem Persarum potentiam. i. 46. κατεβάλλοντο πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων. ix. 63. Multos de Lacedæmoniis prostraverunt.

καταβάλλειν, ad annuos, vel quotidianos reditus, sive proventus, relatum. Reddere. Sic Galli, *Rendre.* ἐς βασιλήϊον καταβάλλει ἐπ' ἡμέρην ἑκάστην τάλαντον ἀργυρίου ἐκ τῶν ἰχθύων. In regium fiscum quotidie argenti talentum ex piscibus contractum reddit, inferendum affert. ii. 149.

καταβάλλειν ἐς τὸ μηδέν. ix. 79. Ad nihilum redigere. (ἐξαίρειν ὑψοῦ. ibid. In altum extollere.)

καταβάλλειν φάτιν. Herodotea locutio. Rumorem spargere. i. 122.

καταβιβάζειν. com. (ἀναβιβάζειν. Deponere.) Vulgo dicitur, Facere descendere. i. 86. καταβιβάσαντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς πυρῆς. Cum eum a pyra detrahi, ac humi deponi jussisset. i. 87.

καταβώσομαι. Ion. pro com. καταβοήσομαι. καταβοᾶν, vel καταβοᾶσθαί τινος. Magnis clamoribus in aliquem invehi. Et simpliciter, In aliquem invehi. Aliquem accusare. οἱ Αἰγινῆται ἔπεμπον ἐς Σπάρτην ἀγγέλους καταβωσομένους Λευτυχίδεω. vi. 85. Æginetæ legatos Spartam miserunt, ut in Leutychidem inveherentur. vel, Ut Leutychidem accusarent. Leutychidem accusaturos.

καταγαῖος, ὁ καὶ ἡ. com. Subterraneus. καταγαῖον οἴκημα ἐποιέετο. Subterrancum ædificium faciebat. iv. 95, 96, 175, 192.

καταγειν. com. Reducere. καταγει ἐς τὴν ἐωυτῆς ἀκρόπολιν. In suam arcem reducit. i. 60. v. 30, 31, 92. §. 1. vii. 153.

καταγελᾶν. com. Deridere. Illudere. Cum dativo frequens apud Herodotum. πολλὰ τώγάλματι κατεγέλασε. Simulacrum valde derisit. Simulacro vehementer illusit. iii. 37. τοῖς ἱροῖσι, καὶ νομαίοισι καταγελᾶν. Templa ritusque ludibrio habere. iii. 38. Πέρσῃσι καταγελᾶν. iii. 155. Persas deridere. Persas habere ludibrio. ἡμῖν καταγελᾶτε ὦ Σκύθαι. Nos

deridetis o Scythæ. iv. 79. ἡμῖν καταγελάσαι. Nos deridere. vii. 9.

καταγέλαστος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Ridiculus. Qui aliquibus est ludibrio. Qui deridetur ab aliquibus. Gall. *Qui est en moquerie.* σὺ Πέρσας, βασιλεῦ, μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γενέσθαι Ἕλλησι. viii. 100. Ne, rex, committas ut Persæ Græcis sint ludibrio.

καταγιάζειν. idem ac τὸ καταγίζειν. i. 202.

καταγίζειν. Ion. pro com. καθαγίζειν. Consecrare. Dicare. Offerre. Adolere. ταῦτα τὰ ἀκροθίνια καταγισῶ, pro καθαγίσειν. Has primitias consecrare. i. 86. καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα. Thuris mille talenta adolent. Valla vertit, centum millia talentorum, quod non est in Græco textu. i. 183, 198. ii. 40, 47, 130. iv. 35. vii. 167.

καταγινέειν, εῖν. Ion. pro com. καταάγειν. Deducere. Ducere. Reducere. vi. 75.

καταγορεύειν. Accusare. σφέας αὐτοὺς ἐγὼ κατερέω πρὸς τὸν μάγον. Vos ipsos apud magum accusabo. Vestrum nomen ad magum deferam. iii. 71. σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν. vii. 205. Valla: Quod eos maxime insimulabat, quod cum Medis sentirent. Vide κατηγόρητο.

καταγράφειν. Apud Herod. peculiariter interdum accipitur non pro describere, delineare, depingere, (quæ significationes sunt tritæ,) sed pro unguibus impressis exulcerare, ac dilaniare. De leonis catulo dictum. ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ διακινεόμενος, ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας. αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐπικνέεται καταγράφων. Leonis catulus in matris utero dum movetur, quod ungues omnium ferarum longe acutissimos habeat, uterum lacerat. Dum autem augetur, multo magis unguibus impressis uterum lacerat. iii. 108.

καταγωγὴ, ῆς, ἡ. com. Diversorium. Publicum hospitium, ad quod hospites divertunt. v. 52. vi. 35.

καταδέειν, εῖν. Constringere. μεταφορικῶς ἐξελέγχειν. Arguere. Convincere facinoris alicujus, et quodammodo constrictum tenere. Sed est Herodoteum loquendi genus. κατέδησάν μιν φῶρα εἶναι, v. s. Ipsum constrinxerunt furem esse. i. e. furti convicerunt. ii. 174. ἢν καταδήσωσί μιν ἐπιορκῆσαι. Si ipsum perjurii convicerint. iv. 68.

καταδεῖ. V. H. cum genitivo junctum, pro com. δεῖ. Indiget. Opus est ei. Ei deest. καταδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων. Ei 15 stadia desunt. ii. 7. ἐείκοσι ποδῶν καταδέουσαν. 20 pedibus minorem. ii. 134. ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. ix. 30. Quibus 800 viri deerant. καταδεουσέων τεσσέρων. ix. 70. Quibus quatuor [myriades] deerant.

καταδέξαι. Ion. pro καταδείξαι. δηλῶσαι. Ostendere. Patefacere. Demonstrare. τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες. Hi sunt qui Tartessum ostenderunt. patefecerunt. i. 163. οἱ καταδέξαντες. Qui ostenderunt, ac docuerunt. i. 171. καταδέξαντος. iv. 42.

καταδέουσα. Vide καταδεῖ.

κατάδηλος, ὁ καὶ ἡ. com. Conspicuus. Manifestus. ἐγένετο κατάδηλος τρόπῳ τοιῷδε. Hoc modo factus est manifestus, detectus est. iii. 68. ἢ τὸν μάγον κατάδηλον ἐποίησε. Quæ magum detexit. Quæ magi fraudem patefecit. iii. 88.

καταδιδοῦν. Ion. pro com. καταδιδόναι. Apud Herod. accipitur pro influere. Dictum de fluviis in mare se exonerantibus, aut de mari in alterum mare decurrentibus, ac defluentibus. ἡ Προποντὶς καταδιδοῖ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. Propontis in Hellespontum influit. iv. 85. [Vide ἐκδιδοῦν.]

καταδικάζειν. Condemnare. σεωῦτοῦ

καταδικάζεις θάνατον. Te ipsum morte condemnas. i. 45.

καταδοκεῖν. Opinari. i. 22, 79. κατέδοξα. Existimavi. i. 111. τὸν καταδοκέω ἐγώ. Quem ego opinor. iii. 69. σφέας καταδόξαντες εἶναι κλῶπας. Ipsos fures esse rati. vi. 16. παρὰ δόξαν ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον. viii. 4. Præter opinionem, et aliter quam ipsi exspectabant. Præter ipsorum opinionem et exspectationem. τάδε καταδόξας. viii. 69. Hæc arbitratus. ix. 57. τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, δυνάμιος ἐπιλαζομένοισι. ix. 99. Ἰωνικῶς dictum, ἀντὶ τοῦ, οἷσι καὶ δυνάμιος ἐπιλαζομένοισι κατεδόκεον νεοχμόν τι ποιέεσθαι ἄν, τουτέστι ποιηθήσεσθαι.

καταδοκεῖν. Improbare. εὐδοκεῖν. Comprobare. πάγχυ σφέας καταδόξας. Ipsos, ipsorumque factum, valde improbans. iii. 27.

καταδρέπειν. Ion. et poet. Decerpere. τὰ φυλλα καταδρέποντες κατήσθιον. viii. 115. Folia decerpentes comedebant, folia decerpta comedebant.

καταδύειν. μ. καταδύσω. com. Demergere. κατέδυσε. viii. 87, 88. [Navem] demersit. κατεδύετο. viii. 90. κατέδυσε τὴν νῆα. ibid. ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νηός. ibid.

καταδύνειν. com. Demergere, abscondere, subire. τὰς ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην. ix. 37. Interdiu se sylvis abdens. Interdiu in sylvis se occultans. In hoc autem καταδύνων vel accus. ἑωυτὸν subaudiendus, vel verbum neutraliter est accipiendum.

καταείδειν. com. pro quo et κατάδειν. Incantare, carminibus afficere, carminibus compescere, placare. καταείδοντες γόητες τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι. vii. 191. Valla: Magi veneficiis incantando ventum. τὸ καταείδειν autem ut τὸ καταγελᾶν Herodoteo more cum dat. junctum.

καταθεῖναι. com. Deponere, pendere, persolvere. ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ. ix. 120. Centum talenta pendere Deo.

καταθύειν. com. Mactare. πρόβατα καταθύειν. viii. 19. Pecudes vel oves mactare.

καταθύμιος, η, ον. Ion. et poet. pro quo et θυμήρης dicitur συνωνύμως. Animo gratus. Gratus. ἐούσης ταύτης οἱ καταθυμίης. Cum hæc ipsi grata esset. v. 39. τῇ στρατιῇ καταθύμια σφάγια. ix. 45. Sacrorum exta, victimarum jugulatarum exta, exercitui grata, lætum, faustumque rerum exitum significantia.

καται Ion. term. 3. pers. plur. perf. pass. pro altera magis frequenti χαται, utraque vero pro com. prout verbum fuerit. Exempli gratia, ἄνδρες ἀπίκαται. vii. 209. Viri venerunt, pro ἀφιγμένοι εἰσί. Sed hic Ionismus tribus generibus servit. Vide ἀπίκαται. Et terminationem χαται, ubi formatio hujus Ionismi demonstratur.

καταιδεῖσθαί τινα. Herodotea locutio. Revereri aliquem. καταιδεόμενος ἡμέας. Nos reveritus. Nostri reverentia commotus. iii. 72. καταιδεόμενοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους. Primos Persarum viros reveriti. iii. 77.

καταινεῖν. Ion. et Herodot. vocab. pro com. συμφωνεῖν. Consentire, comprobare, collaudare, assentiri. τοῦτον καταινέουσι βασιλέα σφίσι εἶναι. Consenserunt hunc sibi regem esse. i. 98. καταινέσαντος ἐπὶ τούτοισι τοῦ παιδός. Cum filius his conditionibus assensus fuisset. Cum has conditiones comprobasset. iii. 53. καταινέει ταῦτα. Hæc comprobat. His assentitur. iv. 80. vi. 62. οὐ καταινέσαμεν. ix. 7. non assensi sumus. καταίνεον. ix. 33. annuerunt. assensi sunt. ix. 34.

καταινεῖν. V. H. Annuere. Annuendo concedere, pro com. συγχωρεῖν. Concedere. Gallice, *Accorder. Octroyer.* καταίνεον [ἅπερ ἠ-

τεῖτο.] ix. 33. Annuerunt, [concesserunt quæ petebat.] οἱ Ἀργεῖοι ἀπειληθέντες ἐς στεινὸν, καταινέουσι καὶ ταῦτα. ix. 34. Argivi in angustias compulsi, hæc etiam [ipsi] annuerunt, [annuentes concesserunt, hæc quoque concesserunt.] Sic enim hoc accipiendum ex sequentibus Herodoti verbis patet. ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται (ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ) πάντως συνεχώρεόν οἱ. συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων. ix. 35. Sic etiam Spartiatæ (Tisameno enim magnopere indigebant) omnino concesserunt ei [quæ postulabat.] Cum autem Spartiatæ hæc etiam [ei] concessissent.

καταιρεῖν. Ion. pro com. καθαιρεῖν. Evertere. Demoliri. Vide κατελεῖν. ἡγεμονίη καταιρεθεῖσα. Principatus eversus. i. 46. καταιρήσειν τὴν Περσέων δύναμιν. i. 71. τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε. Crœsi regnum evertit. i. 95. Ἀσυάγεα καταιρέειν πειρήσονται. i. 124. ii. 147.

καταιρεθεῖσα. Ion. pro com. καθαιρεθεῖσα, a καθαιρέω, ῶ. Demolior. Everto. ἡγεμονίη καταιρεθεῖσα. Principatus eversus. Imperium eversum. i. 46. iv. 137.

καταιρεῖν. Ion. pro com. καθαιρεῖν, hocque pro κατορθοῦν, καὶ ἐπιλυχῶς ἀποτελεῖν. Feliciter conficere. τὰ μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι. vii. 50. Valla: Magna negotia magnis cum periculis suscipi volunt. Sed parum commode. Vertendum enim, Res magnæ magnis cum periculis feliciter confici solent, vel ad felicem finem perduci solent, vel simpliciter, confici consueverunt.

καταιαὲις, εῖσα, έν. Vide καίειν.

καταικερτομεῖν. Ion. et poet. Verbis mordacibus, animumque proscindentibus, insectari. i. 129. Σαπφώ μιν πολλὰ κατεκερτόμησε. Sappho ipsum multis conviciis, vel cavillis, est insectata. ii. 135.

κατακεχύαται. Ion. pro com. κατακέχυνται. ii. 75. Vide ύαται.

κατακηροῦν. Herodoteum verbum. Cera tegere. Cera circumlinire. καλακηρωσαντες δὴ ὧν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. Persæ cadaver cera circumlitum terra condunt. i. 140. Cic. Tusc. Quæst. lib. 1. hunc Herodoti locum videtur explicasse. c. 45. Persæ etiam cera circumlitos condiunt. Sed ibi legendum est condunt, id est, recondunt, occultant. Error ex præcedenti periodo manavit, ubi dicitur, Condiunt Ægyptii mortuos, et eos domi servant. Ἀναλαμβάνουσι τὸν νεκρὸν κατακεκηρωμένον. Suscipiunt cadaver cera circumlitum. iv. 71.

κατακοιμᾶν τὴν φυλακήν. Herodotea locutio. Custodiam, vel vigiliam edormire. id est, Dormire quum vigilandum est, et quum excubiæ sunt agendæ. κατακοιμήσαντος τὴν φυλακήν. ix. 93. Cum vigiliam edormisset. ibid.

κατακοιμίζειν. com. pro quo et κατακοιμᾶν. Sopire. quod Gallice dicitur *Endormir*. Barbare vero, facere dormire. ξεῖνόν τινα κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάραον. viii. 134. Valla: Peregrino [pecunia corrupto,] in delubro Amphiarai obdormisse. Æ. P. Peregrinum quendam [pecunia corruptum] in Amphiarai delubro sopivisse, i. e. dormire jussisse. Sic enim jam τὸ κατακοιμίζειν est accipiendum. ibid. οὐκ ἔξεστι Θηβαίων οὐδενὶ αὐτόθι κατακοιμηθῆναι. id est, Nulli enim Thebanorum ibi dormire licet. ἐς Ἀμφιάραον autem figurate dictum, ἀντὶ τοῦ, ἐς τὸν Ἀμφιαράου ναὸν, hocque Ἀττικώτερον, ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸν Ἀμ. ν. vel, ἐν τῷ Ἀμφιαράου ναῷ.

κατακοντίζειν. com. Telis confodere. Jaculis conficere. κατακοντιεῖ σφέας. ix. 17. Ipsos jaculis confodiet. κατακοντιεῖ Ion. et Attice pro κατακοντίσει com.

κατακοπὲις, εῖσα, έν. com. Concî-

sus, a, um. In minuta frusta dissectus. ix. 89.

κατακόπτειν. com. Concidere. In minuta frusta dissecare. *ἐζουλεύσαντο παίδων ἕνα κατακόψαι*. Unum de pueris concidere statuerunt. i. 73. iii. 96.

κατακούειν, pro *ὑπακούειν*. Obtemperare. Morem gerere. Parere. *Ἀράβιοι οὐδαμᾶ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι*. Arabes Persis nunquam paruerunt, ut ipsis servirent. Nunquam in servitutem a Persis redacti sunt, ut ipsis parerent, eorumque imperio subjecti essent. iii. 88.

κατακράτος νικᾶν. Ctesias Pers. 7, 25, 33. Per vim vincere. Armis, pugna, corporisque viribus, et contentione, victoriam ab hoste reportare. Aperte vi hostem superare. (Dolo, minis, vel deditione facta, adversarios vincere.)

κατακρεουργεῖν. V. H. Laniorum more concidere. Ut in laniena frustatim concidere. In frusta dissecare. *ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος, ἐς ὃ κατεκρεουργήθη ἅπας*. vii. 181. Tamdiu pugnans restitit, donec velut in laniena totus frustatim est concisus. Nullum præter hoc hujus loci exemplum in vulgatis Lexicis exstat.

κατ' ἄκρης αἱρεῖν. Herodotea locutio. Funditus evertere. vi. 18. Vide *κατάκρας* in vulgatis Lexicis. vi. 82.

κατακρατέειν, *εῖν*. com. Vincere. Superare. Obtinere. *Οὐνόματι κατακρατέων, ἀνωνύμους τοὺς ἄλλους ποιέει εἶναι*. vii. 129. Suo nomine superans, [id est, suum nomen præter cæteros fluvios retinens, ac eos hac in parte vincens,] facit ut alii fluvii sint sine nomine, facit ut suum nomen amittant. *κατακρατήσαντα πολλόν*. vii. 168. Longe superiorem.

κατακρίνειν. comm. Condemnare. Aliquid adversus aliquem decernere. *τοῖσι κατεκέκριτο θάνατος*. vii. 146. Mors, capitale supplicium in hos decretum fuerat. Capitalis supplicii sententia in hos lata fuerat. Capite damnati fuerant.

καταλαλέω, *ῶ*, *ήσω*. V. H. pro commun. *καταλαμβάνω*. Deprehendo. Nanciscor. Et impersonal. Accidit, Evenit, Contingit. *Οἷά μιν καταλελάζηκε*. Qualia sibi accidissent, evenissent, contigissent. iii. 42. Sic et illud *καταλάμψεται* sumendum, pro *συμβήσεται*. Accidet, continget. iv. 33. cum accusat. junctum. *Εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς ὑμέας καταλελάζηκε ἀδύνατόν τι βοηθέειν*. ix. 60. Valla: Quod si vobis aliquo discrimine occupatis fas non est subsidio venire. Æ. P. Si vero vos ipsos impedimentum aliquod occuparit, ne subsidio [nobis] veniatis. Vel, Si quid vero vobis ipsis acciderit, quod impediat ne [nobis laborantibus] opem feratis, [vel, subsidio veniatis.] Hæc enim *ἰσοδυναμοῦσι τούτοις*, *εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς ὑμέας καταλελάζηκέ τι κώλυμα, ὥστε ἀδύνατον ὑμῖν εἶναι βοηθέειν ἡμῖν. ἦν ἄρα σφέας καταλαμβάνῃ, οἷά περ κατέλαζε*. ix. 104. Valla: Si qui casus (quemadmodum accidit) eos deprehendissent. Æ. P. Si quid ipsis forte accideret, ut accidit. v. s. Si forte [res tales] ipsos deprehenderent, quales deprehenderunt. *τοῦτον τὸν Ἑρμόλυκον κατέλαζε ἀποθανόντα ἐν μάχῃ, κεῖσθαι ἐπὶ Γεραιστῷ*. ix. 105. Huic Hermolyco accidit ut in prælio cæsus, in Geræsto jaceret.

καταλαμβάνειν variis modis positum apud Herodotum, qui apud alios non sunt in usu, vel saltem rarissime aperiuntur. *Τὸν Συλοσῶντα κατέλαζε εὐτυχίη τοιήδε τις*. Quædam hujusmodi felicitas Sylosonti contigit. iii. 139. vide *καταλαζέω*, *ῶ*. Verba sonant, Quædam hujusmodi felicitas Sylosontem deprehendit, nacta est. Sed fortasse *καθ' ὑπαλλαγὴν* dictum

fuerit, ἀντὶ τοῦ, ὁ Συλοσῶν κατέλαβε εὐτυχίην τοιήνδε τινά. Quandam hujusmodi felicitatem nactus est Syloso. Vel καταλαμβάνειν sumendum pro συμβαίνειν. Vide λάμψομαι et καταλαμβάνειν.

καταλαμβάνειν. com. Deprehendere. Corripere. Capere. συμβαίνειν. Accidere. Ἰνταφέρνεα κατέλαβε ὑβρίσαντα τάδε, ἀποθανεῖν. Valla: Intaphernem cepit, ac capite damnavit ob hanc noxam. iii. 118. Quæ verba sic nobis accipienda. Ἰνταφέρνεα κατέλαβε, ὥστε αὐτὸν τὸν Ἰνταφέρνεα ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ Δαρείου· διὰ τί; ὑβρίσαντα τάδε. ἀντὶ τοῦ, ὅτι τῇδε τῇ ὕβρει τὸν βασιλέα ὕβρισε. Νοῦσός μιν κατέλαβε νοσῆσαι τὰ αἰδοῖα. Morbus illum corripuit, quo pudenda laboravit. Vel, quo ejus pudenda laborarunt. iii. 149. Vel etiam τὸ καταλαμβάνειν hic pro συμβαίνειν, accidere, contingere, sumitur. Vide καταλαμβάνειν variis modis positum. Et καταλαβέω, ῶ. et λάμψομαι. Quare vertes: Accidit Intapherni, ut ob hanc injuriam [regi factam] moreretur. Et, Morbus ipsi accidit, ita ut pudendis laboraret. pro, Accidit ipsi ut pudendorum morbo laboraret. νοσῆσαι, ἀντὶ του, ὥστε νοσῆσαι. quæ verba dilucidius ita reddi possent, νοῦσος αὐτῷ συνέβη, ἣν κατὰ τὰ αἰδοῖα ἐνόσησε. Vel, συνέβη αὐτὸν νοσῆσαι νόσον περὶ τὰ αἰδοῖα. Hoc longe melius ac usitatius. Sic etiam intelligendum illud exemplum, quod exstat iv. 105. κατέλαβε σφέας ἐκλιπεῖν τὴν χώρην. Accidit ipsis ut regionem relinquerent. Valla vertit, Coacti fuerant solum vertere. Sed verborum Græcorum vim non satis bene nobis expressit, licet sensum non male declararit. Nam τὸ καταλαβεῖν ad quandam externam necessitatem referri potest, quæ aliquem invadit, et quodammodo corripit, atque sibi parere cogit. Videtur autem hic ἔλλειψις esse, et ἀνάγκη subaudiendum, ut plenam locutionem esse dicas, ἀνάγκη σφέας κατέλαβε ἐκλιπεῖν χώρην. Necessitas ipsos invasit ut regionem desererent. Necessitas ipsos pristinum agrum deserere coegit. ἐκλιπεῖν vero, pro ὥστε ἐκλιπεῖν. Quod ἐλλείψεως γένος et in præcedentibus locum habere potest, ut rem sic accipias, Ἰνταφέρνεα ἀνάγκη κατέλαβε ὥστε ὑβρίσαντα τάδε ἀποθανεῖν. In altero exemplo nomen νοῦσος verbum κατέλαβε regit. Νοῦσος vero est quædam ἀνάγκης species. Morbus enim illis, quos invadit, multa mala patiendi necessitatem imponit, eosque præter voluntatem multa ferre cogit. πρὸς τὴν καταλαβοῦσαν συμφορήν. ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν αὐτοὺς καταλαβοῦσαν συμφοράν. vel, διὰ τὴν αὐτοῖς συμβᾶσαν συμφοράν. Ob cladem, quæ ipsos corripuerat, vel invaserat. i. e. ob calamitatem, quæ ipsis acciderat. iv. 161. τότε ταῦτα τοὺς Μιλησίους κατελάμβανε. Hæc Milesiis tunc acciderunt. vi. 19. Στησαγόρεα κατέλαβε ἀποθανεῖν ἄπαιδα. Accidit Stesagoræ, ut sine liberis moreretur. vi. 38. Τὸν Κίμωνα κατέλαβε φυγεῖν. Accidit Cimoni ut fugeret. vi. 103. καί μιν κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων. Eique contigit ut a Pisistrati filiis cæsus obiret. ibid. οἷόν κοτε ἡμέας ὀλίγου ἐδέησε καταλαβεῖν πάθος. Qualis clades parum abfuit quin olim nobis accideret. vii. 10. §. 3. καί σφεας καταλαμβάνει πάντας ἅμα σοὶ στρατεύεσθαι. Ipsisque contigit ut omnes tecum militent. vii. 38. ἢν σφέας καταλάβῃ ἄλλο πταῖσμα. vii. 149. Si qua alia belli offensio sibi contingeret. ὡς Ἱπποκράτεα κατέλαβε ἀποθανεῖν. vii. 155. Cum accidisset ut Hippocrates moreretur. ταύτην τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι. viii. 55.

Accidit ut hæc olea cum reliquo templo cremaretur. ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ καταλαβόντα. ἀντὶ τοῦ, τὰ συμβάντα. ix. 49. Mardonio significavit, ea quæ acciderant. αὐτὸν δὲ Σωφάνεα κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν. ix. 75. Ipsum vero Sophanem ab Edonis occidi contigit. τούτου τὸν πατέρα κατέλαβε πρῆγμα τοιόνδε. ix. 93. Hujus patri res hujusmodi accidit. ὅτε κατέλαβε, σὺν προθυμίη ἀπήισαν. Ctesias Pers. 44. Postquam [id, quod exspectabant,] accidit, alacriter abierunt. Pausanias in Atticis. p. 7, 8. κατέλαβεν [αὐτὴν] ἀποθανεῖν.

καταλαμβάνειν. com. Comprehendere. Prehendere. In suam potestatem redigere. Superare. καταλαβεῖν τὸ πῦρ. Ignem superare, ac exstinguere. i. 87. (quod i. 86. dicitur συνωνύμως τοῦ πυρὸς ἐπικρατῆσαι. Ignem vincere, superare, et σβεννύναι τὸ πῦρ. i. 86, 87.) nisi forte καταβαλεῖν, παρὰ τὸ καταβάλλειν deductum, scribas, facilis est hæc literarum per imprudentiam trajectio. Proprie autem καταβάλλειν significat dejicere, demoliri, prosternere. μεταφορικῶς exstinguere, sedare.

καταλαμβάνειν. com. pro ἀπατᾶν. Fallere. Decipere. Circumvenire. καὶ σφεας Ἀλέξανδρος σοφίη κατέλαβε. Et ipsos Alexander astutia circumvenit. v. 21.

καταλαμβάνειν διαφοράς. Herodotea locutio, pro com. διαλύειν διαφοράς. Dirimere controversias. vii. 9.

καταλαμβάνειν τινὰς πίστι, καὶ ὅρκιοισι. ix. 106. Aliquos fide [ab illis accepta,] et jurejurando [interposito,] obstringere [sibi.]

καταλαμπτέος, α, ον. Ion. pro com. καταληπτέος. Deprehendendus. Comprehendendus. Præoccupandus. Antevertendus. καταλαμπτέος ἐστὶ ἡμῖν θανάτῳ. Is nobis morte est occupandus, prius est necandus, quam evadat, nobisque noceat. iii. 127.

καταλέγειν. com. Recensere. Enumerare. Dicere. καταλέξει ἑωυτὸν μητρόθεν. Se ipsum a materno genere recensebit. Suum genus a matre deductum recensebit. i. 173. ἡ καταλεχθεῖσα χώρη. Commemorata regio. Regio descripta. iv. 28, 50. καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην. Scytharum inopiam commemorans. iv. 83. τὰ καταλεχθέντα. iv. 95, 114, 118. προκαταλεχθείσης. iv. 175. καταλέγων. v. 36, 52. vii. 99, 115.

καταλέγεσθαι. com. idem ac τὸ καταλέγειν. Recensere. Narrare. Commemorare. τὴν ἑωυτοῦ πάθην καταλεγόμενος. V. Hom. 21. Suam calamitatem narrans.

καταλέειν, εῖν. com. verbum compositum ex præp. κατὰ, et verbo ἀλέω, ῶ. fu. ἀλέσω, et ἀλήσω. Molo. pro quo et ἀλήθω frequentius. τοὺς ἀττελέβους αὐήναντες πρὸς τὸν ἥλιον καταλέουσι. Attelebos ad solem exsiccatos molunt. iv. 172.

καταλεύειν. com. pro καταλιθοῦν magis frequenti. Lapidibus obruere. Lapidibus interficere. τούτους κατέλευσαν. Hos lapidibus interfecerunt. i. 167. καταλευσθέντες. Lapidibus obruti. ibid. Κώην κατέλευσαν. Coen lapidibus obruerunt. v. 38. Λυκίδεα κατέλευσαν βάλλοντες. ix. 5. Lycidam jactis lapidibus obruerunt. Vel, Lycidam lapidibus percutientes obruerunt. κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. ibid. [Mulieres vero] ejus [Lycidæ] uxorem et liberos lapidibus obruerunt. τὸν παῖδα κατέλευσαν. ix. 120. Filium lapidibus obruerunt. κατελεύσθη. Ctesias Pers. 50. Lapidibus obrutus fuit.

καταλιμπάνειν. com. pro quo dicitur et καταλείπειν. Delinquere. Deserere. V. Hom. 19.

καταλλάσσεσθαι. Reconciliari. commun. καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι στασιώτῃσι. In gratiam redire cum adversæ factionis, ac seditiosis hominibus. Depositis inimi-

citiis reconciliari seditiosis, et adversæ factionis, hominibus, i. 61. viii. 140.

καταλύειν. com. Evertere. Gallice, *Renverser*. Tollere. Perdere. προλέγουσαι μεγάλην ἀρχὴν μιν καταλύσειν. Prædicentes fore ut ipse magnum regnum everteret. i. 53. καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληίην. i. 54. [Aristot. Rhetor. lib. iii. cap. 5. Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. id est, Crœsus Halyn penetrans, magnam pervertet opum vim.] Vide καταταύειν. μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν. i. 91. τῆς ἀρχῆς κατελύθησαν. Imperium amiserunt. Imperio spoliati fuerunt. i. 104. τὴν βουλὴν καταλύειν. Senatum de medio tollere. v. 72. ἰσοκρατίας καταλύοντες. Evertentes respublicas. v. 92. §. 1.

καταλῦσαι τὴν διδασκαλίαν. Vide διδασκαλία.

καταλύσασθαι. com. Bellum, vel inimicitias cum aliquo susceptas, deponere, ei reconciliari, cum eo in gratiam redire. Παρέχει ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι. viii. 140. Vobis in gratiam [cum rege] redire pulcherrime, vel, honestissime licet. καταλυσάμενοι. ix. 11. Bello deposito. Depositis inimicitiis. Pace facta. Ἀθηναῖοι καταλύσονται τῷ Πέρσῃ. ibid. Pacem cum Persa facient. Vel, Cum Persa compositionem facient. Vel, Cum Persa transigent. Vel, Cum P. in gratiam redibunt.

καταμαρπτέειν, εῖν. V. H. pro com. poet. καταμάρπτειν. Comprehendere. Apprehendere. Corripere. Perstringere. παρὰ τὴν κατὰ πρόθεσιν, καὶ τὸ μάρπτειν τὸ ταῖς χερσὶ συλλαμβάνειν, παρὰ τὸ μάρη, ὁ δηλοῖ τὴν χεῖρα, καὶ τὸ ἅπτεσθαι, τὸ θιγγάνειν, καὶ λαμβάνειν. Consule Eustath. ἐν τῷ μάρπτειν. μεταφορικῶς vero τὸ καθάπτεσθαι, καὶ κατατρέχειν, καὶ καταζοᾶν τινός. i. e. Aliquem verbis perstringere. In aliquem verbis invehi. φθόνῳ καταμαρπτέων, ἐνείκεε τὸν Θεμιστοκλῆα, τὴν ἐς Λακεδαίμονα ἄπιξιν ποιεύμενον. viii. 125. Valla: Livore insaniens, crimini dabat itionem in Spartam. Vulgata Græco-latina Lexica Vallæ versionem istam fideliter sequuntur, licet Herodoti librum non notent. Sed videtur Valla codicem nactus, in quo legebatur καταμαργέων pro καταμαργάων, ῶν. vel pro καταμαργαίνων, quod usitatius. μαργαίνειν autem (ut docet Eustath.) τὸ μωραίνειν, καὶ τὸ μαίνεσθαι, παρὰ τὸ μάργος, ὃ δηλοῖ τὸν μαινόμενον, καὶ μήποτε ἀργὸν ὄντα, ἀλλ' ἀεὶ μαινόμενον, καὶ μωραίνοντα. Æ. P. Invidia carpens Themistoclem, [eum] objurgabat, [ei] profectionem in [urbem] Spartam objiciens. Vel, Themistoclem præ livore perstringens, objurgabat, exprobrans ei, quod Lacedæmonem ivisset. Quid autem νεῖκος, et νεικεῖν, apud Eustath. vide.

καταμεθύσκειν. com. Inebriare. τοὺς πλεῦνας οἱ Μῆδοι καταμεθύσαντες κατεφόνευσαν Eorum plerosque Medi inebriatos confecerunt, interfecerunt. i. 106.

καταμετρεῖν. com. pro simplici μετρεῖν. Metiri. iii. 91.

καταμήκης, ὁ καὶ ἡ. N. H. Longus. καταμήκεα ξύλα. Longa ligna. iv. 72.

καταμιαίνεσθαι. vi. 58. Valla: Luctu fœdari. Illic de Spartanorum regum funere verba fiunt.

καταμύσσειν, et καταμύσσεσθαι. Consauciare. Lacerare. μέτωπον καὶ ῥῖνα καταμύσσονται. Frontem naresque consauciant. iv. 71.

κατανεύειν. com. Annuere. Nutu concedere. Concedere. δέκων κατανευσει. ix. 111. Invitus annuit.

καταντίον. Ion. et poet. E regione. Χαλκίδος καταντίον. vi. 118. Ἀζὺδῳ καταντίον. vii. 33.

καταπακὶς, ή, όν. Ion. pro com. καταπηκτός. Compactus. Arcte conjunctus. [Vide πακτοῦν.] θύρης κα-

ταπακτῆς. Janua bene compacta, et firmiter obserata. v. 16.

καταπαύειν. com. Sedare. Evertere. (quod et καταλύειν dicitur. vide suo loco.) καταπαῦσαι μεγάλην ἀρχήν. Magnum imperium sedare, evertere. i. 86, 90. τῆς βασιληίης [ὁ Ἀστυάγης] κατεπαύθη. Astyages regno privatus est. i. 130. καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους. iv. 1. cum Medos imperio spoliassent. τοὺς τυράννους καὶ ἔπαυσε. Tyrannos sua tyrannide spoliavit. v. 38. vi. 43. καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληίης. vi. 64. καταπαυσθείς. vi. 71.

κατάπαυσις, ἡ. com. Quies. Sedatio. Magistratus abdicatio. τῶν Τυράννων κατάπαυσις ἐγένετο. Tyrannorum abdicatio facta est. Tyranni sua tyrannide spoliati fuerunt. v. 38. τῆς βασιληίης κατάπαυσιν. vi. 67.

καταπειρητηρίη, ης, ἡ. V. H. quod com. Βολὶς appellatur. Nauticum instrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant. Nauticum perpendiculum. Gallice vocatur, *La sonde. Le plomb, ou fer attaché à un long cordeau, lequel on jette en la mer pour sonder la profondeur d'icelle.* κατεὶς καταπειρητηρίην. Bolide demissa. ii. 5. ἔφη μὴ δύνασθαι κατιεμένην καταπειρητηρίην ἐς βυσσὸν ἱέναι. Dicebat funiculum nauticum, quo maris profunditas exploratur, ad profundum, imumque mare, ire non posse. ii. 28.

κατάπερ. Ion. pro com. καθάπερ. Quemadmodum. i. 131, 144, 145, 148, 151, 170, 182, 193.

καταπλέειν. com. Navigare. καταπλεύσαντες ἐς τὴν Φωκαίαν. Cum Phocæam navigassent. i. 165.

καταπλέκειν τὴν ζόην. Herodotea locutio. Vitam finire. q. d. Vitam complicare. Videtur autem translatio sumta a mercatoribus, qui aliquo profecturi, suas merces, sarcinasque colligunt, atque complicant. ἡ Φερετίμη τὴν ζόην οὐ κατέπλεξε. Pheretime vitam non feliciter finivit. iv. 205.

καταπλέκειν ῥῆσιν. Herodotea locutio, q. d. Connectere dictionem. Concionem habere. Perorare. καταπλέξας τὴν ῥῆσιν. viii. 83. Cum orationem habuisset. Cum perorasset.

καταπλήπτειν. μ. ξειν. com. Perterrefacere. Vehementi metu terrere. ἔδοξε μὴ καταπλῆξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ. viii. 128. Valla: Cognito proditionis auctore, non tamen censuerunt Timoxenum esse plectendum. Æ. P. Placuit [ipsis] Timoxenum ob proditionem, [quam ab eo parari cognoverant,] metu non percellere. Vel, Visum est graviorem metum Timoxeno non injiciendum ob proditionem, [quam moliebatur.] Si Vallæ versionem sequamur, hæc τοῦ καταπλήττειν significatio, ut a vulgatis remota, nobis erit observanda. Quamvis enim plecto Latinum a Græco πλήττω. ξω. πέπληγμαι. πέπληξαι. πέπληκται, sit deductum, ut et a πέπληγα, πληγὴ, Dorice πλαγὰ, Lat. plaga; tamen an etiam hoc loco verbum πλήττειν pro plectere, et καταπλήττειν pro capite plectere, (ut Vallæ verba videntur significare,) sit accipiendum, affirmare non ausim, quia nullis aliis exemplis rem in præsentia confirmare tuerique possum.

καταπλώειν. Ion. et poet. pro com. καταπλεῖν. Navigare. καταπλώσαντας μακρῇ νηῒ ἐς Αἶαν. i. 2. καταπλώσαντες ἐς τὴν Ἀλαλίην. Cum Alaliam navigassent. i. 166. καταπλώσας. vii. 137. 194.

καταποντοῦν. Herodoteum verbum pro com. καταποντίζειν. Demergere. Submergere. In mare præcipitare. Marinis aquis involvere. Μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν. Candentem ferri massam in mare projecerunt, ac demerse-

runt. i. 165. καταποντῶσαι. iii. 30. iv. 154.

καταπορευειν θήλεα τέκνα. Herodotea locutio. Filias suas prostituere, ut vulgato corpore quæstum faciant. i. 94. πᾶς τις τοῦ δήμου βίου σπανίζων καλαπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα. Quisquis de plebe victus inopia laborat, suas filias prostituit. i. 196.

καταπροδιδόναι. com. Prodere. Deserere. vii. 157. καταπροδοὺς τοὺς Ἕλληνας. viii. 94. Proditis Græcis. καταπροδόντες τοὺς συμμάχους. ix. 11. Proditis, vel desertis sociis. ix. 73.

καταπροΐζομαι. fu. καταπροΐξομαι. Si vulgatis Græco-latinis Lexicis habenda fides, quod κατὰ συγκοπὴν formatum erit, ἐκ τοῦ καταπροϊκίζομαι. ex κατὰ, et nomine προῖξ, πρόϊκος, ἡ. unde per contractionem, τὸ προῖξ, πρωικός. At probabilius, ut Eustath. et alii tradunt, a καταπροΐκω, καταπροΐξω. unde medium καταπροΐξομαι, et aor. 1. καταπροϊξάμην, ω, ατο. infinit. καταπροΐξασθαι. Ion. et poet. Contemno. Negligo. Impune, vel impunitum, relinquo. ἐκείνους ἔφη οὐ καταπροΐξεσθαι. Dixit se non relicturum illos impunitos. Se veniam illis non daturum dixit. iii. 36. οὐ γὰρ δὴ καταπροΐξεται. Haud enim [a me] negligetur, id est, haud impune feret. Illum impunitum manere non sinam. iii. 156. οὗτοι οὐ καταπροΐξονται. Hi non negligentur. Impuniti non relinquentur. v. 105. οὐ καταπροΐξεαι. vii. 17. Consule Suidam, et Eustathium, et Magnum Etymol. ἐν τῷ καλαπροΐξεσθαι, et καταπροΐξεται, et καποιεῖν τι.

καταπτεσθαι. Ion. pro com. καθάπτεσθαι. Perstringere. Leviter attingere. Pungere. Demulcere. Citare. Δημαρήτου τε, καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος. viii. 65. Demaratum, et alios testes citans. Consule Eustath. ἐν τῷ καθάπτεσθαι.

καταρᾶσθαι. com. Imprecari. τῇ κεφαλῇ ἐκείνου πολλὰ καταρησάμενοι. Illius capiti multa imprecati. ii. 39. καταρῶνται. ibid. τῷ ἡλίῳ καταριῶνται. Soli imprecantur. Solem execrantur. iv. 184.

καταργυροῦν. com. Inargentare. Argento tegere. i. 98.

καταρθείς. Ion. et com. pro καθαρθείς. Hoc autem suavitatis gratia ne geminum θ in eodem vocabulo concurrat. Purgatus. Lustratus. Expiatus. ὁ καταρθεὶς τὸν φόνον. Ille, qui a cæde expiatus fuit. i. 43. Vide καθαίρειν. Infra tamen iv. 71. καθαρθεῖσαν dicit.

καταρκέειν. Sufficere. Satis esse. Suppetere. Esse eam copiam rerum, quæ nobis sufficiat. οὐδεμίη χώρη καταρκέει πάντα ἑωυτῇ παρέχουσα. καὶ ὑπαλλαγὴν hoc videtur dictum pro καταρκοῦντως, ἤγουν ἀρκούντως, τουτέστιν ἱκανῶς παρέχει. Nulla regio sibi ipsi res omnes sufficienter suppeditat, id est, tantam rerum omnium copiam profert, ut omnibus ejus incolis hæc sufficiat ad vitam traducendam. i. 32.

καταῤῥήγνυσθαι. com. De vehementibus tempestatibus dictum, quæ magno cum impetu deferuntur, ac erumpunt. λέγεται χειμῶνα καταῤῥαγῆναι. Tempestas cum impetu fertur cœlitus delata esse. vehemens imber cœlitus delatus fertur. i. 87. καταῤῥήγνυσθαι ἐπὶ τὴν γῆν. In terram cum impetu deferri. iii. 111.

κατάῤῥυτος, ὁ καὶ ἡ. Dictum de loco, qui aquis rigatur. Irriguus. ii. 15.

καταῤῥωδεῖν idem ac κατορρωδεῖν. Vide simplex ἀῤῥωδεῖν.

καταρτᾶν. V. H. Aptare. Concinnare. Præparare. Restituere. ἵνα τοι κεῖνα πάντα καταρτήσω ἐς τωὐτό. Ut omnes illas res in pristinum statum tibi restituam. v. 106.

καταρτίζειν. com. Componere. Conciliare. [pro quo et καταλασσειν dicitur. v. 29.] Ad concordiam adducere. οἱ Πάριοι [τὴν Μίλητον] κατηρτίσαντο. vel (ut in margine scriptum) κατήρτισαν. Parii Miletum composuerunt. Mileti discordias composuerunt, civesque inter se reconciliarunt, ac ad mutuam gratiæ reconciliationem reduxerunt. v. 28. Πάριοι τοὺς Μιλησίους οὕτω κατήρτισαν. Parii Milesios inter se sic reconciliarunt; vel, Milesios ita composuerunt. Milesiorum dissidia litesque composuerunt. v. 29.

καταρτιστὴρ, ῆρος, ὁ. Nomen Herodoteum, pro quo com. ἁρμοστὴς, παρὰ τὸ καταρτίζειν. Componere. Concinnare. Conciliare. Moderari. Nomen hoc illi tribuitur, qui aliquos ad mutuam gratiam reducit, ac inter se conciliat, ipsorumque turbas, litesque componit, moresque quodammodo concinnat. Compositor. Moderator. Gubernator. Reconciliator. ἐκ τῆς Μαντινέης καταρτιστῆρα ἀγαγέσθαι. Mantinea moderatorem, vel compositorem, vel reconciliatorem adducere. iv. 161. Τούτους καταρτιστῆρας ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων εἵλοντο οἱ Μιλήσιοι. Hos ex omnibus Græcis compositores, vel reconciliatores, Milesii delegerunt. v. 28.

κατασκήπτειν. com. Ingruere. Cum impetu ferri. Grassari. Dictum de fulmine, de morbis, et aliis rebus, quæ vim graviorem in aliquem locum, vel personam, exerunt. ἡ μῆνις ἐς ἀγγέλους κατέσκηψε. Ira in legatos ingruit. vii. 137. ἢν κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελοπόννησον. viii. 65. Si in Peloponnesum deferatur, ingruat, incumbat.

κατάσκοπος, ὁ. com. Explorator. i. 100. Proprie sic vocatur, qui res aliquas spectat, ac ei renuntiat a quo missus est. i. 112, 152. iii. 19, 123, 134, 136, 138. iv. 151. v. 13. vii. 145, 146, 147, 208. viii. 21, &c.

κατασκώπτειν. com. Cavillari. Cavillis dictisque mordacibus aliquem insectari. κατέσκωπτον Δαρεῖον. Darium cavillis, vel dictis mordacibus, insectabantur. iii. 151.

κατασπουδάζεσθαι. com. Rebus seriis operam dare. ii. 173. κατεσπουδασμένος ἀνήρ. Vir, qui rebus seriis dat operam. ii. 174.

καταστάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων. vii. 132. Ipsis bene constitutis rebus. Cum res bene constituissent.

κατάσασις, ἡ. Consessus. Concilium. Concio. Sedes. Gallice, *Les assises, qu'on tient en quelque lieu. Une assemblée, en laquelle on s'asseoit, pour consulter de quelques affaires.* οἱ δὲ σφι τῇ πρώτῃ κατάσασι ὑπεκρίναντο. iii. 46. Illi vero ipsis in primo conventu, in prima concione, in primo consessu, responderunt. συνέπιπτε οὕτε ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάσασιν. viii. 141. Valla: Contigit ut concioni adessent Lacedæmonii. Quod bene. Sed hoc verba sonant, Accidit, ut simul ipsorum [Lacedæmoniorum] concio fieret, i. e. Accidit ut et ipsi Lacedæmonii tunc illi concioni adessent. Quoniam autem in legitima concione omnia certis legibus sunt constituta, ideo κατάσασις pro concione sumi videtur, τῇ προτεραίῃ τῆς ὑστάτης καταάσιος μελλούσης ἔσεσθαι. ix. 9. Valla: Pridie quam jam ultimum concilium fieret. Recte. Sed hoc verba sonant, Priore die ante ultimum concilium, quod erat habendum. Vel, Die præcedente ultimam concionem, quæ habenda erat.

κατάσασις, ἡ. com. Status. Conditio. ii. 173. ἢν πόλιος κατάσασις τοιήδε. Urbis [civitatis] hic erat status. v. 92. §. 2. ἐν ἀνθρώπου φύσι, καὶ κατάσασι. viii. 83. In hominis natura, et statu; vel fortuna, et conditione.

καταστεγάζειν. com. Contegere. Tegere. τὸν νέκυν ῥιψὶ καταστεγάζουσι. Cadaver salignis ramis contegunt. Valla vertit, pallio contegunt; sed male. (Quid sit ῥὶψ, vide apud Eustath.) iv. 71.

καταστῆναι. Evadere. Eventum sive exitum aliquem habere. Succedere. Verti. Recidere vel in melius, vel in pejus. Πάντα ἡμῖν ἐπὶ τὸ ἄμεινον κατέστη. vii. 158. Omnia nobis in melius reciderunt.

καταστῆναι. com. Constitui. Fieri. καταστῆναι πολέμιόν τινι ἀντὶ φίλου. Hostem amici loco alicui fieri. i. 87.

καταστῆναι. com. Componi. Sedari. ἐπεί τε κατέστη ὁ θόρυβος. Postquam sedatus est tumultus. iii. 80.

καταστρέσαι. Ad rem militarem relatum, idem ac τὸ καταβάλλειν, de quo suo loco. ἐσπεσόντες κατέστρεσαν αὐτέων ἑξακοσίους. ix. 69. Irruentes ipsorum sexcentos prostraverunt. ὡς τοῖσι Ἕλλησι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι. ix. 76. Cum a Græcis barbari prostrati fuissent.

καταστρέψασθαί τινας. Aliquos subigere. Aliquos in suam potestatem redigere. Τοὺς μὲν κατεστρέψατο. Alios quidem subegit. i. 6. κατεστρέψατο Ἴωνας. Ionas in suam potestatem redegit. ibid. ταύτην δὲ Πεισίστρατος κατεστρέψατο πολέμῳ. Pisistratus hanc armis subegit. i. 64. ἤδη δέ σφι καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη. Jam autem et magna Peloponnesi pars ab ipsis erat subacta. i. 68, 71. λέγοντες τοῦτον καταστρέψεσθαι τοὺς ἐπιχωρίους. Dicentes fore ut hic indigenas subigeret. i. 78. et alibi passim idem loquendi genus legas.

καταστροφή. Subactio. In nostram potestatem redactio. καταστροφὴ πολίων. Urbium expugnatio, qua urbes in nostram potestatem redigimus. i. 6. τῆς Ἰωνίης καλαστροφή. i. 91. ἐπὶ Λιβύων καταστροφῇ. Ad Libyorum subactionem. ad Libyas subigendos. iv. 167. vi. 27.

κατασύρειν. com. pro quo πορθεῖν alias. Compilare. Populari. Diripere. κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον. Phalerum diripuerunt. v. 81. τὰς ἐπιλοίπους τῶν πολίων οὐ κατέσυραν. Reliquas urbes non diripuerunt. vi. 33.

κατασχεῖν. μ. κατασχήσειν. com. Occupare. μέλλων τὴν ἀκρόπολιν κατασχήσειν. Cum arcem occupaturus esset. v. 72.

κατασχεῖν ἔς τι χωρίον. Ad aliquem locum appellere. vi. 101. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες τὰς νέας. Cum [milites Xerxis] ad hoc littus naves appulissent. vii. 59. κατέσχε ἐς τὸν αἰγιαλόν. Ad littus appulit. vii. 188. οἱ μὲν ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα. viii. 41. Alii quidem ad Salamina appulerunt.

κατατείνειν. com. Extendere. Exporrigere. Παρῆκε δ' αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθραίων παρὰ Ὑσιάς. Καὶ ἔτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν. ix. 15. Valla: Exporrexit autem sua castra ab Erythræis secundum Hysias, Platæensi tenus agro. Æ. P. Ipsius vero [Mardonii] castra, quæ ab Erythræis initium ducebant, ad Hysias usque exporrigebantur: Et in agrum usque Platæensem extendebantur. Illud enim παρῆκε jam videtur esse præter. imperfecti a παρήκω. Pervenio. Pertingo. Extendor. Exporrigor. Si Vallam sequaris, erit aor. 1. act. a παρίημι, ex παρὰ, et ἵημι. μ. παρήσω. aor. 1. act. παρῆκα, ας, ε. παρεῖναι vero jam idem significabit, ac τὸ παρατείνειν, pro quo συνωνύμως eodem loco dicitur κατατείνειν. Sed si τὸ παρῆκε sic accipias, ut nos vertimus, tunc τὸ κατέτεινε neutraliter sumetur, ut simplex verbum τείνειν, quod accipitur pro Tendere aliquo. Ver-

gere. Spectare. Pertingere. Extendi. Exporrigi. Extensum, vel exporrectum esse. Vulgata Lexica Græco-latina copiam exemplorum Lectori suppeditare possunt. Hæc ideo nunc prætermittenda. Vel, τὸ κατέτεινε Ἀττικῶς pro pass. κατετείνετο sumendum. Nihil παράδοξον hic docetur. Quare non est cur has interpretationum verisimiles conjecturas Critici nimium superbe rejiciant, ac aspernentur.

κατατίθεσθαι. com. Deponere. Δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι [τῷ βασιλῆι, vel πρὸς τὸν βασιλῆα, vel ἐς τὸν βασιλῆα.] Existimantes se magnam gratiam [apud regem deposituros, collocaturos, i. e. a rege] inituros. vi. 41. Vel, apud regem inituros.

κατατίθεσθαι κλέος. Herodotea locutio. Gloriam adipisci. Gloriam sibi parare, et quodammodo reponere, atque recondere in aliquo secretiore loco, in quo pretiosissima quæque reponere solemus. Καί τοι θεὸς παρέδωκε, ῥυσάμενον τὴν Ἑλλάδα, κλέος καταθέσθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ix. 78. Valla: Cui Dii tribuerunt, ut liberata Græcia, omnes quos novimus Græcos gloria supergredereris. Æ. P. Tibique Deus dedit, ut Græcia liberata, gloriam omnium Græcorum, quos novimus, maximam consequereris. Vel, ut gloriæ magnitudine, [ac splendore] cæteros omnes Græcos, quos novimus, superares. Vel, ut gloriam longe majorem adipiscereris, quam ullus Græcorum, quos novimus, unquam adeptus fuerit.

κατατοξεύειν. Sagittis conficere. Sagittis configere, interficere. iii. 36.

κατ' αὐτὸ τοῦτο. Ad hoc ipsum. Hac ipsa de causa. v. 37.

καταφαίνεσθαι. Ion. pro com. φαίνεσθαι. Videri. ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται. Ut mihi videtur. i. 58.

καταφοιτέειν, εῖν. Ion. pro com. καταφοιτᾶν. Frequenter aliquo ire. Descendere. Venire. καταφοιτέοντες οἱ λέοντες τὰς νυκτας. vii. 125. Leones noctu venientes.

καταφονεύειν. Herodoteum vocabulum. Trucidare. Conficere. Interficere. τοὺς πλεῦνας κατεφόνευσαν. Plerosque trucidarunt. i. 106. κατεφόνευσαν τὴν Περσέων φυλακήν. Persarum præsidium trucidarunt. i. 165. ii. 45. iii. 157.

καταφορεῖν. Ion. pro com. καταφέρειν. Deferre. χρυσὸς καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν. Aurum, quod a fluviis defertur. iii. 106. ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων. Auri ramenta deferens. v. 101.

καταφράζεσθαι. Ion. et poet. pro com. σκέπτεσθαι. νοεῖν. καταμαθεῖν. τηρεῖν. Observare. Animadvertere. καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα. Cum animadvertisset ipsum hæc facere. iv. 76.

καταφρονεῖν. Commune verbum, si formationem spectes: at significatio non etiam communis, sed Ionibus peculiaris. Existimare. Arbitrari. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι. Existimantes se Arcadibus esse præstantiores, vel, potentiores. i. 66.

καταφρονεῖν. com. Contemnere. cum accusat. καταφρονήσαντες ταῦτα. His contemtis. viii. 10. Sic et Thucyd. lib. vi. pag. ex Wechellianis typis, 438. A. καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας. Contemnere [hostes] invadentes. Contemnere hostes, qui nos invadunt. Idem libro octavo, 563. C. καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυνασίαν. Contemta Atheniensium imbecillitate. Id. eodem libro, 609. D. τοὺς παρόντας πολεμίους καταφρονεῖν. Præsentes hostes contemnere.

καταφρονεῖν. Animo volvere. Affectare. Ion. καταφρονήσας τὴν τυραννίδα. Tyrannidem affectans. i. 59.

καταχαίρειν. Herodoteum verbum,

pro quo com. ἐπηρεάζειν, et ἐπιχαιρεκακεῖν. Aliorum malis lætari, et alicui afflicto insultare. i. 129. vii. 239.

καταχαλκοῦν. com. Ære, vel ferro tegere, et munire. καταχάλκου, ὦ Κριὲ, τὰ κέρεα. O Crie, cornua ferro muni. vi. 50.

καταχεαμενος. Vide χέειν.

κατάχθεσθαί τινι πράγματι. Rei alicujus molestia affici. q. d. Re aliqua gravari. ii. 175.

καταχορδεύειν. V. H. pro com. κατατέμνειν. Concidere. Scindere. Secare. Laniare. [quid sit χορδὴ, quid et χορδεύειν, vide apud Suidam, et Aristoph. ἐν Βατράχοις. ver. 342. ἐν Ἀχαρνεῦσι. ver. 1118. Et longe dilucidius ἐν Ἱππεῦσι. ver. 214. in voce χόρδευε.] τὴν γαστέρα καταχορδεύων ἀπέθανε. Ventrem concidens, vel dissecans, lanians, obiit. vi. 75. [pro quo ibid. κατακόπτειν συνωνύμως dicitur.]

καταχοῦν. Ut συγχοῦν. V. H. pro com. καταχῶσαι, et συγχῶσαι. Humo congesta tegere. Humo vel arena congesta obruere. ὁ νότος κατέχωσε σφεας. Auster arena congesta eos obruit. iv. 173.

καταχρᾶν. Herodoteum verbum, pro satis esse alicui. προϊσχόμενος ἔπεα, ὡς οἱ καταχρᾷ, εἰ βούλονται Φωκαιέες προμαχεῶνα ἕνα μοῦνον τοῦ τείχεος ἐρεῖψαι, καὶ οἴκημα ἓν κατιρώσαι. Lat. interpres totum hunc locum ita vertit: Quum postulasset prius sibi sat esse, si vellent Phocenses unum duntaxat muri propugnaculum demoliri, ubi habitationem exstrueret, cætera illis se permissurum intacta. Sed vertendum, Cum [ipsis has] conditiones proposuisset, sibi sat esse, si Phocæenses unum solum muri propugnaculum demoliri, et unicum domicilium [ædem templumque] consecrare vellent. Præterea nec Lat. interpres, nec Steph. animadvertit, quantum sit discrimen inter τοὺς Φωκαιεῖς, καὶ τοὺς Φωκεῖς. Nam isti quidem ἀπὸ τῆς Φωκίδος τῆς περὶ Παρνασσὸν χώρας sunt dicti. Illi vero ἀπὸ τῆς Φωκαίας πόλεως τῆς Ἰωνίας. i. 164. de quibus consule Geographos. Et tamen idem Phocensium nomen utrisque per imprudentiam uterque tribuit. Sed alii quidem Phocenses, alii vero Phocæenses, sunt appellandi. Vide ἀποχρᾶν. οὐδέ οἱ καταχρήσει ἡμέας καταστρεψαμένῳ, ὑμέων ἀπέχεσθαι. Valla: Neque, nos subegisse contentus, a vobis abstinebit. iv. 118. Sed hæc interpretatio liberior sensum quidem, at non etiam ipsa verba, nec ipsam constructionem declarat. v. s. Neque ipsi satis erat nobis subactis a vobis abstinere; pro, Neque nobis subactis contentus erit, ita ut a vobis abstineat. Sed hoc loquendi genus Herodoteum ab usu paulo remotius, ac ideo durius videtur, iis præcipue, qui τὸ καινοπρεπὲς τῶν ἰδιωμάτων, καὶ σχημάτων, ignorant. Ἀντὶ μὲν λόφου, ἡ λοφιὴ κατέχρα. vii. 70. Valla: Ut ipsæ jubæ pro cristis essent. Sed hoc verba sonant, Pro cristis quidem ipsæ jubæ sufficiebant. i. e. Jubis equinis cristarum loco erant contenti. Equinæ jubæ illis sufficiebant, nec alias cristas habere cupiebant. Vide ἀποχρᾶν.

καταχρῆσθαι. com. Interficere. καταχιρήσασθαι ἑωϋτόν. Se ipsum interfecisse. i. 82. τέῳ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο; Qua morte puerum sustulisti, vel necavisti? i. 117. καταχρήσεσθαι. Interficere. iv. 146. vi. 135.

καταχιρῆσθῆναι. Interfici. ἐδέοντό μιν καταχρησθῆναι. ix. 120. Rogabant ut ille interficeretur.

καταχρυσοῦν. com. Inaurare. Auro tegere. Gall. *Dorer*. i. 98. κατακεχρυσωμένῳ νηῷ. ii. 63. καταχρυσώσαντα. ii. 129. iii. 56.

καταχῶσαι. Vide χῶσαι.

καταψᾶν. com. Attrectare. Demulcere. καταψῶσαν τοῦ παιδίου τὴν κεφαλήν. Demulcentem puellæ caput. vi. 61.

κατέαται. Ion. pro com. κάθηνται. Sedent. i. 199. ii. 86. ἀποκατέαται, pro ἀποκάτηνται. iv. 66, 196.

κατεδόκεον. ix. 99.

κατεηγὼς, ότος, ὁ. Ion. et poet. pro com. κατεαγώς. Fractus. Δοῦρατα κατεηγότα. vii. 224. Lanceæ fractæ.

κατεικάζειν τὰ γινόμενα. ix. 109. Conjicere quæ fiunt. Conjecturis assequi ea quæ fiunt.

κατειλημμένος, η, ον. com. Interceptus, a, um. πολλαὶ μυριάδες κατειλημμέναι ἀνθρώπων. ix. 70. Multæ mortalium myriades interceptæ.

κατειλεῖν. V. H. Implicare. Involvere. Includere. κατειληθέντες ἐς τὸ τεῖχος. Intra muros inclusi. Vel, Intra muros compulsi. i. 80. Vide ἀπειλεῖσθαι, κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ. Intra urbem compulsi, conclusique. i. 176. κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. In urbem compulsi sunt, in eaque conclusi. i. 190. καϊειληθέντων ἐς Μέμφιν. Intra Memphin compulsis, atque conclusis. iii. 13. κατειλήθησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν. In arcem compulsi conclusique sunt. iii. 146. v. 119. κατειληθέντες. v. 119. κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσόν. viii. 27. Cum in Parnassum compulsi fuissent. Cum in Parnasso conclusi fuissent. ἐς τὰ ἄκρα τῆς Μυκάλης κατειληθέντων. ix. 107. Qui in Mycales cacumina compulsi fuerant.

κατειλίσσειν. Ion. et Æol. pro com. καθειλίσσειν, quod et καθελίσσειν dicitur. Involvere. Τὰς κνήμας ῥάκεσι φοινικέοισι κατειλίχατο, pro κατειλιγμένοι ἦσαν. vii. 76. Valla: Crura autem panno Phœniceo erant induta. Verba sonant, Illi autem puniceis pannis erant circumvoluti, vel involuti, crura. Notus autem est iste Græcismus.

κατειλίχατο. Vide κατειλίσσειν, et terminationem χαῖο. Et Eustath. in voce εἰλίχατο. Herod. εἰλίχατο. vii. 90.

κατεῖναι. Ion. pro com. καθεῖναι, demisisse. ii. 28.

κατεῖπαι. Detulisse nomen alicujus. Aliquem accusasse. ii. 89.

κατειπεῖν. Denuntiare. i. 20.

κατειργνύναι. Ion. pro com. καθειργνύναι. Coercere. Concludere. Intra locum aliquem claudere. ἐς μέσα τὰ φρύγανα κατειργνῦσι. In mediis sarmentis concludunt. iv. 69.

κατειρείκειν. Ion. ac Herodoteum verbum, pro com. καταῤῥηγνύναι. Discindere. Lacerare. πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατείρεικον. Valla: Universi vestimenta rescindere. Stephanus hic præter morem tacet. Sed verba Græca hoc sonant, Et universi quæ vesti proxima habebant, eo lacerare cœperunt. iii. 66. Si codex sanus, videtur Herodotus περιφρασικῶς ipsa pallia intelligere, quæ vestibus imponuntur, iisque proxima sunt. alioqui dixisset τά τε ἐσθῆτος εἶχον, vel simplicter τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα, ἀντὶ τοῦ, τάς τε ἐσθῆτας, ἃς εἶχον.

κατελεῖν. Ionice, pro com. καθελεῖν. Demoliri. Evertere. Delere. a καθαιρέω, ῶ. cujus a. 2. act. καθεῖλον ab inusitato καθέλω deductum. τὴν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν. Priami regnum evertisse. i. 4. ἡγεμονίη καταιρεθεῖσα. Principatus eversus. i. 46. Vide καταιρεῖν. iii. 153. κατελόντας τὴν κεφαλὴν θάψαι. Caput [inde] sublatum humare, sepulturæ mandare. v. 114. τοῖσι κατελοῦσι. viii. 82.

κατελθεῖν. Hæreditati, vel regno, tributum. εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία κατῆλθεν. Ctesias Pers. 1. Ad quem Persicum regnum devenit.

κατελίσσειν, idem ac τὸ κατειλίσ-

σειν. Ion. pro com. καθελίσσειν, vel καθειλίσσειν. Involvere. Obligare. σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατελίσσοντες. vii. 181. Val. Sindone byssina, et fasciis, obligantes. Æ. P. Sindonis byssinæ fasciis obligantes.

κατελόμενος. Ion. pro com. καθελόμενος. Qui detraxit. Qui de loco sublimiori aliquid sumsit. τὰ τόξα κατελόμενος. Arcu correpto. iii. 78.

κατελοῦσι. Ion. pro com. καθελοῦσι. dat. plur. aor. 2. act. a καθεῖλον. καθελεῖν. καθελὼν, οῦσα, όν, όντος. quod ab inus. καθέλω, μ. καθελῶ. pro quo καθαιρέω. ῶ. viii. 82. ἐν τοῖσι κατελοῦσι τὸν βάρζαρον.

κατελπίζειν. V. H. pro simplici ἐλπίζειν. Sperare. κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν. viii. 236. Sperabat se maris imperio facile potiturum.

κατεργάζεσθαι. Interficere. ὑπεδέκετο ἑωϋτὸν κατεργασασθαι. Pollicebatur fore, ut se ipsum interficeret. i. 24. v. 111.

κατεργάζεσθαι. com. Conficere. Perficere. Facere. τάδε οἱ κατέργασο. Hæc ab eo facta sunt. i. 123. κατεργασμένου δέ οἱ τούτου. Hac autem re ab eo peracta. ibid. κατεργασμένων τῶν πρηγμάτων. Rebus confectis. i. 141. ὅσοις μὴ κατεργασμένον ἢ τοῦτο. Illis, quotquot hoc non fecerit. iv. 66. μεγάλα πρήγματα κατεργάσασθαι. Res magnas conficere. v. 24.

κατεργασμένος, η, ον. Ion. pro com. κατειργασμένος. Confectus, Paratus, Quæsitus, ac partus aliqua ratione. ἀρετὴ κατεργασμένη ἀπὸ σοφίης. vii. 102. Virtus sapientia parta. Virtus, quam sibi quis sapientia paravit.

κατέργειν. Ion. pro com. καθείργειν. Coercere. Concludere. In vincula, vel carcerem, conjicere. αὐτοὺς ἐς τὰς νέας κατέρξαν. Ipsos intra naves concluserunt. In naves repulerunt, ac in iis concluserunt. v. 63.

κατερρύειν. μ. κατερρύσω. V. H. pro com. κατερύειν, et καθέλκειν, q. d. Detrahere. Deducere. κατερρύσαντες ἐς τὴν Σαλαμῖνα οἱ Ἕλληνες τῶν ναυηγίων ὅσα ταύτῃ ἐτύγχανε ἔτι ἐόντα. viii. 96. Valla: Reductis in Salaminem navibus, potiti sunt naufragiis, quæ illic supererant. Æ. P. Græci, cum naufragia, quæ illic adhuc erant, in Salaminem deduxissent, vel traxissent, [ad alterum navale prælium erant parati.]

κατέρχεσθαι, κατελθεῖν. com. Redire aliquo, ubi prius eramus. v. 30.

κατέρσασαν. Ion. pro com. κατέρσησαν. verso η in α, ut sit aor. 2. act. Constituti sunt. vel pro καθερσάκεισαν. κατὰ συγκοπὴν, καὶ τροπὴν τοῦ θ εἰς τ. vii. 106. ἐν δείματι μεγάλῳ κατέστασαν. vii. 138. In magno metu constituti sunt.

κατερεὼς. ῶτος, ὁ. Ion. pro com. καθεστακὼς, καθερακότος. Vel pro καθερηκὼς, ότος, ὁ. Constitutus. ἐν μεγάλῳ δείματι καθερεῶτες. viii. 36. In magno metu constituti. Vehementer metuentes.

κατερήκεε. Ion. pro com. καθερήκει. Institutum est. Constitutum est. τοῖσι μὲν δὴ κατερήκεε πολιορκίη. Ab illis igitur instituta est obsidio. i. e. urbs obsideri cœpit. i. 81. vii. 59. Vide κατερηκέναι, et καταρῆναι.

κατερήκεε σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ix. 70. Ab ipsis acrior murorum oppugnatio instituta est.

κατερηκέναι. Ion. pro com. καθερηκέναι. Constitui. Institui. Fieri. Initium rei alicujus fieri. τοῖσι κατερήκεε πολιορκίη. His instituta est obsidio. Ab his obsidio institui cœpit. Hi [urbem] obsidere cœperunt. i. 81. θυσίη τοῖσι Πέρσῃσιν ἤδε κατερήκεε. Sacrificium a Persis hoc fieri solet. i. 132. τὰ βασιλήϊα κατεστήκεε. Regia. Regium palatium situm erat. i.

178. ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε. Alium morem habent. i. 197. κατεστέασι νόμοι οὗτοι τοῖσι Βαβυλωνίοισι. i. 200. ii. 29, 40. ἰητροὶ κατεστέασι. Sunt medici. ii. 84. κατεστήκεε. vii. 59. κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. ix. 37. v. s. Ex recta [scil. via] Lacedæmoniis factus est hostis. [i. e. aperte, palam, et ex professo Lacedæmoniis factus est hostis.]

κατεστράφατο. Ion. 3. pers. plu. plusq. p. f. pass. 1. conjug. gravit. pro com. κατεστραμμένοι, vel καλεστραμμέναι, ἦσαν. Subacti, subactæve, fuerunt. οἱ Ἕλληνες κατεστράφαλο. Græci subacti fuerunt. i. 27. Pro eodem dicitur et καλεστρέφαλο. οἱ Λυδοὶ κατεστρέφατο ὑπὸ Περσέων. Lydi a Persis subacti sunt. i. 141.

κατεύχεσθαι. Ion. et poet. Precari. ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ εἶναι. Ille vero omnibus Persis precatur ut bene sit. i. 132. ii. 40.

κατευωχεῖσθαι. Ion. et poet. Epulari. i. 216. iii. 99.

κατηγεῖσθαι. Ion. pro com. καθηγεῖσθαι. Viæ ducem esse. κατηγέοντο οἱ Σκύθαι ἐς τῶν Ἀνδροφάγων τοὺς χώρους. Scythæ in Androphagorum agros [Persis] erant viæ duces. iv. 125. ἐς τὴν σφετέρην καἰηγέοντο τοῖσι Πέρσῃσι. Persis in suum agrum erant viæ duces. ibid. κατηγησαμένου τοῦ Κορωβίου. Corobio viæ duce. Corobii ductu. iv. 151. ἐς τοῦτό σφι κατηγέετο Ἱππίης. In hunc locum ipsis viæ dux erat Hippias. vi. 102, 107, 135. vii. 130. οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο. ix. 66. Non amplius eodem ordine [suos milites] ducebat.

κατηγεμών, όνος, ὁ καὶ ἡ. Viæ dux. vi. 135. Ion. pro com. καθηγεμών. τοὺς κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ. vii. 128, 197.

κατηγέομαι, κατηγοῦμαι. Narro. Recenseo. iii. 134. Ion. pro com. καθηγέομαι, οῦμαι.

κατηγορέειν, εῖν. Ion. et poet. pro com. ἐξελέγχειν. Arguere. Indicare. Demonstrare. αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα. Ipsum nomen hoc indicat, hoc arguit. iii. 115.

κατηγόρητο. com. Apud Herodotum vii. 205. impersonaliter positum videtur. τούτους σπουδὴν ἐποιήσατο Λεωνίδης μούνους Ἑλλήνων παραλαβεῖν, ὅτι σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν. Valla: Leonides dedit operam, ut Græcos sumeret solos, quod eos maxime insimulabat, quod cum Medis sentirent. Æm. P. Leonides operam dedit, ut hos solos de Græcis assumeret, quia vehementer accusabantur, quod Medis faverent. Sed hoc verba sonant: Vehementer adversus eos accusatio fuerat instituta, quod cum Medis sentirent. Idem tamen est sensus. Si Vallam sequaris, Ἀττικῶς passivum pro activo κατηγόρει positum dices. Verum, non ipse Leonides eos hoc nomine videtur accusasse, sed, quod ab aliis graviter accusarentur, et vituperarentur, ad societatem assumsisse, ut eorum fidei periculum faceret, eorumque mala consilia, conatusque, pro viribus impediret. Lector sententiam sequatur, quam veritati favere judicarit.

κατήγορος, ου, ὁ. com. Accusator. Delator. Qui rem aliquam defert ad aliquem. Index. Cic. in Catil. Or. 4. c. 3. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. Et Or. 4. c. 5. Cæsar indices maximis præmiis affecit. τὸ μηδένα κατήγορον γενέσθαι. viii. 88. Quod nullus accusator, vel index exstitisset.

κατήκειν. Ion. pro com. καθήκειν. Pertingere. κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν. Ad mare pertingentes. iv. 171. κατήκουσι ἐπὶ ποταμόν. Ad fluvium pertingunt. iv. 178, 181. v. 9, 49. vii. 22, 130.

κατῆκον, κατήκοντος. Ion. pro com. καθῆκον. Id, quod ad nos pertinet. περὶ τῶν κατηκόντων λέγοντες

De rebus ad se pertinentibus verba facientes. i. 97. ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα εἶναι ἔλεγε. viii. 19. Valla: Ad eam [rem] transigendam hoc agendum esse dicebat. Æ. P. In rebus præsentibus, [ac urgentibus,] hæc facienda dicebat. ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι. viii. 40. Valla: In rebus, quæ contigerant, consilium capiendum habebant. Æm. P. Ob res, quæ contigerant, consilium erant inituri, vel capturi. Vel, inter se consultaturi erant. ἐπὶ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι, δοκέει μοι αὐτὸν μέν σε ἀπελαύνειν ὀπίσω. viii. 102. In præsentibus rebus, in præsenti rerum statu, videtur mihi oportere te quidem ipsum abire retro, id est, domum reverti.

κατήκοος, ὁ. Vocabulum Herodoto peculiare pro exploratore aurito, (ut comici loquuntur,) qui nominatur auscultator, qui aures attentas admovet ad ea, quæ dicuntur, ut ea referat ad illum, a quo auscultandi causa missus est. i. 100.

κατήκοος. com. pro quo sæpius ὑπήκοος dicitur. Subditus alicujus imperio. Qui alicujus imperio paret. Subjectus alicujus potestati. οὗτοι Μήδων ἔσαν κατήκοοι. Hi Medorum imperio parebant. i. 72. Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι. Cræso subjecti erant, ejusque imperio parebant. i. 141. Φοίνικες ἦσαν Περσέων κατήκοοι. i. 143. Μίνω κατήκοοι. i. 171. καὶ οἱ ἦσαν κατήκοοι. Et ipsi erant subjecti. iii. 88. Περσέων κατήκοα. v. 10. οὐ βουλομένων τῶν πολιητέων κατηκόων εἶναι. vii. 155. Cum cives [ejus] imperio parere nollent.

κατ' ἡλικίην, καὶ φιλότητα. Prout ætas, ac amicitia fert. Pro ætatum gradu, et pro amicitiæ necessitudine. i. 172.

κατηλογεῖν. Herodoteum verbum, pro com. καταφρονεῖν, ὀλιγωρεῖν, ἀμελεῖν. Contemnere. Nihili facere. τούτου κατηλόγησεν. Istum contemsit. i. 84. Componitur autem ex κατὰ, et ἀλογέω, ῶ, ήσω. τὸ τὰ τῶν ἀλόγων φρονεῖν. ἢ μηδένα λόγον ἔχειν, καὶ ποιεῖσθαι. Hom. Iliad. O. v. 162. εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεται, ἀλλ' ἀλογήσει. Si vero meis verbis non obtemperaverit, sed [ea] contemserit. Idem repetitur v. 178. In composit. vero, τὸ α in η vertitur, ut et in κατηγορέω, ῶ, et στρατηγέω, ῶ. et aliis multis. τὸν νόμον κατηλόγησε. Hanc legem contemsit. i. 144. κατηλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα. Res Orœtis negligentem. iii. 121.

κατῆρες πλοῖον. Ion. et poet. τὸ κοινῶς καθειλκυσμένον πλοῖον. viii. 21. Navis in mare deducta. εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον. Valla: Cum expedito navigio actuario. Æ. P. Habebat navigium in mare deductum, paratum.

κατήρραξαν. τοὺς λοιποὺς κατήρραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαιρωνα. ix. 69. Valla: Ceteros ad Cithæronem usque persequuti, terga cecidерunt. Æ. P. Ceteros in Cithæronem persequentes compulerunt. Vel, persequendo comp.

κατηρτημένον χρῆμα. Herodotea locutio. Res bene ordinata. iii. 80. κατηρτημένος. ix. 66. Instructus. Ordinatus. In ordinem redactus. Sic in Græci textus margine scribitur: at in ipso textu, κατηρτισμένος.

κατηρτισμένος. com. particip. perf. et plusq. p. pass. Paratus. Instructus. a καταρτίζω, σω. de quo suo loco. ix. 66. Sed ad marginem legitur κατηρτημένος, a καταρτάω, ῶ. Vide.

κατιέναι. com. idem ac τὸ κατέρχεσθαι. Redire eo, unde prius discessimus. v. 62.

κατίζειν. Ion. pro com. καθίζειν. Sedere. προκατίζειν. Propalam sedere. i. 14. κατίζειν. i. 97. προκατίζων. ibid. κατίζοντες. i. 181.

κατίζειν. Ion. pro com. καθίζειν. Collocare. Vulgus dicit, Facere sedere. αὐτὸν κάτισεν ἐγγὺς ἑωυτοῦ. Ipsum juxta se collocavit. i. 88. κάτισον φυλάκους. Colloca, constitue, custodes. i. 89. iii. 155. v. 25.

κατιθύ. V. H. Recta. E regione. Ex adverso. ix. 51.

κατικετεύειν. Ion. pro com. καθικετεύειν. Supplicare. Suppliciter orare. vi. 68.

κατιόντα ὀνείδεα ἀνθρώπῳ φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμόν. vii. 160. Probra, quæ homini inferuntur, iram commovere solent. Observandum autem καινοπρεπέστερον loquendi genus, κατιόντα ἀνθρώπῳ, pro κατὰ τοῦ ἀνθρώπου. q. d. Probra, quæ descendunt in, vel adversus, hominem. id est, quæ in hominem inferuntur, intorquentur. Maledicta contumeliosa, quæ in aliquem jaciuntur, et sparguntur. Vide ὀνείδεα κατιόντα, et ἐπανάγειν.

κατιππάζεσθαι. Ion. pro com. καθιππάζεσθαι. Perequitare. Sic enim Livius. Sic etiam Cæsar loquitur. ἡ δὲ ἵππος προσελθοῦσα κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. ix. 14. Valla: Præmisso equitatu, qui omnem oram Megaridem incursaret. Æ. P. Equitatus vero progressus agrum Megarensem perequitavit. Arbitror enim pro προσελθοῦσα scribendum potius προελθοῦσα, quam lectionem Valla quoque videtur, ut vulgata commodiorem, sequutus.

κατιροῦν. Ion. pro com. καθιεροῦν. Consecrare. Dicare. τὴν οὐσίην αὐτοῦ κατιρώσας. Consecratis, et dicatis ejus fortunis. i. 92. κατιρῶσαι. i. 164.

κατίστασθαι. Ion. pro com. καθίστασθαι. Constitui. Fieri. Esse. λόγος προσάντης κατίσταται. vii. 160. Oratio difficilis vel molesta est.

κατίστατο. 3. plur. imperf. pass. Ion. pro com. καθίσταντο. viii. 12. Vide ἑατο.

κατίσχειν. Ion. et poet. pro com. κατασχεῖν. Appellere. ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νῆας. viii. 40. Naves ad Salaminem appulit.

κατίσχειν ad fulgur de cœlo in terram delatum interdum referri. λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν. Aiunt fulgur in vaccam de cœlo deferri. iii. 28.

κατο. Ionic. formatio 3. pers. plur. plusq. p. pass. a 3. sing. com. in κτο desinente, inserto α, prout verbum fuerit; ut λελέκατο, pro λελεγμένοι ἦσαν, pro quo frequentius λελέχατο, versa tenui in aspiratam. Hic autem Ionismus tribus generibus servit, quæ per passivum participium et verbum substantivum communiter efferuntur, λελεγμένοι, αι, α. ἦσαν. Sic ἀπίκατο, pro ἀφιγμένοι ἦσαν. Venerunt. Pervenerunt. viii. 46. Vide suo loco.

κάτοδος, ῆ. Ionice, pro communi κάθοδος. Reditus. i. 60, 61. v. 62.

κατοικτείρειν. com. Miserari. Misereri. Φερετίμην κατοικτείρας. Pheretimen miseratus. iv. 167. v. 92. §. 3.

κατοικτίζεσθαι. H. V. Suam conditionem misere deflere, deplorare suarum miseriarum conditionem. iii. 156.

κατόπτος, ου, ὁ. Ion. et poet. [pro com. κατάσκοπος. Speculator, explorator. iii. 19, 23.] iii. 17. [παρὰ τὸ καθορᾶν. ὃ κατόπτειν ποιητικῶς, ὅθεν τὸ κατόψομαι. ibid.] iii. 21.

κατορρωδεῖν. Vehementer timere. i. 34. κατορρωδήσας τὸν ὄνειρον. Cum hoc insomnium vehementer formidaret.

κατορχεῖσθαι. com. Saltare. κατωρχέοντο. Saltabant. iii. 151.

κατοχὴ, ῆς, ἡ. com. q. d. Detentio. Retentio. Quum quis ab aliquo detinetur, vel retinetur. v. 35.

κατύπερθε. Ion. pro com. καθύπερ-

θε. Super. Supra. πολέμῳ γίνεσθαι κατύπερθε τῶν πολεμίων. Hostibus bello superiorem esse. i. 67. τὴν κατύπερθεν ὁδόν. Superiorem viam. i. 104, 185. κατύπερθεν Ἀσσυρίων. i. 194. ii. 5, 32. iv. 7, 8, 100, 101. et passim. τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι. viii. 60.

κατυπέρτερος. Ion. pro com. καθυπέρτερος. ὁ Κροῖσος ἐπυνθάνετο τοὺς Λακεδαιμονίους τῷ πολέμῳ κατυπερτέρους Τεγεητέων ἐόντας. Crœsus audiebat Lacedæmonios Tegeatis bello superiores esse. i. 65, 67. κατύπερθε τῷ πολέμῳ Τεγεητέων γενοίατο. Bello Tegeatis superiores essent. i. 67. πολλῷ κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο. i. 68.

κατυπνοῦν. Ion. pro com. καθυπνοῦν. Obdormire. Somnum capere. Dormire in, vel supra. κατυπνῶσαι. Obdormivisse. iv. 8. κατύπνωσε. vii. 12. κατυπνωμένῳ. Dormienti. vii. 14. κατυπνώσειας. vii. 15. κατυπνῶσαι. vii. 16. κατυπνωμένῳ. vii. 17.

κατώμνυσθαι. V. H. pro quo com. dicitur κατά τινος ὄμνυσθαι, vel ὀμόσαι. Contra aliquem jurare. ὁ Λευτυχίδης κατόμνυται Δημαρήτου. Leotychides contra Demaratum jurat. vi. 65. ἐγὼ δὲ κατωμνύμην. Ego vero contra [ipsum] jurabam. vi. 69. Hic tamen τὸ καλῶμνυσθαι pro simplici ὄμνυσθαι, sive ὀμόσαι, commode sumi potest. Sic et in sequentibus accipiendum videtur, vel ἢ κατὰ jam vim intendentis habet, ut apud Latinos interdum præpositio De. Quare quod Latine dicitur Dejerare, sive Dejurare, i. e. Valde, sancte, ac religiose jurare; Gallice, *Jurer fort et ferme; Faire grand serment:* id Græce dicetur κατώμνυσθαι, vel (quod longe frequentius) κατόμνυσθαι. ὁρέων δέ με κατομνυμένην. Videns, animadvertens, me dejerantem. ibid.

κατωμοσίη, ης, ἡ. N. H. Jusjurandum, quod contra aliquem juratur. vi. 65.

κατώνοντο. ii. 172. Vide simplex ὄνομαι. ii. 167.

κατώρα. 3. pers. singul. imperf. act. pro com. καθώρα, videbat, animadvertebat, a κατοράω, ῶ, pro καθοράω, ῶ. ix. 59.

Καυκάσιος οὔρεος. Ion. pro com. Καυκάσου ὄρους. Caucasi montis. iii. 97.

κέατο. Ion. pro com. ἔκειντο. Jacebant. Erant. τρεῖς γνῶμαι προσκέατο. Tres sententiæ propositæ erant. iii. 83.

κέεται. Ion. pro com. κεῖται. Jacet. Situs est. i. 178, 181, 183. ἀνακέεται. iii. 31, 57, 100. iv. 45. διακέεται. iv. 59, 64. κέεται. iv. 62, 81. ἐκάστῳ οὔνομα οὐδὲν κέεται. iv. 184, 191.

κεῖνος, η, ὁ. Ion. et poet. pro com. ἐκεῖνος. i. 209. κείνην, ἐκείνην. ii. 40, 133. iii. 140. κεῖνοι. v. 13, 17. κείνοισι. v. 21. κείνας. v. 82, 87, 93, 106. vi. 67. vii. 13, 17.

κεῖθεν. Ion. et poet. pro com. ἐκεῖθεν. Illinc. i. 122.

κείνως. Ion. et poet. pro com. ἐκείνως. ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ. Illo modo. Sic. i. 120.

κείρειν. com. Tondere. κεκάρθαι τὰς κεφαλάς. Capitibus tonsos esse. ii. 36. οἱ λόφους κείρονται. Qui summum capitis verticem tondent. iv. 175. ἀπεκείραντο τὰς κεφαλάς. Capita totonderunt. vi. 21. σφέας αὐτοὺς κείροντες. ix. 24. Se tondentes.

κείρειν. com. Cædere. Vastare. τὴν γῆν ἔκειρον. Agrum vastabant. vi. 99. πάντα ἔκειρον. viii. 32. Omnia vastabant. pro eodem dicitur ἐδῄουν πάντα. viii. 33. ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ τοῦ Ξέρξεω. viii. 65. Atticus ager a Xerxis peditatu vastabatur. ἔκειρε τοὺς χώρους. ix. 15. Agros vastabat.

κεκτημένος, ὁ. Dominus, qui rem aliquam possidet. com. οἱ κεκτημένοι. Domini. Possessores. ii. 173.

κελευσμοσύνη, ης, ἡ. Vocabulum Herodoteum, Ion. et poet. pro com. ἐπίταγμα, πρόσταγμα, ἐντολή. Jussus. Mandatum. Præceptum. ἐκ τούτου κελευσμοσύνης Λυδοὶ τὴν πᾶσαν δίαιταν τῆς ζόης μετέβαλον. Lat. Interpres, Et jam inde Lydi omnem vitæ rationem commutarunt. Sed locus parum fideliter est explicatus. Vertendum enim: Propter hujus [Μαζάρεος, ἀνδρὸς Πέρσου,] præceptum, sive mandatum, ac imperata, Lydi totam vitæ rationem commutarunt. i. 157. Vide ἐκ pro διά.

κέλης, ητος, ὁ. com. Navis minoris genus quod unico remo agitur. Quidam Celocem vocant. Alii navem actuariam. Consule Eustat. Bayssium de re navali, et vulgata Lexica Græcol. in quibus Thucydidis interpres Græcus vocem hanc interpretatur. Vide nostrum Græcol. Thucyd. ind. viii. 94.

κεντοῦν. H. V. iii. 16. pro quo frequentius leguntur κεντεῖν, et κεντᾶν. Stimulis pungere. Stimulare, pungere.

κέοιτο. Ion. et poet. 3. pers. singul. opt. tanquam a κέομαι, quod inusitatum. pro quo dicitur κεῖμαι. Jaceo. Situs sum. τὸν χῶρον, ἐν τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης. Locum, in quo situs esset Orestes. i. 67.

κεραΐζειν. Ion. et poet. proprie dicitur de brutis animalibus cornigeris, quæ cornu petunt, feriunt, lædunt, interficiunt. μεταφορικῶς significat, Populari, Diripere, Vastare, Demoliri. τὸ τῶν Λυδῶν ἄστυ κεραΐζονλας. Lydorum urbem populantes. Diripientes. i. 88. τοὺς ἱκέτας μου κεραΐζεις; Meos supplices diripis? i. 159. οἰκία κεραΐσας. Domo compilata, direpta. ii. 115. κεραΐζονλας [τὰ χρήματα.] Pecuniam diripientes. ii. 121. §. 2. τὰς κἀμήλους ἐκεραΐζον μούνας. Solas camelos laniabant. vii. 125. De leonibus ibi verba fiunt. τὸ δὲ πλῆθος τῶν νηῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο. viii. 86. Valla: Multitudo autem navium regiarum ad Salaminem expugnabatur. Æ. P. M. a. n. ad Sal. dilaniabatur, vastabatur, corrumpebatur. οἱ Ἀθηναῖοι ἐκεραΐζον τὰς ἀντισαμένας, καὶ τὰς φευγούσας τῶν νηῶν. viii. 91. Athenienses naves sibi resistentes, et fugientes corrumpebant, vastabant, dilaniabant. Valla vertit, Expugnabant; quod vim verbi non exprimit.

κεραμήϊος, α, ον. Ion. et poet. pro com. κεράμειος, dissoluta diphthongo ει in εῖ, et verso ε in η, figlinus, a, um. κεραμήϊα λεπτὰ ποιοῦσα, sub. ἄγγη, sive ἀγγεῖα. V. Hom. 32. [Vasa] figlina faciens tenuia, [minuta. i. e. comminuens.]

κερδαλεώτερον. Ion. et poet. Lucrosius. Quæstuosius. Utilius. κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ μᾶλλον ἤπερ πολεμέειν. ix. 7. Utilius est, quæstuosius est, cum Persa pacisci, compositionem facere, quam bellum gerere.

κερδανέομεν. Ion. pro com. κερδανοῦμεν. i. e. quæstum faciemus. Lucrifaciemus. viii. 60. Est autem 1. pers. plur. fu. κερδανῶ, Ion. κερδανέω, a verbo κερδαίνω.

κερδέειν, εῖν. Ion. et poet. pro com. κερδαίνειν. Lucrari. Quæstum facere. κερδήσεσθαι. iii. 72. ἐκ φορτίων μέγιστα ἐκέρδησαν. Ex mercibus maximum quæstum fecerunt. iv. 152.

κέρδος, τό. com. Quæstus. Lucrum. ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἑωϋτῷ κέρδεα. Privatim sibi quæstum parans. Quæstui privato studens. iii. 71. ἵνα ἐπισπάσωνται κέρδος. Ut quæstum faciant. iii. 72. ἐν κέρδεϊ ἐποιεῦντο. Lucri loco ducebant. vi. 13.

κέρεα. Ion. pro com. κέρατα. Cornua. iv. 29. vii. 76.

κέρεος, τοῦ. genit. sin. Ion. formatus pro altero Ion. κέραος, sublato τ ex com. κέρατος, a recto κέρας, cornu. ix. 26.

κέρκυρος, ου, ὁ. com. Genus navigii brevioris, q. d. caudata navis. fortasse propter puppim, caudæ vel piscis, vel terrestris animalis, similem. Plin. lib. vii. cap. 56. Cercuron appellat, et Cypriorum inventum esse dicit. vii. 97.

κεφαλαίωμα, τος, τό. N. H. Summa, æ. iii. 159. πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε. Mulierum summa quinque myriadum convenit. i. e. Mulieres numero quinquaginta millia convenerunt.

κεχαραγμένος, ου, ὁ. Apud Herodotum peculiariter accipitur pro infenso, eoque qui animum exasperatum adversus aliquem habet. Δαρεῖον μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι. Darium Atheniensibus graviter infensum. vii. 1.

κεχαρηκὼς, ότος. com. Lætus. iii. 27. κεχαρηκότες. iii. 42. v. 1. vii. 13.

κεχρημένος. Qui usus est. κεχρημένος συμφορῇ. Qui adversa fortuna usus est. Qui cladem aliquam accepit. Qui malo aliquo affectus est. i. 42.

κεχρημένος, ὁ. Ab oraculo prædictus. δειμαίνων τὸν κεχρημένον θάνατον. Mortem ab oraculo prædictam metuens. iv. 164.

κεχρημένος, cum genitivo. Ion. et poet. Indigens. Consule Eustat. αἰδεῖσθε ξενίων κεχρημένον, ἠδὲ δόμοιο. V. Hom. 9. Revereamini [virum] donis hospitalibus indigentem, et domo. τίνος κεχρημένος εἴη. ibid. 21. Qua re indigeret. v. s. Cujus rei indigens esset.

κεχρησμένος, η, ον. V. H. Oraculo redditum. Responsum ab oraculo redditum. παρὰ τὸ χρᾶν, de quo suo loco. κακὸν κεχρησμένον. vii. 141. Malum, quod ab oraculo est declaratum, atque prædictum.

κεχυμένος. Ion. et poet. pro com. κεχευμένος. Effusus. i. 22.

κεχωρίδαται. Ion. et poet. pro κεχωρισμένοι εἰσί. Separati sunt. Distant. Differunt. μάγοι κεχωρίδαται πολλὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Magi multum a ceteris hominibus differunt. i. 140. vide δαται terminationem. αὗται κεχωρίδαται, pro κεχωρισμέναι εἰσί. i. 151.

κεχωρισμένος. Distans. Differens. Diversus. νόμοισι χρέωνται κεχωρισμένοισι πολλὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Legibus utuntur ab aliis hominibus valde diversis. i. 172.

κῆ. Ion. pro com. πῆ. Quo. i. 32.

κήδεσθαι. Ion. et poet. pro com. φροντίζειν. Solicitum esse. Curam gerere. τῶν ἂν κήδωμαι. Quorum curam gero. De quibus sum solicitus. iii. 40. μὴ ἀπόλωνται κηδόμενος. vii. 220. Solicitus ne perirent. De illorum salute solicitus. εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος. ix. 45. Nisi magnopere solicitus essem de universa Græcia.

κηδεύειν, et compos. com. Funerare. Funus alicujus curare. Hinc τὸ ἀποκηδέειν, εἶν. Lugere. Deflere funus alicujus. Et ἀποκηδεύειν. Mortem, et funus alicujus lugere, et cum luctu ejus exsequias celebrare. οἱ βάρβαροι, ὡς ἀπεκήδευσαν Μασίστιον. ix. 31. Barbari, postquam Masistium luxerunt. Sic Valla. Æ. P. Postquam ejus funus cum luctu lamentisque curarunt. Vide κῆδος, et κηδῶ apud Eustath. De ritu Veterum in curandis funeribus vide Virgil. Æn. lib. vi. ver. 212. Ubi Miseni funus ab Ænea, Trojanisque curatum, his carminibus describit. Nec minus interea Misenum in littora Teucri Flebant, et cineri ingrato suprema ferebant. Principio pinguem tædis,

et robore secto Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris Intexunt latera, et ferales ante cupressos Constituunt, decorantque super fulgentibus armis. Pars calidos latices, et ahena undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis et ungunt. Fit gemitus: tum membra thoro defleta reponunt, Purpureasque super vestes, velamina nota, Conjiciunt: pars ingenti subiere pheretro, Triste ministerium, et subjectam more parentum Aversi tenuere facem: congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo. Postquam collapsi cineres, et flamma quievit, Relliquias vino et bibulam lavere favillam, Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno. Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ, Lustravitque viros, dixitque novissima verba. At pius Æneas ingenti mole sepulcrum Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque, Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo Dicitur, æternumque tenet per secula nomen. Idem Æn. lib. xi. ver. 184. militare funus ita describit, Jam pater Æneas, jam curvo in littore Tarchon Constituere pyras: huc corpora quisque suorum More tulere patrum, subjectisque ignibus atris Conditur in tenebras altum caligine cœlum. Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis, Decurrere rogos: ter mœstum funeris ignem Lustravere in equis, ululatusque ore dedere. Spargitur et tellus lacrymis, sparguntur et arma. It cœlo clamorque virum, clangorque tubarum. Hinc alii spolia occisis direpta Latinis Conjiciunt igni, galeas, ensesque decoros, Frænaque, ferventesque rotas; pars munera nota, Ipsorum clypeos, et non felicia tela. Multa boum circa mactantur corpora morti; Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris In flammam jugulant pecudes. Consule et Homer. Iliad. Ψ.

κηλώνιον, τό. Instrumentum, quo aqua e puteis hauritur. σῖτος κηλωνίοισι ἀρδόμενος. Frumentum, quod celoniis irrigatur. Valla vero vertit, scrobibus. Sed scrobes aliud i. 193. pro eodem dicitur. κηλονήϊον, si modo codex sanus. alioqui κηλωνήϊον videretur dicendum. ἀντλέεται κηλονηίῳ. vi. 119. Valla: Instrumento dicto ciconia.

κηρυκηίη, ης, ἡ. Ion. pro com. κηρυκεία, ας. Præconis munus. Præconii exercendi munus. vii. 134.

κηρυκήϊον. ix. 100.

κῆρυξ ἐρυθρός. Quis, quando, cur. iii. 57.

κίβδηλος. Proprie de nummis adulterinis dicitur. μεταφορικῶς accipitur pro falso, mendaci, ementito, ambiguo, captioso. χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι. Oraculo captioso, incertoque freti. i. 66, 75. ἐπαρθέντες κιβδήλοισι μαντηίοισι. Captiosis oraculis elati. v. 91.

κιθών, ῶνος, ὁ. Ion. pro com. χιτών, ῶνος. ἅμα κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ ἡ γυνή. Una cum indusio, quod exuitur, pudorem etiam simul exuit mulier. i. 8. λίνεον κιθῶνα. v. 87, 106. vii. 61. τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο. viii. 99. Valla: Vestes dilaniarent. Æ. P. Vestes dilacerarent.

κιθῶνες τειχέων ἦσαν ἐληλαμένοι. vii. 139. Murorum Loricæ ductæ erant.

κινδυνεύειν. com. Periclitari. τὸν ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βασιλεὺς ἀποζαλέειν. viii. 65. Periclitabitur rex navalem exercitum amittere. Periculum erit ne rex navales copias amittat, vel ne navalium copiarum jacturam faciat. περὶ ἐκείνης κινδυνεύειν. viii. 74. Pro illa periclitari. Illius causa periculum subire. ἀπολέσ-

θαι κινδυνεύσαι. viii. 97. Perire periclitaretur. In exitii, in perniciei, in capitis, periculum veniret.

κίνδυνος, ὁ. com. Periculum. κίνδυνον ἀναλαβέσθαι, τὸν ἂν ὁ πατὴρ ὑποδύνειν κελεύοι. Periculum suscipere, quod pater [te] subire jusserit. iii. 69. κινδύνους ἀναῤῥιπτεῖν. Pericula suscipere, subire. Caput periculis objicere. vii. 50.

κιρνάειν, ᾶν. Ion. et poet. pro com. κεραννύειν. Miscere. iv. 52. κρητῆρα κιρνᾷ. Craterem miscet, temperat. iv. 66.

κίταρις, ιος, ἡ. Ctesias Pers. 46. Quid esset, vide apud Suidam in voce Κίδαρις, et apud Eustathium, et Jul. Poll. lib. vii. cap. 13. ἐν τοῖς ἐσθήτων εἴδεσι.

κίων οὐρανοῦ. Cœli columna quænam, et ubi. iv. 184.

κληδών, όνος, ἡ. Ion. et poet. Eustath. κληδὼν, παρὰ τὸ κλέω, ὅ ἐστι φημίζω. ὡς κληδὼν παρὰ τὸ κλήζω. κληδὼν δὲ ἡ φημὶ, καὶ ὁ μαντικὸς λόγος. κλήζω δὲ, παρὰ τὸ κλείζω, καὶ κατ' ἔκτασιν κληΐζω, καὶ συναιρέσει, κλήζω. τὸ δὲ κλήζω, παρὰ τὸ κλέος. Omen. Prædictio. Oraculum, quod alicui redditur. ὁ μὲν τῇ κληδόνι οὐδὲν χρεώμενος. Valla: Itaque admonitu uti nolens. At parum commode. Vertendum enim, Ille vero prædictionem hanc, vel hoc omen, vel hoc oraculum, responsumque non curans. v. 72. Qui enim aliquid non curat, is eo uti recusat.

κλέος. Ionica terminatio nominum ex κλέος compositorum, in genitivo, pro Attico οῦς. Ἡρακλέος, pro Ἡρακλοῦς. i. 7. Μεγακλέος. i. 59. pro eodem dicitur et έους a recto έης. Μεγακλέους. i. 60. Μεγακλέης. ibid. Ἡγησικλέος. i. 65.

κλέος, εος, ους, τό. Ion. et poet. ut et τὸ κῦδος, pro com. δόξα, ης. Gloria. Decus. vii. 220. βουλόμενον κλέος καταθέσθαι μοῦνον Σπαρτιητέων. ib. Valla: Cupidum gloriæ comparandæ, crediderim solum ex Spartiatis remisisse socios. Stephanus. Facere volentem at id decus Spartiatarum duntaxat esset. Æ. P. Cupientem hoc decus, hanc gloriam Spartanis tantum conciliare.

κληδών, όνος, ἡ. Ion. et poet. Fama. Rumor. Omen. ix. 91. ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο. ix. 101. Hic rumor ad ipsos advolavit.

κληίειν. et compos. Ion. pro com. κλείειν. Claudere. συνέκληον τοὺς ἄλλους. Alios concludebant, vel includebant. vii. 41. περικληΐει πᾶσαν τὴν γῆν. vii. 198, 199. ἀποκεκλέατο, pro ἀποκέκληντο. ix. 50. Vide ἀποκεκλέατο.

Κληῖδες Κύπρου. Cypri Claves quænam vocentur. v. 108.

κληΐζω, ίσω. Ion. et poet. pro com. κλείω. Claudo. ἐκκληΐζω, excludo. i. 31. ἀποκληΐζω, excludo, privo. i. 37. αὐτοὺς ἐξεκληΐσαν τῆς μετοχῆς. Ipsos participatione excluserunt. i. 144. τὰς πύλας ἀποκληΐσαντες. Portis clausis. i. 150. ἀποκληϊσθῆ, excluderetur. i. 165. Vide ἀποκληΐζω, et κληΐζω, et κληΐω.

κληΐω. Ion. poet. et Herod. V. pro com. κλείω. Claudo. συγκατακληΐω. Concludo. συγκατακληΐεται ἐς τὸν νηόν. In templo concluditur. i. 182. κατακληΐσαντες. i. 191. ii. 86, 124. κατακληϊσθέντα. ii. 128. περικληΐουσαι τὴν ἄλλην χώρην. Reliquum agrum concludentes. iii. 116. τοῦ περικληΐοντος οὔρεος. iii. 117. ἀποκεκληϊμένου τοῦ ὕδατος τῆς διεξόδου. Aqua transitu interclusa. ibid. πύλαι ἀποκληΐονται. Portæ clauduntur. ibid. τὰ ἀποκληΐοντα τὴν ὄψιν. Quæ visum præpediunt. Quæ visum, quæ prospectum eripiunt. iv. 7. κατακληΐσαντα. iv. 14. τὰς πύλας ἐγκληΐσειε. Portas clausisset. iv. 78. ἀποκληΐεται. iv. 100. v. 104. συγκεκληϊσμένην, pro συγκεκλεισμένην. vii. 129. περικληΐοντων. ibid.

κλῆρος. Ionice et poetice, et com-

mun. Possessio. Fundus. Prædium. *φθείρων τῶν Συρίων τοὺς κλήρους*. Syrorum prædia vastans. i. 76.

κληροῦν. com. Sorte, vel sortito, vel jactis sortibus, eligere. *κληρώσαι τὴν μὲν ἐπὶ μονῇ, τὴν δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ*. Sortito elegisse alteram quidem [partem] ut [domi] maneret, alteram vero, ut ex agro exiret. i. 94.

κληροῦχος, ου, ὁ. com. Colonus, cui agri aliqua portio possidenda datur. Colonus. v. 77.

κλωὼψ, κλωπός. Ion. et poet. pro com. *κλέπτης*. Fur. Prædo. Grassator. Qui vias obsidet, et viatores vestibus, et pecunia spoliat. *λωποδύτης, κατ' ὁδὸν κλῶπες κακοῦργοι*. Grassatores in via malefici. i. 41. ii. 150. *κλῶπας*. vi. 16.

κνᾶν com. Radere. vii. 239. *τὸν κηρὸν ἐξέκνησε*. ibid. Ceram erasit.

κναφήϊον, ου, τό. Ion. pro com. *κναφεῖον*. Officina fullonica. i. 92. iv. 14.

κνημιδοφόρος, ὁ. N. H. quod semel tantum in vulgatis Lexicis sine ullius auctoritate positum invenitur. Ocreas ferens. Ocreis armatus. vii. 92.

κλισιάδες, ων, αἱ. Suidas. *κλισιάδες. θύραι δίπτυχοι*. Januæ bifores. Fores duplices. Gallice melius, *Portes à deux battans*. Interdum pro simplicibus foribus accipitur, ut apud Herod. ix. 9. *μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον*. Magnæ fores in Peloponnesum patefactæ sunt, [patent.]

κοίῃ; Ion. pro com. *ποίᾳ;* subauditur autem *ὁδῷ*, vel *μεθόδῳ*. Qua via? Qua ratione? Quomodo? Vel adverbialiter, et interrogative sumitur. i. 30. iv. 155.

κοῖος, η, ον. Ion. pro com. *ποῖος, ποία, ποῖον*. Qualis? i. 37, 39.

κοιλαίνειν. Ion. et poet. Cavare. Gallice, *Creuser*. *κοιλήναντα τὸ ὠόν*. Ovo cavato. ii. 73. *ἐγκοιλήνας*. ibid.

κοινολογεῖσθαι. com. Aliquid cum aliquo communicare. *κοινολογησάμενος τοῖσι Σαμίοισι*. Re cum Samiis communicata. vi. 23.

κοινὰ, ῶν, τά. Ion. *κατ' ἔλλειψιν τοῦ δώματα*, vel *οἰκήματα*. Vel substantive sumendum. Publicæ ædes, quæ a Gallis vocantur, *la maison de la ville*. Curia. *οἱ πυλωροὶ ἦγόν μιν ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων*. Portarum custodes ipsum ad publicas Babyloniorum ædes duxerunt. iii. 156.

κοινόν τι πρῆγμα συμμίξαι τινί. Herodotea locutio. Verba sonant, Communem aliquam rem cum aliquo miscere. id est, Rem aliquam cum aliquo communicare. viii. 58. Pro quo Thucyd. dicit *ξυγκοινοῦν τι τινί*. et *τὶ μετὰ τινὸς κοινοῦσθαι*. Vide Græco-lat. indicem.

κοινὸν, οῦ, τό. Commune. Gallice, *La Commune, la Communauté*. Respub. Vide et Thucydidis Græcum indicem. *τῷ κοινῷ διαπεμπομένους ἄλλους ἄλλη*. pro, *ὑπὸ τοῦ κοινοῦ, ὑπὸ τῆς πόλεως*. Alios alio a republ. dimissos. Hoc ab interprete non intellectum, et ideo videtur silentio præteritum. Stephanus, Communi consilio dimissos. At ne hoc quidem verba Græca, mentemque Herodoti satis aperit. i. 67. *ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. A republ. missi. v. 85. *τῶν Ἰώνων τὸ κοινὸν ἡμέας ἀπέπεμψε*. Ionum respubl. nos misit. v. 109. vi. 14, 50, 58. *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. viii. 135. A communi, [a republ. missi.]

κοίτη, ης, ἡ. Cubile. Lectus. iii. 134.

κοίτην ποιεῖσθαι. Herodotea locutio, pro com. *κείμενον ἀναπαύεσθαι*. Jacentem requiescere, cubare, dormire. *τότε μὲν τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐποιήσατο Ὁμηρος*. V. Hom. 31. Tunc autem Homerus illic cubuit, [ac dormivit.]

κοίτη, ης, ἡ. Ipsum cubandi tempus. ἐδόκεεν ὥρη τῆς κοίτης εἶναι. Cubandi tempus esse videbatur. i. 10. v. 20.

κοῖτος, ου, ὁ. Ion. et poet. Ipsum cubandi tempus. ἐπεὶ ὥρη κοίτου ἦν, ἀνεπαύετο. V. Hom. 22. Cum cubandi tempus esset requievit.

κοιτὼν, ῶνος, ὁ. Cubiculum. Vel etiam Cubile. i. 9.

κόλλησις σιδήρου. Ferri compactio. Ferruminatio. i. 25.

κολωνὸς, οῦ, ὁ. com. Locus editus. Tumulus. Collis. Acervus. κολωνοὺς μεγάλους των λίθων καταλιπών. Cum magnos lapidum acervos reliquisset. iv. 92, 181, 182, 184. vii. 225.

κομᾶν ἐπὶ τυραννίδι. Herodotea locutio. Tyrannidem affectare. οὗτος ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε. Hic tyrannidem affectavit. v. 71. Valla sic, Affectatæ tyrannidis compertus est. Quid sit τὸ κομᾶν, vide apud Suidam et Eustathium. Illic enim quid proprie, quid etiam μεταφορικῶς significet, aperte disces. Hoc tamen loquendi genus apud nullum alium scriptorem (quod ego saltem legerim) reperies. Quamobrem observatione dignum.

κομήτης, ου, ὁ. Ion. et poet. Comatus. Crinitus. vi. 19.

κομιδὴ, ῆς, ἡ. com. Receptio, sive recuperatio rei amissæ. Vel, Ad aliquid recuperandum profectio. τοπάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. ix. 73. Olim ob Helenæ recuperationem, [id est, Helenæ recipiendæ causa] Tyndaridæ in agrum Atticum irruperunt. Valla vero sic; ad investigandam Helenam: sed τῆς κομιδῆς vim ac proprietatem non expressit.

κομιδὴ, ῆς. ἡ. com. Receptus. Aliquo se recipiendi, vel redeundi facultas. οὐδεμίην γάρ σφι ἔτι κομιδὴν ἐς Κρήτην φαίνεσθαι. vii. 170. Nullum enim amplius in Cretam receptum ipsis apparuisse, [se ostendisse dicebant.] Vel Ἰωνικῶς hoc dictum, pro οὐδεμίη γάρ σφι ἔτι κομιδὴ ἐς Κρήτην ἐφαίνετο. Nullus enim in Cretam receptus amplius ipsis apparebat; vel, se ipsis ostendebat. Vide ὡς cum infinitivis, et ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν παρατατικῶν.

κομιδὴ, ῆς, ἡ. com. Receptus, us. Gallice, *Retraite, par laquelle on se retire en quelque lieu.* Receptus, quo quis in aliquem locum se recipit. τῶν βαρβάρων ἐγίνετο κομιδὴ ἐς Σάρδις. ix. 107. Barbari se Sardeis receperunt.

κομιδὴ, ῆς, ἡ. com. Discessus. κομιδῆς περὶ τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν. viii. 19. Valla: Sibi de discessu sub tempus opportunum curam fore. Æ. P. Quod vero ad discessum attineret, tempus opportunum sibi curæ fore [dixit.] i. e. opportunum abeundi tempus sibi curæ fore dixit.

κομιεύμεθα. Ion. et Dor. 1. person. plur. futuri, pro Attico κομιούμεθα, com. vero κομισόμεθα. a κομίζω. fut. com. κομίσω. Att. κομιῶ. fut. med. κομίσομαι. Att. κομιοῦμαι. Ion. Doriceque κομιεῦμαι. viii. 62. Proficiscemur. Nos recipiemus.

κομίζεσθαι. com. Proficisci. Recipere se. τὴν ταχίστην κομίζεσθαι παρὰ Ἀλυάττεα. Celerrime ad Alyattem proficisci. i. 73.

κονιορτὸς, οῦ, ὁ. Ion. et poet. pro com. κόνις, vel κονία. pulvis excitatus. pulvis. Consule Eustath. qui docet dici παρὰ τὴν κονίην καὶ τὸ ὄρνυσθαι. viii. 65.

κοπάζειν. com. Cessare. Quiescere. Neutrum verbum. ἄνεμος ἐκόπασε. vii. 191. Ventus cessavit. Ventus spirare desiit. [quod vii. 193. aperte συνωνύμως dicitur, ἐπαύσατο ὁ ἄνεμος.]

κορμὸς, οῦ, ὁ. Ion. et poet. Truncus. Caudex. Codex. Tabula. Asseres. Tabulæ sectæ. κορμοὺς ξύλων κα-

ταπρίσαντες. Dissectis lignorum truncis. Dissectis arborum truncis, asseribusque factis. vii. 36.

κόρος, ου, ὁ. com. Satietas. Δῖα Δίκη σθέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν, Δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πυθέσθαι. viii. 77.

κόρυμβος, ου, ὁ. Ion. et poet. pro com. κορυφή. Vertex. Cacumen. Quidvis summum, ac eminens, Οἴχοντο φεύγοντες ἐπὶ τοῦ οὔρεος τὸν κόρυμβον. vii. 218. In montis verticem fugientes iverunt, fuga se contulerunt.

κορυνηφόρος, ὁ. Satelles clavam gestans, Ion. et poet. i. 59. Dictus κορυνηφόρος παρὰ τὸ κορύνην φέρειν, i. e. clavam gestare. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθεν. Ipsum enim [Pisistratum] a tergo sequebantur clavas ligneas gestantes. ibid.

κορυφαῖος, ὁ. com. Præcipuus. Primarius. Princeps. τοὺς κορυφαίους ἀνεσκολόπισε. Primarios palis transfixit. Gallice, *Il empala les principaux de la ville.* iii. 159. vi. 23, 98.

κορυφοῦν. Vide ἀποκορυφοῦν.

κοσμεῖν. com. In aliquem ordinem redigere. In aliquo ordine collocare. ἐς τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται ἐκεκοσμέατο. Hæ [provinciæ, vel præfecturæ] in Ægyptiaca provincia ponuntur, in Ægypti regione tractuque continentur. iii. 91.

κοσμεῖν, et κοσμεῖσθαι. Attice et Ionice pro κοσμεῖν. Ornare. Instruere. In ordinem redigere. τὰς κεφαλὰς κοσμέονται. vii. 209. Capita ornant. [De Lacedæmoniis de vita periclitantibus ibi verba fiunt, de quibus, vii. 208. dicit Herodotus, τὰς κόμας κτενιζομένους.] ἔπί τε τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο. ix. 31. Inque plures ordines erant digesti.

κόσμιον, ου, τό. com. pro quo dicitur et κοσμιότης, ητος, ἡ. Modestia. ἡ δὲ παρ' αὐτῷ εἰργάζετο, πολλῷ κοσμίῳ χρωμένη. V. Hom. 4. Hæc autem apud ipsum multa cum modestia opus faciebat.

κόσμος, ὁ. com. Ornatus. Ornamentum. Disciplina. Ordo. κόσμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτός ἐστι ὁ καταστησάμενος. Deiocus primus fuit, qui hanc disciplinam instituit, atque constituit. i. 99. Sic etiam Gallice, *Deiocus fut le premier, qui établit cet ordre.*

κόσμος, ὁ. Ordo. Acies instructa. Militaris disciplina. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐκ τῆς μάχης ὡς ἐτράποντο, ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. iii. 13. Ægyptii vero cum a prælio, sive post commissam pugnam, [ab hoste] in fugam versi fuissent, nullo ordine [servato] fugere cœperunt. Ἀπίασι οὐδενὶ κόσμῳ. viii. 60. Nullo ordine [servato] discedent, abibunt. σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν. viii. 86. Ordine locoque servato navale prælium committentibus. (οὐ τεταγμένον, οὔτε σὺν νόῳ. ibidem.) ἔφευγον οὐδένα κόσμον ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἑωϋτῶν. ix. 65. subauditur præpos. κατὰ, pro κατ' οὐδένα κόσμον. Nullo ordine in sua castra fugere cœperunt. Οὐδένα κόσμον ταχθέντες. ix. 69. Nullo ordine instructi. ἐπειγομένους οὐδένα κόσμον. ibid. Nullo ordine properantes. In his etiam duobus locis ἡ πρόθεσις κατὰ subauditur. Οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο. ix. 66. Non amplius eodem ordine ducens.

κόσμῳ. ἀντὶ τοῦ, ἐν κόσμῳ. vel (ut poetæ loquuntur) μετὰ κόσμῳ, pro σὺν κόσμῳ. κοσμίως. Decore. Concinne. Apte. vii. 36. κόσμῳ θέντες τὴν ὕλην. Materia concinne posita. ibid. σὺν κόσμῳ, καὶ κατὰ τάξιν. (οὐ τεταγμένοι, οὔτε σὺν νόῳ ναυμαχοῦντες. viii. 86. οὔτε κόσμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες, οὔτε τάξι. ix. 59.) Nec ulla militari disciplina instructi, nec ullo ordine [servato: sed inordinate, et confuse.]

κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζεσθαι. viii. 67. Ordine deinceps, et gradatim sedere.

κοτέ. Ion. pro com. ποτέ. Quondam. Interdum. Aliquando. Semel. καὶ κοτε συνήνεικε ἑλεῖν σφέας μηδέν. Et semel accidit ut illi nihil caperent. i. 73, 84.

κότερα. Ion. pro com. πότερα. Utrum, interrogative. i. 88, 91, 126.

κουρίδιος γυνή. Ion. et poet. Uxor, quam quis virginem ducit. οἱ Πέρσαι γαμέουσι πολλὰς κουριδίους γυναῖκας. Lat. interpres. Virgines multas ducunt uxorum loco. Quod non satis aperte videtur rem indicare. Vertendum enim, Persæ multas uxores virgines ducunt. Multas ducunt uxores, quæ sunt virgines, quum eas ducunt. i. 135. κουριδίας γυναῖκας. v. 18. vi. 138.

κουροτρόφος, ου, ἡ. Telluris epithetum, de quo Suidam consule. Juventutis altrix. Accipitur et pro ipsa Tellure, et Cerere. V. Hom. 30.

κράνος, εος, ους, τό. Poeticum, pro quo et κόρυς, θος, ἡ. et com. περικεφαλαία. Galea. vii. 89, 91.

κρᾶσις. Ionibus familiaris. ἀμβώσας, pro ἀναζοήσας. Vociferatus. i. 8. ἀνέζωσεν, pro ἀνεζόησεν. i. 10. ἐννώσας, pro ἐννοήσας. i. 68. Cum animadvertisset. Cum consiederasset. Cum intellexisset. ἐνένωτο, pro ἐνενόητο. In animo habebat. i. 77. ἐννώσαντα, pro ἐννοήσαντα. Secum reputantem. Cum cogitasset. i. 86. ἐπιζώσασθαι, pro ἐπιζοήσασθαι. Invocasse. Implorasse. i. 87. βῶσαι, pro βοήσαι. Vocare. i. 146. ὦλλοι, pro οἱ ἄλλοι. i. 48. τῶγαλμα, pro τὸ ἄγαλμα. ii. 42. Vide ω κατ' Ἰωνικὴν κρᾶσιν ἐκ τοῦ οα. Item ω κατὰ κρᾶσιν Ἰωνικὴν ἐκ τοῦ οη.

κραταιὰ νίκη. Ctesias Pers. 36. Ingens victoria.

κραταίποδες, ων, οἱ. Nomen Homericum. Qui pedes duros, robustos, et firmos habent. οἱ κραταιοὺς, τουτέστι κρατεροὺς, καὶ στερρούς. καὶ ἰσχυροὺς πόδας ἔχοντες. V. Hom. 33. ἡμίονοι δ' ἄξουσι κραταίποδες ἐς τόδε δῶμα. Muli vero duris pedibus præditi [vestras nurus] vehant in hanc domum.

κράτος, εος, ους, τό. com. Imperium. Imperii summa. Summa imperatoris in exercitum auctoritas. τὸ γὰρ κράτος εἶχε τῆς στρατιῆς οὗτος ἐκ βασιλῆος. ix. 42. Valla: Penes eum namque erat summa imperii. Æ. P. Hic enim exercitus imperium a rege [sibi datum] habebat. Sic enim et Virgil. Æn. lib. i. ver. 137. loquitur, Maturate fugam, Regique hæc dicite vestro, Non illi imperium pelagi, sævumque Tridentem, Sed mihi sorte datum. Vel, Hic enim [totius] exercitus imperium a rege [datum] penes se habebat.

κρατύνειν. Confirmare. Stabilire. Munire. ἐκρατύνθη. Confirmatum est. i. 13. κρατῦναι αὐτὸν δορυφόροισι. Ipsum satellitibus stipatum munire. i. 98, 100. τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε. vii. 156. Syracusas stabilivit, vel munivit.

κραυγάνεσθαι. Verbum Herodoteum pro com. κραυγάζεσθαι. Vagire. παιδίον κραυγανόμενον. Infans vagiens. i. 111. In Lexicis vulgatis hic locus citatur, sed κραυγαζόμενον legitur.

κρεοφάγος, ου, ὁ. com. Qui carnes edit. Qui carnibus vescitur. iv. 186.

κρεουργηδόν. Adverbium Herodoteum, quod significat aliquid in parva frusta dissectum, atque concisum, ut a laniis fieri solet. τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες. Cum homines in parva frusta dissecuissent, eorumque carnes concidissent. iii. 13.

κρέσσων, ὁ καὶ ἡ. Ion. pro com. κρείσσων. et Attice κρείττων. Melior. Præstantior. Potentior. Ἀρκάδων κρέσσονες. Arcadibus præstantiores, vel potentiores. i. 66. iii. 52. κρέσσον. v. 18. vi. 12.

οὐδαμᾶ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ. vii. 172. Nusquam, vel nunquam, necessitas potentior est impotentia. i. e. eo, quod nullo modo fieri potest. Sic autem formatur hoc nomen κρέσσων. (Magnum Etymol. 537. Κρείσσων) ὄνομα συγκριτικὸν παρὰ τὸ κρατὺς, [ὡς βαθὺς, γλυκὺς, ταχὺς,] ὁ πρῶτος [τῆς συγκρίσεως] τύπος, κρατύτερος, [ὡς βαθύτερος, γλυκύτερος, ταχύτερος.] ὁ δεύτερος, κρατίων, [ὡς βαθίων, γλυκίων, ταχίων,] καὶ ὁ τρίτος κράσσων, [ὡς βάσσων, γλύσσων, θάσσων, τραπέντος τοῦ τ, εἰς θ.] καὶ κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τοῦ α εἰς ε, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, [κρείσσων.] οὐδέποτε δὲ πρὸ τῶν δύο σσ εὑρίσκεται δίφθογγος, πλὴν τοῦ λεύσσω, γλαύσσω, τὸ φωτίζω, καὶ κρείσσων, καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ῥήματος γιγνομένου, [κρεισσόω, ῶ.]

κρησφύγετον, ου, τό. Ion. et poet. Perfugium. Locus, in quem quis incolumitatis causa confugit. Asylum. γενικῶς pro effugio, et effugiendi vitandique mali ratione. [Consule Suidam, et Eustath. τοῦτο εἶναι τὸ κρησφύγετον. viii. 51. Hoc esse effugium [dicebant.] κρησφύγετον τοῦτο ἐποιέετο. ix. 15. hoc refugium [sibi] parabat. ix. 96.

κρίνειν. com. Judicare. Jus dicere. Δίκας σφι πάντων βασιλήων δικαιοτάτας κρίνειν. [Aiunt illum] omnium regum justissime jus ipsis dixisse. ii. 129.

κρίνειν. Interpretari. Dictum de somniorum conjectoribus, qui de somniis judicant, factoque judicio pronuntiant, quid illa significent, atque portendant. Ideoque ὀνειροκρῖται vocantur. Οἱ τὸ ἐνύπνιόν οἱ ταύτῃ ἔκριναν. Qui insomnium ipsi sic interpretati fuerant. i. 120. τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν. Quonam modo visum illud ipsi fuissent interpretati. ibid. vii. 19.

κρίνεσθαι. com. Disceptare. κρινομένων περὶ ἀρετῆς. De virtute disceptantibus. iii. 120.

κρῖνος, εος, ους, τό. V. H. pro com. κρῖνον, ου. Lilium. κρίνεα πολλά. Lilia multa. ii. 92.

κριοπρόσωπος, ὁ. Arietis vultu præditus. ii. 42. iv. 181.

κρίσις, ἡ. com. Disceptatio. κρίσις γίνεται μεγάλη τῶν γυναικῶν. Magna inter uxores [ipsorum] oritur disceptatio. v. 5.

κρίσκρανα, ων, τά. Nomen hoc legitur apud Ctesiam Pers. 2. Sed nec Latinus interpres, nec ullus alius, quod mihi saltem constet, declarat quidnam significet. Ex ipsis tamen Ctesiæ verbis, καὶ κρυφθῆναι ἐν τοῖς κρισκράνοις τῶν βασιλείων οἰκημάτων, colligi non absurde videtur, locum aliquem secretiorem in regiis ædibus fuisse, ubi Astyages occultatus fuerit, de quo jam verba fiunt. Nisi forte quis regia scrinia censeat hic intelligenda. Quod a veritate non alienum. Ipsum enim Græcum vocabulum ad hanc interpretationis conjecturam minime rejiciendam nos quodammodo manu ducit. Quid autem scrinium, unde dictum, et quot ejus genera, vide cum apud alios, tum apud Hottomannum in commentariis de Verbis Juris.

κροταλίζειν. Crepitaculum agitare, sonumque edere. ii. 60.

κρυμὸς, οῦ, ὁ. com. Frigus. Glacies. iv. 28. ἐν κρυμῷ ἀποσφακελίζουσι. In frigore tabefiunt. ibid.

κτηνηδὸν. V. H. Pecudum more. κτηνηδὸν μισγόμενοι. Pecudum more coeuntes. iv. 180.

κτίζειν. com. Condere. Coloniam aliquo ducere. Locum aliquem ædificiis in eo exstructis habitabilem reddere. Urbes, domos, ædificia in aliquo loco condere. ταύτην τὴν νῆσον Δακεδαιμονίοισι φασὶ λόγιον εἶναι κτίσαι. Aiunt oraculum de colonia in hanc insulam ducenda Lacedæmoniis redditum esse. iv. 178.

κτιλοῦν. V. H. quod Eustathius sic interpretatur, κτιλῶσαι, τὸ πραῢ-

ναι, καὶ χειροήθη ποιῆσαι, παρὰ τὸν κτίλον. id est, Demulcere, et mansuetum reddere, dictum a nomine κτίλος. i. e. aries, qui ovium gregem antecedit, suisque blanditiis delinit, sibique conciliat. Idem in comment. Iliad. Γ. 403. (v. 196.) Ἔστι δὲ κτίλος, ὁ χειροήθης, καὶ ἥμερος, ἐκ τοῦ κίω τὸ πορεύομαι. ὁ τῶν ἄλλων προπορευόμενος. ἐξ οὗ καὶ ἐκτιλωμένος παρὰ Παυσανίᾳ ὁ συνήθης τινί. καὶ κτιλῶσαι ῥῆμα παρὰ Ἡροδότῳ, εἰπόντι, Ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων, ἤγουν εἰς γυναῖκας ἔσχον προσάγαντες. iv. 113. Reliquas Amazonas blanditiis delinitas sibi conciliarunt, ac in matrimonium duxerunt. In vulg. Lexicis legitur, ἐκτιλοῦσθαι, significat puellam demulcere, atque ita demum conciliare, ut uxorem ducas, a κτίλος, quod arietem significat mitem et mansuetum. Herodotus. ἐκτιλώσαντος τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων. Hinc ἐκτιλόμενος, Pausaniæ, qui cuipiam familiaris est factus. Sed in vulgatis Lexicis legendum κτιλοῦσθαι, et ἐκτιλώσαντο, et ἐκτιλωμένος. Varias τοῦ κτίλου significationes in iisdem Lexicis vide.

κτισὺς, ύος, ἡ. Vide κτισήν. ix. 97.

κτισήν. ibid. In Stephani codice sic scriptum legitur: sed perperam. Scribendum enim per υ, κτισύν. Quam emendationem Eustathio debemus acceptam referre, qui in commentariis τῆς Ἰλιάδος Τ. 1180. 7. hæc tradit: ἡ δὲ βραντὺς, Ἰώνων ἐστὶ σχηματισμὸς, ὡς καὶ ἡ ἐδητύς, καὶ ἡ ὀτρυντὺς, ἤτοι ὁ ἐρεθισμὸς ὁ ἐκ τοῦ παροτρύνειν, καὶ ἡ κτισὺς, ἤτοι ἡ τοῦ κτιζομένου ποίησις. κτισὺν γοῦν Μιλήτου φησὶν Ἡρόδοτος. Idem in indice, κτισὺς, ἡ κτιζομένου τινὸς οἰκοδομήματος παρασκευὴ, οἷον κλισὺς Μιλήτου παρ' Ἡροδότῳ. Idem Eustath. in comment. in Dionys. de Situ Orbis, p. 109. ed. H. Steph. hunc Herodoti locum afferens, scribit κτίσιν, quod commune. Ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτισύν. ix. 97. Valla: Sectans ad coloniam Mileti collocandam. Æ. P. Hoc verba sonant, Secutus ad Mileti ædificationem, i. e. ad Miletum ædificandam, sive condendam secutus.

κτος, στος, τος. Nominum multorum terminatio passiva, quæ vim activam habent. Vide ὀνόματα πολλά, &c.

κυκλεύειν, et κυκλεύεσθαι. Ion. et poet. pro com. κυκλοῦν. Circumdare. Circumire. οἱ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλεύοντο, ὡς περιλάβοιεν αὐτούς. viii. 16. Barbari facta lunata navium [acie,] circumdabant [eos, vel circum eos ferebantur,] ut eos comprehenderent, [vel circumdatos caperent.]

κύκλος, ὁ. Circulus. Orbis. Vicissitudo, quæ fit in orbem. κύκλος τῶν ἀνθρωπηίων ἐστὶ πραγμάτων. Circulus est humanarum rerum. Rerum humanarum est quædam vicissitudo. Sic etiam Galli, *Chaque chose a son tour*. Videtur autem Herodotus hic alludere ad Fortunæ rotam, cui fortunam omnesque res humanas fabulæ fingunt impositas, propter earum instabilitatem et inconstantiam. Subjicitur enim, περιφερόμενος δὲ, οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. Circumlatus vero, rotatusque, non sinit eosdem semper secunda fortuna frui. i. 207.

κυκλοτερὴς, ὁ καὶ ἡ. com. Orbiculatus. Circularis. Rotundus. γράφουσι τὴν γῆν κυκλοτερέα ἐὸ σαν ὡς ἀπὸ τόρνου. Terram ut torno elaboratam scribunt esse orbiculatam. At Valla vertit, tanquam tornum factam esse orbiculatam. Verum a Græcis verbis, et sensu, nimis recedere videtur. iv. 36, 184.

κυματίης, ου. Ion. et H. N. pro com. κυματίας, ἤγουν κυματούμενος, ἢ κυμαίνων. Fluctuans.

Fluctibus agitatus. Commotus. κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο. Fluvius fluctibus agitari cœpit. ii. 111.

κυματίης ἄνεμος. viii. 118. Ventus impetuosus, qui fluctus in aquis excitat. Vehemens tempestas.

κυματώγη, ης, ἡ. N. H. Littus, ad quod undæ feruntur, ac franguntur. pro quo poetice συνωνύμως dicitur αἰγιαλὸς et ῥηγμίν, ῖνος. iv. 196. κηρυκήϊον ἐπὶ της κυματώγης κείμενον. ix. 100. Valla: Caduceum super fluctus positum. Æ. P. Caduceum in littore positum.

κυματωγὴ, ῆς, ἡ. idem ac τὸ κυματώγη, ης. alterum ὀξυτόνως, alterum παροξυτόνως scriptum. Littus. ἐπὶ τῆς κυματωγῆς. V. Hom. 19, 34. In littore. Vide κυματώγη. Sed fortasse, cum idem sit vocabulum, et eadem significatio, constanter etiam idem accentus videretur servandus. Vel, si codex est sanus, hæc accentus varietas est observanda.

κυνηγέσιον. Ipsi canes, ipsi venatores, et omne venationis instrumentum. i. 36.

κυρβαῖος, αία, ον. Vocabulum Homericum, quod in vulgatis Lexicis non exstat. Videtur autem tribui rebus, quæ supra κύρβεις, i. e. tabulas poni, servarique solent. Ut κυρβαίη μάζα. Placenta, quæ supra tabulas posita servabatur. Vel (quod longe probabilius) excelsa, tumens, sublimis, τῶν κύρβεων instar. Κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἔρποι μάζα. V. Hom. 33. Sublimis vero semper in arcam panariam veniat placenta. Vel, Tumens, id est, magna, ampla, &c. Vide κυρβασία, et κύρβεις, apud Suidam, Pollucem, et alios. Vel, Sublimis vero semper in arca panaria serpat [augeatur, crescat,] placenta. Nam κάρδοπος hic accipi potest et pro arca, in qua panis servatur, et pro vase ligneo, et oblongo, in quo farina pinsitur, et massa subigitur, quod a Græcis μάκτρα, ας, vocatur, παρὰ τὸ μάττειν, pinsere, subigere. Quidam Latine mactram, et mortarium, appellant. Gall. dicitur a nonnullis *empatoire*, quod in hoc vase concavo massa. i. e. farina macerata, et aqua subacta, quæ vulgo pasta nominatur, a pistoribus vel aliis agitetur, ac subigatur, panis conficiendi causa. Ab aliis dicitur *une mai*, ab aliis *une huche*, ab aliis *un auge*. Sed mactra Græcum est vocabulum. Vide μάζα.

κυρβασίη, ης, ἡ. Ion. pro com. κυρβασία, ας, Galeæ genus. De quo Suidas. Σκύθαι περὶ τῆσι κεφαλῆσι κυρβασίας ἐς ὀξὺ ἀπηγμένας ὀρθὰς εἶχον πεπηγυίας. vii. 64. Scythæ in capitibus cristatas cassides gestabant, in acutum erectas, atque compactiles. Sic Valla. Sed ita res melius indicabitur. Galeas in acutum desinentes, vel, in mucronem fastigiatas, erectas, compactas. i. e. Ita compactas habebant, ut in mucronem essent fastigiatæ, quas erectas gestabant.

κυρεῖν. Ion. et poet. Assequi. Consequi. Compotem fieri. κυρεῖν τέκνων. Liberos adipisci. Liberos habere. i. 31. τυχεῖν τὸ ἀνθρώπῳ ἄριστόν ἐστι. Consequi quod homini optimum est. ibid. ἐδέετο τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι. Populum rogabat, ut aliquam custodiam, aliquod præsidium, ab eo impetraret. i. 59. ταφῆς κυρεῖν. Sepulturam consequi. θάπτεσθαι. Humari. i. 112. ii. 136.

κυρεῖν ἀτιμίης. Ion. pro com. τυγχάνειν ἀτιμίας, quod ab Homero ἀτιμᾶσθαι, et ἀτιμάζεσθαι dicitur. Ignominia affici. Cum ignominia contemni. ἀτιμίης πρὸς ὑμέων κυρήσας. vii. 158. A vobis ignominia affectus. Vel, Cum ignominia contemtus.

κυρεῖν δίκης. Herodotea locutio. ix. 116. Dare pœnas.

κυρίη ἡμέρη. Ion. pro com. κυρία

ἡμέρα. Dies statutus, ac certus. i. 48. ἐπείτε ἡ κυρίη ἡμέρη ἐγένετο τῆς ἀποκρίσιος. Cum dies responsi statutus advenisset. v. 50. Vel, Dies responso reddendo præstituta. ἡμέραι αἱ κύριαι. v. 93.

Κῦρος, vel ut passim apud Ctesiam scribitur, si modo codex mendo caret, Κύρος non προπερισπωμένος, at παροξυτόνως, apud Persas pro Sole videtur accipi. Sic enim Ctesias Pers. 48. τίθεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κύρον. Sed et Xenophon et Suidas aliter sentiunt. Eos consule.

κυψέλη, ης, ἡ. com. Quid autem hoc significet, apud Suidam pluribus docetur. Modo vas vinarium. Modo alveare. Interdum mensuram sex medimnos capientem. Nonnumquam etiam interiorem aurium partem, sordes, et excrementa. Alias arcam, ut hoc loco. ἐς κυψέλην κατακρύπτει. In arca occultat. v. 92. §. 4. Valla: In mensura frumentaria occuluit. καὶ οἱ διαφυγόντι τοῦτον τὸν κίνδυνον, ἀπὸ τῆς κυψέλης ἐπωνυμίην Κύψελος οὔνομα ἐτέθη. ibid. §. 5. Valla: Et filio impositum est nomen Cypselo, ob periculum hoc, quod devitaverat in cypsela, id est, mensura frumentaria. Sed parum commode. Vertendum enim, Eique cum hoc periculum vitasset a Cypsela, [id est, arca, in qua latuerat,] cognomine desumto, Cypselus nomen est impositum. Hanc interpretationem Pausanias in El. lib. i. p. 164. typ. Wechel. aperte verbis hisce confirmat. Λάρναξ δὲ κέδρου πεποίηται. et paulo post, ἐς ταύτην λάρνακα Κύψελον τὸν Κορίνθου τυραννεύσαντα ἀπέκρυψεν ἡ μήτηρ, ἡνίκα τεχθέντα ἀνευρεῖν αὐτὸν σπουδὴν ἐποιοῦντο οἱ Βακχιάδαι. τῆς μὲν δὴ σωτηρίας εἵνεκα τοῦ Κυψέλου, τὸ ἀπ' αὐτοῦ γένος οἱ ὀνομαζόμενοι Κυψελίδαι τὴν λάρνακα ἐς Ὀλυμπίαν ἀνέθεσαν. τὰς δὲ λάρνακας οἱ τότε ἐκάλουν Κορίνθιοι κυψέλας. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ ὄνομα Κύψελόν τῷ παιδὶ θέσθαι λέγουσι. Sed Herodoti locus aliquam habet difficultatem ob illud vocabulum ἐπωνυμίην, cui subjicitur οὔνομα. Nam discrimen aliquod inter ἐπωνυμίην, et simplex οὔνομα, videtur esse. Huc adde quod et præpositio κατὰ subauditur ἐν τῷ ἐπωνυμίην. Non raro tamen (ut suo loco variis exemplis demonstratur,) ἐπωνυμίην pro οὔνομα sumi constat. Valla et Stephanus hanc difficultatem sua βραχυλογίᾳ caute vitarunt. Fortasse hæc idem valent, ac si dixisset Herodotus ἀπὸ τῆς κυψέλης ἐπωνυμίης Κύψελος οὔνομα ἐτέθη. Hanc interpretationem sequor, quod in præsentia meliorem non animadvertam. ἐπωνυμίην vero dicit, quia revera nomen ab arca desumtum, Cypselo fuit impositum, quod et nominis, et cognominis vim habebat.

κύρτη, ης, ἡ. Ion. et poet. ac H. V. Nassa, Cavea. ἔλαβον ἐν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ. Ipsos ut in cavea, nassave, cepissent conclusos. i. 191.

κῶλον, τό. com. pro μέρος. Membrum. Latus. Pars. τὰ μὲν τρία τῶν κώλων ἔξι ἀπότομα, κατὰ δὲ τὸ ἓν, ἐπιβατόν. Ac tria quidem [illius loci] latera sunt prærupta, ab uno vero [latere locus ille] ascendi potest. iv. 62. τοῦ τείχεος κῶλον ἕκαστον. Unum quodque murorum latus. iv. 108.

κωπέες, εἷς, οἱ. Ion. et poet. pro com. κωπηλάται, ῶν. et ἐρέται. Remiges. παρὰ τὸ τὰς κώπας ἐλαύνειν, καὶ ἐρέσσειν. a remis agendis, et remigando sic appellati. v. 23.

κωφὸς, ὁ. Ion. et com. Surdus. i. 34. ὁ διεφθαρμένος τὴν ἀκοήν. Qui sensum auditus corruptum habet. i. 38.

Λ.

Λαβεῖν ἐν φρενί. ix. 10. Vide φρήν. Vide et νόος.

λαβέω, ῶ. ήσω. Ion. et poet. pro com. λαμβάνω. Capio, occupo, deprehendo. Οἷά μιν καταλελάβηκε. Qualia sibi contigissent. v. s. Qualia ipsum deprehendissent. iii. 42. ὁ δαίμων τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε. Dæmon vestrum regem occupavit. iv. 79. viii. 122.

λάβρος, ὁ. Ion. et poet. pro com. σφοδρὸς, vehemens. q. d. λίαν βαρύς. Valde gravis. alias λάβρος, vorax. παρὰ τὸ λίαν βορᾶν. Valde vorare. iv. 50. λέγεται ὕσαι ὕδατι λαβροτάτῳ. Aqua vehementissima pluisse fertur. i. 87. ὄμβρος λάβρος. viii. 12. Vehemens imber, sive pluvia vehemens.

λαγχάνειν. Sortem alicui obtingere. λαγχάνει Βαγαῖος. Bagæo sors obtigit. Gallice. *Le sort tomba sur Bagæus* iii. 128. λαχὼν ὁ Βαγαῖος. Cum sors Bagæo obtigisset. ibid.

λάγὸς, οῦ, ὁ. Ion. et poet. pro com. λαγωὸς. Lepus. ἀποῤῥάψας τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα. Resuto, consutoque leporis ventre. i. 123. iv. 134.

λαγὼς, ὼ, ὁ. Ion. et Attice, pro com. λαγωὸς, οῦ. Lepus. λαγὼν μηχανησάμενος. Cum leporem arte composuisset, ac adornasset. i. 123. διδόντα τὸν λαγών. ibid. τὸν λαγὼν ἀνέσχισε. Leporem aperuit. i. 124.

λαθραίως. Adverbium Herodot. quod in vulgatis Græco-latinis Lexicis nullius auctoris exemplo confirmatur. Com. λάθρα, καὶ κρυφίως. Clam. Furtim. συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως, ἐν γαστρὶ σχεῖν. V. Hom. 2. Accidit ut hæc puella cum viro clam congressa, gravida fieret. Vel, Clam viro mixta, [fœtum] in utero haberet, [prægnans fieret.]

λαισήϊον, ου, τό. Ion. et poet. Eustath. εἶδος ἀσπίδος ἐκ λασίων βυρσῶν ἀκατεργάστων γινόμενον, ὅθεν καὶ λέγεται. Idem λαισήϊα, τὰ ἐν τῇ λαιᾷ φερόμενα ἀμαζονικὰ ἀσπίδίσκια. id est, Clypei genus ex densis bubulis pellibus non conditis, ac opere expolitis; at rudibus, vel etiam crudis; unde nomen sumtum. Alias sic appellantur parva Amazonica scuta, quæ in sinistra manu feruntur. Peltæ autem intelliguntur, de quibus Virgil. Æn. i. 490. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. Priorem ἑτυμολογίαν Herodotus. vii. 91. his verbis confirmat. Λαισήϊά τε εἶχον ἀντ' ἀσπίδων, ὠμοβοίης πεποιημένα. Valla: Pro scutis parmulas e crudo bovis corio factas habebant. Valla igitur λαισήϊον pro πέλτη sumsit. Quod enim Latine parma, id Græce πέλτη, ut quidam tradunt in illud Virgilii carmen, quod exstat Æneid. ix. 548. Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.

λάκκος, ου, ὁ. com. Vivarium. Fossa. Lacus. Puteus. Cisterna. vii. 119.

λαμβάνειν δίκην, apud Herodotum dicitur et is, qui pro suo peccato pœnas alicui dat, pœnasque tanquam sui peccati pretium, atque præmium, ab eo accipit. Οὗτος ἀνηκούστεέ τε, καὶ λόγον εἶχε οὐδένα, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Hic parere noluit, nec ullam imperatorum rationem habere voluit, donec pœnas dedit. i. 115. Sic et Galli, *Jusques à tant qu'il eût reçu son châtiment.* Sic etiam λαμβάνειν μισθόν. *Recevoir son paiement, ou salaire.*

λαμβάνειν ἐπιχείρησίν τινα. Herodotea locutio, pro com. ἐπιχειρεῖν τι. Aliquam aggressionem suscipere. pro, Aliquid aggredi. iii. 71.

λαμβάνειν τινὰ πίστει, καὶ ὁρκίοισι. Herodotea locutio. Aliquem fide, et jurejurando sibi obstringere. φίλον προσεκτέωντο, πίστει τε λαβόντες, καὶ ὁρκίοισι. Amicum sibi adjunxerunt, eum fide, et jure-

jurando sibi obstringentes. iii. 74. Valla parum fideliter hæc videtur vertisse, accipientes fidem, ac jusjurandum. quasi legerit, πίστιν, καὶ ὅρκια λαζόντες. Sensus quidem bonus. Sed tamen locus accipiendus, ut verti.

λαμβάνειν πέρας. περαίνεσθαι. τελειοῦσθαι. Perfici. Ctesias Pers. 10. λαμβάνει πέρας ἡ πρᾶξις. Res ad exitum perducitur.

λαμπαδηφορίη, ης, ἡ. Ion. pro com. λαμπαδηφορία, ας. Lampadum gestatio. Quis autem esset hic mos, quis dies festus, in quorum Deorum honorem, et qua de causa celebraretur, vide apud Aristophanem ἐν Βατράχοις. v. 131. Ἀφιεμένην τὴν λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῷ. Scholiastes Græcus ait illic intelligi τοὺς λαμπαδισὰς ἀγῶνας. λαμπαδηδρομίαι δὲ (inquit ille) γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως. Κεραμεικὸς δὲ τόπος Ἀθήνησιν ὅπου συνετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ ἐνιαυτὸν, λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. Consule et ejusdem Comediæ v. 1130. φυσῶν τὴν λαμπάδ' ἔφευγε. Schol. τῶν λαμπαδηφόρων, καὶ τῆς λαμπαδηφορίας mentionem facit. Hinc verbum λαμπαδηφορεῖν, quod et λαμπαδουχεῖν ἀπὸ τοῦ λαμπαδούχου. Vide et Suidam in voce λαμπάδος. Herodot. viii. 98. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δρομεὼν παραδιδοῖ τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ, &c. κατάπερ Ἕλληνσι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Valla satis fideliter hunc locum Latine vertit. Quare Lector eum consulat. Nos enim pro virili studemus brevitati, præcipue quoties nulla se nobis offert difficultas.

λάξεσθαι. Ion. et poet. futurum verbi λάζομαι. quod ita formatur. λήζω. aorist. 2. act. ἔλαζον. hinc λάζω, unde λαβάζω, κατὰ συγκοπὴν λάζω, quod inusitatum: hinc deductum λάζομαι, et λαζύω, et λαζυμι. De quibus Eustath. Idem autem significat ac λαμβάνω. Capio. Accipio. ἔμελλον λάξεσθαι δέκα δραχμάς. vii. 144. Decem drachmas erant accepturi.

λᾶξις, ιος, ἡ. N. H. Sors. Portio. Pars. pro comm. λῆξις. μοῖρα. μέρος. Δευτέρην λᾶξιν ἔχοντες Βουδῖνοι. Budini secundam partem habentes. iv. 21. Sic enim hoc nomen videtur scribendum, quod Ἰωνικῶς τὸ η εἰς α sit conversum. In vulgatis tamen Lexicis, et in Stephani codice nomen hoc παροξυτονεῖται, λάξις. quæ scribendi ratio si bona, vocem hanc non a λῆξις deductam dices, quæ ab inusitato λήχω, ξω. sed a nomine λάχησις, κατὰ συγκοπήν. λάχησις vero, a λαχέω, ῶ. ήσω. quod ab ἔλαχον aor. 2. act. τοῦ λήχω. Hæc igitur scribendi varietas est observanda. ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη τῶν λαξίων, Σαυροματέων ἐστί. Sed prima quidem portio est Sauromatarum. ibid. Valla videtur nomen τῶν λαξίων accepisse pro proprio populorum quorundam nomine. Vertit enim, Laxiorum. Quod ei condonandum. Nam Stephani codex eum in hunc errorem impulit, quia per majusculum Λ scriptum habet Λαξίων.

λαμπροφωνίη, ης, ἡ. Ion. pro com. λαμπροφωνία. vi. 60. Valla vocalitatem vocat. Sed fortasse melius si vocis claritatem appellemus. Sic enim et Cic. Acad. Quæst. lib. i. §. 5. de vocis laude verba faciens loquitur.

λαμφθείς. et composita. Vide λάμψομαι.

λάμψομαι, η, εται. Ionic. et Dor. λαμψοῦμαι. pro com. λήψομαι. verso η in α. et inserto μ. vel ab ἔλαζον aor. 2. act. quod a λήζω deductum, fit præsens λάζω, unde λαβάνω, hinc λαμβάνω, et per syncopen λάμζω inusitatum, unde istud λάμψομαι, et alia hinc legitime formata. Capiam. Accipiam. ὥς μιν λάμψεαι. Ut ipsam

capias. i. 199. id est, ut ipsa potiaris. λαμφθῆναι. Captum, vel deprehensum fuisse. ii. 89. pro ληφθῆναι. ἀπολαμφθέντες. Intercepti. ii. 115. παραλάμψεσθαι, pro παραλήψεσθαι. ii. 120. δῶρα λάμψονται. Dona accipient. iii. 36. διαλελαμμένος, pro διαλελημμένος. Distinctus. Divisus. iii. 117. [Hinc deductum τὸ καταλαμπτέος. iii. 127. de quo suo loco.] ἀπολάμψασθαι ἔμελλε τὴν πόλιν. Urbem recepturus erat. iii. 146. καταλάμψεται peculiari quodam modo positum. iv. 33. εἰ σφέας δὲ καταλάμψεται, ἀπος-έλλοντας μὴ ἀποδέκεσθαι. Si ipsis semper accideret, ut [aliquos] mittentes, [eos] non reciperent. id est, ut eos, quos mitterent, non reciperent. Vide καταλαμβάνειν, et καταλαβέω, ῶ. διαλελαμμένος, pro διαλελημμένος. Interceptus. Correptus. Comprehensus. iv. 68. ὁ τουτέων θάνατος καταλαμφθεὶς ἐσιγήθη. Horum mors deprehensa, quamvis manifeste fuisset deprehensa, patefacta, tamen silentio suppressa fuit. v. 21. οἱ Λυδοὶ ἀπολαμφθέντες πάντοθεν. Lydi undique circumventi. v. 101. καταλαμψόμενον τὰ πρήγματα. Res occupaturum. vi. 39. νέες ἀνάγκη λαμφθεῖσαι. Naves necessitate, id est, per vim acceptæ, extortæ per vim. vi. 92. τὴν ἀξίην [δίκην] οὐ λάμψεαι. Dignas pœnas non accipies, i. e. dabis. vii. 39. vel χάριν sub. dignam gratiam non accipies. dignam præmium non accipies. παραλαμψομένους. vii. 157. μὴ λάμφθείη. vii. 239. Ne caperetur, vel, ne deprehenderetur. ὅκως δῶρα παρὰ βασιλῆος λάμψηται. viii. 10. Ut dona a rege acciperet. ἐν ὀλίγῳ ἀπολαμφθέντες. viii. 11. In exiguo [loci spatio] intercepti. ix. 114. ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες. In insula intercepti. viii. 70. ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι. viii. 76. ἀπολαμφθεὶς ἐν τῇ Εὐρώπῃ. viii. 97. 108. ὡς ἀπολάμψοιτο τυχούς. ix. 38. Quod multos interciperet, vel, intercepturus esset, ἀπολελαμμένοι. Intercepti. ix. 51. καταλαμφθέντες. ix. 58. Intercepti, vel, comprehensi. Δοκέων αὐτὴν μᾶλλον λάμψεσθαι. ix. 108. Existimans se facilius ea potiturum. v. s. Existimans fore ut eam facilius caperet. ζῶντες ἐλάμφθησαν. ix. 119. Vivi fuerunt capti.

λάσθη, ης, ἡ. N. H. pro quo com. χλεύη. ὀλιγωρία. Subsannatio. Irrisio. Insultatio. Contemtio. ἐπὶ γέλωτι, καὶ λάσθῃ. Derisionis, ac insultationis causa. vi. 67.

λαῦρα, ας. Ion. et poet. consule Eustath. Vicus, qui com. ῥύμη, Gallice *Rue* vocatur. i. 180.

λεαίνειν. com. pro quo et δῃοῦν. Cædere. Corrumpere. Vastare. τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα λεαίνοντες. Ea, quæ ex terra nascebantur, corrumpentes, terræ germina cædentes, vastantes. iv. 122.

λεαίνειν. comm. Lævigare. Polire. Expolire. Exornare. λεήνας τὸν Μαρδονίου λόγον. viii. 142. Expolita, vel exornata Mardonii oratione.

λέγειν epistolæ tributum, vel alicui scripto, significat epistolæ, scriptique alicujus argumentum, vel id, quod in epistola, scriptoque continetur. Ut, τὰ γράμματα ἔλεγε τάδε. Literæ hæc dicebant. Hæc in literis continebantur. i. 124, 187. ii. 106. iv. 91. viii. 22.

λέγειν cum duobus accusat. ut et Attice. ἐκεῖνο ἐγώ σε λέγω. pro, σοὶ λέγω. Illud ego tibi dico. Illo te nomine ego appello. i. 32.

λέγων. Redundans, et nihil ad significationem præcedentis verbi addens. ἔφη λέγων. Dixit dicens, pro simplici, dixit. iii. 156. v. 49. Sic λέγει φάς. v. 50.

λεηλατεῖν. Ion. et poet. Prædari. Diripere. Populari. τὸ πεδίον λεηλατεῦσι. Planitiem populantur.

ii. 152. λεηλατῆσαι τὴν πόλιν. Urbem diripere. v. 101.

λεῖμμα, τος, τό. com. pro quo et τὸ λείψανον. Reliquiæ. i. 119.

λειογένειος, ὁ καὶ ἡ. N. H. Læves malas habens. Tenui, mollique barba præditus. Genas læves habens. v. 20. ἄνδρας λειογενείους.

λείπεσθαι. com. Relinqui. Deseri. Deficere. Deesse. Non adesse. Non interesse. Abesse. ἔφασαν οὐδεμιῇ κακότητι λειφθῆναι τῆς ναυμαχίης. vii. 168. Dixerunt se nulla malitia a navali prælio abfuisse. Vel, Dixerunt se per nullam malitiam a pugna navali abfuisse. Valla nihil ad rem hoc loco videtur dicere. Steph. licet interpretatione liberiore utatur, melius tamen Herodoti mentem interpretatur.

λειποστρατίη, ης, ἡ. Ion. pro com. λειποστρατία. Expeditionis desertio. Militiæ desertio. Militiæ desertæ crimen. v. 27.

λεὼς, ώ. Ion. et Attice, pro com. λαός. Populus. i. 22.

λελογισμένως. Adverbium Herodot. Prudenter. Caute. ἐπὶ τὸν χρυσὸν ἐλαύνουσι λελογισμένως. Ad aurum legendum caute procedunt. iii. 104.

λέλογχα. Præteritum perfectum medium, ab inusitato λέγχω, pro quo dicitur usitatum λαγχάνω. Sortior. Sortito aliquid accipio, vel possideo. Sortitione facta aliquid mihi obtingit. θεοὶ, τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι. Dii, qui Persicum agrum sunt sortiti. vel, Dii, qui Persidem sortito possident. Vel, Dii, quibus agri Persici tutela sortito obtigit. vii. 53.

λελογχώς, ότος, ὁ. com. Qui est. τῶν ἀποίκων λελογχότα. V. Hom. 2. Qui erat de colonorum numero. Fit autem ab inusitato λέγχω, pro quo λαγχάνω. Vide Grammaticas.

λέσχη. Ion. atque com. pro magis frequenti λόγος. Sermo. Colloquium. [φασὶν αὐτὸν] ἀπικέεσθαι ἐς λέσχην περὶ τοῦ Νείλου. Aiunt ipsum in sermonem, vel colloquium de Nilo venisse. ii. 32. γενομένης λέσχης ὃς γένοιτο αὐτέων ἄριστος. ix. 71. Habito sermone quisnam ipsorum fortissimus fuisset.

λέσχη, ης, ἡ. Locus, in quo quis agit, ac loquitur. Quid autem proprie λέσχη diceretur, docet Eustathius in comment. in Σ. τῆς Ὀδυσσείας. 1849. 1. dum Homeri versus illos interpretatur, Οὐδ' ἐθέλεις εὖδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν, ἠέπου ἐς λέσχην. Varias τῆς λέσχης significationes, et verborum hinc formatorum compositiones apud Suidam vide. κατίζων ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων. V. Hom. 12. In senum conventiculis sedens. τὸν λόγον, ὃν καὶ ἐν ταῖς λέσχαις ἔλεγεν. ibid. Verba, quæ et in conventiculis dicebat. ἐν ταῖς λέσχαις. ibid. 13, 15.

λεσχηνεύειν. V. H. Celebrare. Vide περιλεσχήνευτος. ii. 135.

λεσχηνεύειν. Et composita. V. H. ibid. Garrire. Nugari. Confabulari. Colloqui. ὡς προλελεσχηνευμένων αὐτῷ ἀποστάσιος περὶ. Quod cum ipso de defectione prius collocuti fuissent. vi. 4.

λεύειν. Lapidibus obruere. Vide compos. καταλεύειν.

λευκανθίζειν. V. H. Albicare. Candidum esse. Colore candido præditum esse. προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. viii. 27. Cum ipsis prædixisset, ut quem albicantem non conspexissent, eum occiderent.

λευκοεργής. vii. 76. Vide πρόζολος.

λευκόλινον, ου, τό. N. H. Album linum. vii. 25, 34, 36.

λευκόφρυς ἀγορή. Quid. Quando. Cur. iii. 57.

λευστὴρ, ῆρος, ὁ. Dignus, qui lapidibus obruatur. Suidas, ὁ δὲ παλαμναῖος, καὶ λευστὴρ ἐκεῖνος, ἥτησεν

ἐπωνυμίαν λαβεῖν Εὐτυχὴς, ὁ καταλευσθῆναι ἄξιος, τουτέστι λιθοβοληθῆναι. καὶ Αἰλιανὸς, ἵνα τὸν τῶν κακῶν αἴτιον, καὶ λευσῆρα ἀφανίσωσι. Valla non passive: sed active vocem istam accepit. ἡ Πυθίη χρᾷ ἐκεῖνον εἶναι λευσῆρα. Pythia respondet illum esse lapidatorem. Sed Suidæ verbis fides hoc saltem loco potius habenda. Cur autem Clisthenem Pythia vates dignum esse dixerat, qui lapidibus obrueretur? Ob impietatem, et scelera, quæ jam patrarat, et patrare cupiebat. Ex ipsis Herodoti verbis facile potest colligi, quid sibi velit hoc vocabulum. Consule locum.

λεωσφέτερος, ου, ὁ. N. H. quod in vulgatis Lexicis non reperitur. q. d. ὃν τινες ἐκ τοῦ λεὼ, τουτέστι λαοῦ, τοῦ σφετέρου ποιοῦσιν, ἤγουν πολίτην. Quem aliqui ex suo populo, id est, civem faciunt. Quem suæ civitatis jure donant, civemque faciunt. Κλυτιάδην Λακεδαιμόνιοι λεωσφέτερον ἐποιήσαντο. ix. 33. Clytiaden Lacedæmonii sua civitate donarunt. Vel, suæ civitatis jure donarunt. Quod ibid. dicit apertius, ἣν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται.

λεωφόρος, Ionice, et Attice pro com. λαοφόρος. δημόσιος. πύλαι λεωφόροι. Portæ publicæ. i. 187.

λήθη. Ion. poet. com. Oblivio. λήθην ποιεύμενος τά μιν ἐόργεε. Oblitus eorum, quæ ipsi fecerat. i. 127. pro λήθην ποιούμενος ἐκείνων, ἃ αὐτὸν ἐποιήσατο. ἐπιλαθόμενος ὧν αὐτὸν ἐποιήσατο.

λήθη, ης, ἡ. com. Oblivio. λήθην ἐκείνων ποιεύμενος. viii. 79. Herodotea locutio. pro quo poeta diceret ἐκείνων ληθόμενος. com. vero, ἐκείνων ἀμνηστῶν, vel ἐπιλανθανόμενος. Illorum oblitus. Illorum memoriam deponens. Illa mandans oblivioni.

ληΐζεσθαι. Ion. et poet. Prædari. Latrocinia exercere. Rapere. Eripere. τὸν κρητῆρα ἐληΐσαντο. Craterem eripuerunt. Rapuerunt. iii. 47. ληϊζόμενοι. iv. 112. ληϊσαμένων τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας. Qui mulieres Atheniensium, vel Atticas mulieres rapuerant. iv. 145. τὰ χρήματα ληΐσεται. Pecunias prædabitur, rapiet. vi. 86.

ληΐη, ης, ἡ. Ion. et poet. pro com. λεία. Præda. iv. 64. ἀπὸ ληΐης ζῶσι. Ex præda vivunt. iv. 103. τοὺς πολεμίους ληΐην θέσθαι. Hostes diripere. iv. 202. διεδάσαντο τὴν ληΐην. viii. 121. Prædam diviserunt. μετὰ τὴν διαίρεσιν τῆς ληΐης. viii. 123. Post prædæ divisionem [factam. post prædam divisam.] τὴν ληΐην προεξαγαγόντες ἐς τὸν αἰγιαλόν. ix. 106. Cum prædam in littus exportassent.

ληΐον, τό. Ion. et poet. Seges. ληΐου ἐμπιπραμένου. Incensa segete. i. 19. τὸ ληΐον ἀνέμῳ βιώμενον. Seges violenter agitata. ibid.

ληϊστὺς, ύος, ἡ. N. H. pro quo com. λεία. Præda. ζῆν ἀπὸ πολέμου, καὶ ληϊστύος. Ex bello, prædaque vivere. v. 6.

λήϊτον, ου, τό. Curia. Locus publicus, in quem magistratus conveniunt. Vocabulum est Achaicum, ut ex Herodoti verbis patet. vii. 197. λήϊτον καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοί. Quod [alii Græci vocant] πρυτανεῖον, id Achæi λήϊτον appellant.

λῆμμα, τος, τό. Sic apud Herod. vii. 99. scribitur. Præsens animus. Virilis, et fortis animus. Acer, et præsens animus. Animi præsentia. Fiducia. Audacia. ὑπὸ λήμματός τε καὶ ἀνδρηίης. Propter animi præsentiam, et virilitatem, sive virilem fortitudinem. Sed λῆμα, per simplex μ, et λήματος videtur ibi scribendum. Maximum enim est discrimen inter utrumque. Consule Suidam, et alios. Ab hoc λῆμα deducitur nomen ληματίας, ου, ὁ. Generosus. Arrogans. Superbus. et verbum ληματιᾶν. Generosos spiritus gerere. Superbum et ar-

rogantem esse. In vulgatis Lexicis fit mentio hujus loci, recteque λήματος per alterum μ scribitur. Error typographicus est, qui facile corrigi potest.

λῆμμα, τος, τό. com. Audacia, animi præsentia. λήμματι, καὶ ῥώμῃ οὐκ ἔσσονες ἔσαν οἱ Πέρσαι. ix. 62. Audacia, et robore non inferiores erant Persæ. Sed et hic fortasse per simplex μ vocem scribere præstaret.

Λήμνια ἔργα ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα πάντα τὰ σχέτλια νενόμισται καλέσθαι. vi. 138. Lemnia facinora per Græciam, sive in Græcia, vocari consueverunt omnia crudelia facinora. Cur. ibid.

λιθόλευστος. ου, ὁ καὶ ἡ. Lapidibus obrutus. λιθόλευστος ἐγεγόνει. Ctes. Pers. 45. Lapidibus obrutus fuit. pro quo dicitur infra συνωνύμως unica voce, κατελεύσθη. ibid. 50.

λιθοτομίαι, αἱ. com. Lapicidinæ. ii. 8, 124, 158.

λιμαίνειν. Ion. et poet. ἀπὸ τοῦ λιμοῦ deductum. Fame laborare. ἵνα μὴ λιμήνωσι ἡ στρατιή. Ne exercitus fame laboraret. vii. 25.

λιπαρεῖν. Ion. et poet. Orare. Precibus instare. Perseverare. παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι. Vehementer alicui, et assidue adesse, rei alicujus petendæ gratia. λιπαρεόντων αὐτῶν. Cum illi [eum] precibus urgerent. Eum vehementer rogarent. i. 86. διάγειν λιπαρέοντας. Vitam perseverando, et in eodem rerum statu permanendo, traducere. i. 94. ἐλιπάρεε ἱστορέων. Sciscitari perseverabat. Perpetuo sciscitabatur. iii. 51. λιπαρεῖν τῇ πόσει. Potationi indulgere. In potatione perseverare. vel, In potatione diu permanere. v. 19. ἡμεῖς μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω, ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας. viii. 144. Valla: Nos tamen ita illud [vestrum beneficium] tolerabimus, ut nihil vobis molestiæ adferamus. Stephanus. Nos vero quibus poterimus modis nos sustentare pergemus, nihil vobis facessendo negotii. Æ. P. Nos tamen perseverabimus ita, [vitam nostram sustentantes,] ut poterimus, nulla molestia vos afficientes. λιπαρέετε μένοντες. ix. 45. Perseverate hic manere. ἐκείνης λιπαρεούσης. ix. 111. Illa precibus instante.

λιπαρίη, ης, ἡ. Ion. pro com. λιπαρία, ας. Assiduitas. Perseverantia. Constantia. Tolerantia. ἐς τόδε λιπαρίῃ τε, καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν. ix. 21. Ad hoc [usque tempus hosti] resistimus tolerantia, [vel perseverantia, constantia,] et virtute, [vel fortitudine nostra.] τέλος δὲ, ἀρετῇ, καὶ λιπαρίῃ ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος. ix. 70. Tandem vero Athenienses virtute et perseverantia murum ascenderunt.

λιπαρῶς. Assidue. Constanter. Precibus instando. Perpetuis precibus aliquem urgendo. Ctesias Pers. 35. ἐξαιτεῖται λιπαρῶς βασιλέα περὶ τῆς αὐτῶν σωτηρίας. Illorum salutem a Rege, precibus assiduis eum urgens, deprecatur.

λίσσεσθαι. Ion. et poet. pro com. δεῖσθαι. ἱκετεύειν. i. 24. Orare. Precari. πολλὸς ἦν λισσόμενος. ix. 91. Multum orabat. v. s. Multus erat orans.

λιταὶ, ῶν, αἱ. Ion. et poet. pro com. εὐχαί. Preces. λιτῇσι ἀποτρέπει προσωτέρω μὴ πορεύεσθαι. Precibus eos avertit ne ulterius progrederentur. i. 105. κατέβαινε ἐς λιτάς. Ad preces descendit. i. 116.

λογάδες, οἱ. Lecti. Delecti. λογάδες νεηνίαι. Lecti juvenes. Adolescentes delecti. i. 36, 43. viii. 124. ix. 21, 63.

λογίζεσθαι. com. Computare vulgo dicitur. Numerare. *Compter.* passive sumtum. τούτῳ μύρια ἔτεα λογίζονται εἶναι. Ab hoc decem annorum millia esse computan-

tur, i. e. inita ratione esse dicuntur. ii. 145.

λογίζεσθαι. Ion. et com. Secum aliquid reputare. Ducere. Existimare. τὸν ἕτερον παῖδα οὐκ εἶναι μοι λογίζομαι. Alterum filium mihi non esse reputo, duco, puto. i. 38.

λόγιμος, ὁ καὶ ἡ. vel λόγιμος, η, ον. idem ac λόγιος. i. 143. λογιμώτατον ἔθνος. i. 171. ii. 3, 111. iii. 65. ix. 16, 24, 37, 64.

λόγιον, τό. com. pro quo alias dicitur χρησμός. i. 64. vel μαντεία. i. 120. Oraculum. iv. 178. ἐν τῇ [Σαλαμῖνι] ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν [ἡμᾶς] κατύπερθε γενέσθαι. viii. 60. Valla: Apud quam credibile est nos hostibus fore superiores. Æ. P. Apud quam [Salaminem] oraculum etiam nobis est [redditum, oraculo nobis est prædictum, nos] hostibus fore superiores. Hanc meam interpretationem confirmat Herodotus in sequentibus. Vide et viii. 84. seq. et 96. τὰ λόγια λέγει. viii. 62. Oracula dicunt [hoc.]

λόγιος, α, ον. Celebris. Clarus. Eximius. Celebratione dignus. i. 1. λογιώτατοι. Celeberrimi. ii. 77.

λόγον τινὸς ἔχειν. Alicujus habere rationem. Gall. *Tenir compte de quelqu'un.* λόγον οὐδένα εἶχον. Nullam [ejus rei] rationem habebant. Id nullo modo curabant. i. 62, 115.

λόγον ἑωϋτῷ διδόναι. Herodotea locutio. Secum aliquid reputare, perpendere. De re aliqua consultare. i. 34, 209. iii. 45. ἐδίδοσαν σφίσι λόγον. Inter se collocuti sunt. Inter se consultarunt. i. 97. iii. 76. viii. 9. Σκύθαι δόντες σφίσι λόγον ὡς οὐκ οἷοί τέ εἰσι τὸν Δαρείου στρατὸν ἰθυμαχίῃ δηώσασθαι μοῦνοι. Scythæ re secum considerata animadvertentes se solos non posse pugna aperto Marte commissa Darii copias cædere. iv. 102. Valla: Et cum eo Stephanus τὸ δηώσασθαι sumit pro διώσασθαι, id est, repellere: sed vel διώσασθαι scribendum, si repellere significare velis; vel cædere, si vulgatam lectionem retineas. λόγον σφίσι δόντες. Cum inter se consultassent. v. 68, 75. ἐμεωϋτῷ λόγους ἐδίδουν ὅτι ἐπικίνδυνός ἐστιν ἡ Ἰωνίη. Mecum ipse reputabam Ioniam esse periculosam. vi. 86. §. 1. ἑωϋτοῖσι λόγους ἔδοσαν. vi. 138.

λογοποιὸς, ὁ. Historiarum scriptor. Historiographus. ii. 143. v. 36.

λογοποιὸς, ὁ. Fabularum scriptor. ii. 134. Ctes. Pers. 1.

λόγος. Pretium. Æstimatio. Honor. Auctoritas. τὸ Ἰωνικὸν ἔθνος ἦν ἐλαχίστου λόγου. Gens Ionica in minimo erat pretio. Vel, Erat minimi pretii. i. 143. τοὺς λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον. Eos, qui in maximo pretio, vel honore erant, maximæ auctoritatis viros interficiebant. iii. 146. τῶν ἦν ἐλάχιστος ἀπολλυμένων λόγος. Quorum pereuntium minima habebatur ratio. iv. 135. ἐόντες λόγου πρὸς βασιλῆος. Qui apud regem in aliquo pretio erant. quorum aliquam rationem rex habebat. vel, qui in magno pretio, ac honore apud regem erant. iv. 138. οὐδεὶς ἦν τοῦ ἀπολλυμένου λόγος. vii. 223. Nulla pereuntis ratio habebatur. Qui peribat nullo modo curabatur.

λόγος. Sententia. Consilium. Ἴωσι ἔδοξε κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους ἐς Σπάρτην. Ionibus placuit de communi sententia legatos Spartam mittere. i. 141. κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι. De communi sententia. i. 166. κοινῷ λόγῳ ποιεῖν τι. Aliquid de communi sententia facere. iii. 119.

λόγος, ὁ. com. Conditio. ἐνδεξαμένου τὸν λόγον. Cum illam conditionem admisisset, accepisset. i. 60. ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε τάδε ὑπίσχομαι, ἐπ' ᾧ στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων γενήσο-

μαι. vii. 158. Hac conditione hæc polliceor, ut sim, vel fiam Græcocorum Imperator. ἔπ' αλλῳ δὲ λόγῳ. Alia vero conditione. ibid. ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε. ix. 26. ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι, τοῖσι. ix. 33. Iisdem conditionibus, quibus.

λόγος. Modus. Ratio. Gall. *Sorte. Façon. Maniere.* κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τῷ τείχει. Eodem modo, quo murum. i. 186.

λόγος. Animus. Voluntas. Impetus animi. ὁ θύσας τὰ κρέα, χρᾶται ὅ, τι μιν ὁ λόγος αἱρέει. Qui carnes immolavit, [iis] utitur [ad id, ad] quod ipsum animus fert. i. 132. ἢν ἡμέας λόγος αἱρῇ. Si noster animus hoc ferat. v. 8. Si voluntas nos ceperit. iv. 127. ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέοι. vii. 41.

λόγος, ὁ. Responsum. ἰσορρέοντι λόγον οὐδένα ἐδίδου, Sciscitanti nullum responsum dabat. iii. 50.

λόγος, ου, ὁ. Commemoratio. Laus. οὗτοι ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο. ix. 69. Valla: Isti nulla cum laude perierunt.

λόγος. ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι. Raptarum mulierum nullam rationem habere. Gallice, *Ne tenir aucun compte. Ne faire aucun compte des femmes ravies. Ne s'en soucier aucunement.* i. 4. λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο τούτου τοῦ ἔπεος. Hujus oraculi nullam rationem habebant, hoc spernebant. i. 13. τούτου λόγος οὐδεὶς ἐγένετο. Hujus rei nulla habita est ratio, nullius momenti ducta est, habita est. i. 19. οὔτε λόγου μιν ποιησάμενος οὐδενὸς ἀποπέμπεται. Cumque nullius momenti ipsum fecisset, cum eum nihili fecisset, amandatus est. i. 33. Vel potius hoc ad Crœsum est referendum, ac τὸ ἀποπέμπεται Ion. et Attice pro activo ἀποπέμπει sumendum. Cumque Crœsus Solonem nihili fecisset, eum amandavit. hoc ex sequentibus facile patet, κάρτα δόξας ἀμαθέα εἶναι. Nam τὸ δόξας ad Crœsum, illud ἀμαθέα ad Solonem, est referendum. Sed est σολοικοφανές. Dicendum enim erat, ταῦτα δὲ λέγοντα τῷ Κροίσῳ, ὁ Κροῖσος οὔτε αὐτῷ ἐχαρίζετο, οὔτε λόγου, &c. ubi est et ὑπαλλαγὴ, pro οὔτε λόγον οὐδένα αὐτοῦ ποιησάμενος ἀποπέμπεται, pro ἀποπέμπει. Quod interpres Latinus non animadvertens, vertit, Neque ullius momenti eum faciendo, dimittitur. Sed constructio verborum, et sensus hanc interpretationem non admittit.

λόγος. ὁ. Res. Ion. et com. πάντα λόγον προπεπυσμένος. Cum rem totam ante audisset. i. 21. ἤκουε τοὺς ἐναντίους λόγους, ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. Res iis contrarias audivit, quas ipse opinabatur. Audivit contra quam ipse animo conceperat. i. 22. λόγος ὧδε λέγεται. Res ita narratur. i. 31. [Sic etiam ῥῆμα, pro πρᾶγμα sumitur apud Lucam, cap. ii. ver. 15. καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός. Et videamus hanc rem, quæ accidit. ῥῆμα proprie verbum, et vocabulum, aut etiam orationem significat: sed ex Hebraismi proprietate, et more, rem novam, cujus rumor est sparsus, hoc loco denotat. γενικῶς tamen et pro re qualibet accipitur, quæ verbis declaratur. Et v. 17. et 19. ῥῆμα λαληθὲν Evangelista vocat rem verbis enuntiatam, et declaratam.] τὸν ἐόντα λόγον λέγειν. Rem, quæ est, dicere: verum dicere. i. 95. τὸν πάντα λόγον πυνθάνομαι. Rem totam audio. i. 111. ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον. Rei veritatem declaravit. i. 116. pro eodem dicitur τῇ ἀληθηίῃ χρῆσθαι. ibid. et τὴν ἀληθηίην ἐκφαίνειν. i. 117. Ἅρπαγος τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον. Harpagus rectam, simplicem, veram orationem habuit. i. e. Rei veritatem dixit. i. 118. οἱ ἀληθεῖ λόγῳ βασιλῆες. Qui re vera sunt reges. i.

120. τὸν πάντα λόγον πυθέσθαι. Rem totam audisse. i. 122. παρεγύμνου τὸν πάντα λόγον. Rem totam denudavit, declaravit. i. 126. ἀληθεῖ λόγῳ. Revera. v. 41. ἀληθεῖ λόγῳ χρεωμένοισι. Si verum dicas. Ut vere loquamur. v. 8. vera oratione utentibus. v. 87. μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦτον εἴπῃς. viii. 65. Ne ulli alii rem istam, vel hoc, dixeris. Quanquam λόγος jam pro verbis, et oratione, commode sumi potest, quod ex sequentibus colligitur. ἦν γάρ τοι ἐς βασιλῆα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα.

λόγος. Rumor. Fama. παρ' ἡμέας περὶ σεῦ λόγος ἀπῖκται πολλός. Ad nos multus de te rumor pervenit. i. 30. ὡς ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων. Ut multus Græcorum rumor ferebat. i. 75. λόγος ἐστί. Rumor est. Fama fert. ii. 75. ἐν τῇ λόγος τὸν Τυφὼ κεκρύφθαι. In qua [palude] rumor est Typhonem esse occultatum, [latere.] iii. 5. ἀπό τευ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστί. Unde electrum venire rumor est. iii. 115. λόγῳ πυνθανομένῃ. Fama audiens. iii. 134. Κλεισθένης λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι. Rumor est Clisthenem Pythiam verbis induxisse ut, &c. v. 66. ἔστι ἕτερος λεγόμενος λόγος. vii. 214. Est alia fama, quæ fertur.

λόγος. τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησαμενος. Ionum nulla habita ratione. i. 153. Lat. interpres hæc ita. Ionum interim non magna habita ratione. Sed illud interim addit, quod non est in Græco textu. Deinde, non magna, pro nulla, dicit. Subjicit vero, etiam si primum adoriendi fuissent, ut interpretetur illa Græca verba, τὴν πρώτην εἶναι. quæ nihil aliud significant, quam, primum, initio, principio. Nam q. d. postea non ita sensit, nec eos tantopere contemsit. Illud vero εἶναι, Ἀττικῶς, καὶ Ἰωνικῶς, πλεονάζειν non animadvertit; quod nimis notum, nec exemplis, ut confirmetur, indiget. Consule nostrum Indicem Græcum in Xenophontem. Idcirco et Stephanus ad marginem notat, Græcum exemplar mendosum hic videri. Sed si locum ita accipias, ut monemus, utque accipiendus videtur, nullus error erit in ipso textu. Nec enim ideo mendosus textus, quia vel Stephanus, vel alius quis eum non bene perpendit, nec intellexit. Quod et sexcentis aliis in locis facile demonstrari potest, in quibus ea corriguntur, vel potius corrumpuntur, quæ nequaquam intelligantur. ἐδίδου λόγον ἑωϋτῷ περὶ τῆς ὄψιος. Visionem illam secum ipse considerare cœpit. i. 209. ἐλθὼν ἐς λόγους τοῖς ἱρεῦσι. Cum in colloquium cum sacerdotibus venisset. ii. 3, 44. βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. iii. 4. οἷα ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι ἐπικούροισι λόγου οὐ μικροῦ, μεταδιώκει. Ipsum persequitur utpote qui inter auxiliares non parvi momenti esset, non in parvo pretio esset. ibid. Ἀτόσσῃ οὐ δύναμαι ἐς λόγους ἐλθεῖν. iii. 68. ἐδίδοσαν αὐτοῖσι σφίσι λόγους. Inter se consultarunt. Vel, Inter se collocuti sunt. iii. 76. λόγου οὐδενός κω ἐών. Cum in nullo pretio adhuc esset. iii. 139. Μαιανδρίῳ ἔφη θέλειν ἐλθεῖν ἐς λόγους. iii. 145. iv. 126, 146.

λόγος. Verba. Sermo. Colloquium. com. οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν. Ne multis agam. Ut rem paucis expediam. Sic Galli, *Pour n'user de longs propos. Pour le faire court.* i. 61. ἐκ λόγου πλαστοῦ. Per fictum rumorem. Per simulationem, ut rumor falsus spargatur. i. 68. ἐς λόγους ἐλθεῖν τινι. In colloquium cum aliquo venire. Colloqui cum aliquo. i. 86. ἐς λόγους συνελθόντες. Cum in colloquium venissent. i. 82. ἐς λόγους ἀπικέσθαι Ἐτεάρχῳ. In colloquium cum

Etearcho venisse. ii. 32. Δαρείῳ λόγον προσέφερε τοιόνδε. Darium talibus verbis compellavit. iii. 134. Sic etiam Galli, *Il porta cette parole à Darius.* τῷ Κλεωμένεϊ ἐν λόγοισι ἐών. Cum Cleomene colloquens. iii. 148. οὐδὲν λόγου ἄξιον. Nihil memoratu dignum. iv. 28. τῷ ἐς λόγους ἦϊε. Cum eo in colloquium ivit. Cum eo collocutus est. v. 49. ἀπικνεόμενος ἐς λόγους. Cum in colloquium cum eo venisset. ibid. ἐς λόγους ἦλθον Μαρδόνιός τε, καὶ Ἀρτάβαζος. ix. 41. In colloquium venerunt Mardonius, et Artabazus. ἐδίζητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. ix. 44. Cum ducibus in colloquium venire quærebat. ib. καὶ τουτέων μὲν ἑτέρωθι ἔσται λόγος. ix. 58. Sed de his quidem alibi verba fient. Vel, Ac de his quidem alias dicetur.

λόγος, ἀπόλογος, μῦθος. Fabula. i. 141.

λόγος, ου, ὁ. Causa. ἠπίστεατο ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ χρήματα. viii. 5. Existimabant hanc pecuniam ab Atheniensibus hac de causa venisse, [missam, ac allatam fuisse.]

λόγος. Consilium. κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι. De communi sententia. v. s. Usi communi consilio. ii. 30. iii. 119. Vel, Consilio inter se communicato. vii. 229.

λόγος, ὁ. Orationis aliquis locus. τοῦτο ἐν ἑτέροισι λόγοισι δηλώσω. Latinus interpres, In aliis scriptis indicabo. Sed potius vertendum, In alio loco declarabo. i. 106. ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἐρέω. ii. 38. αἰτίην, τὴν ἐν τοῖσι ὀπισθεν λόγοισι σημανέω. vii. 213. Causam, quam in sequentibus significabo.

λόγος, ου, ὁ. Ratiocinatio, qua quis secum ipse aliquid animo volvit, et sic eventurum putat, ut ipse cogitat. Gallice, *Discours, vel Compte, selon lequel on estime que les choses doivent advenir, ou avoir une issue telle, que nous pensons.* ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον, τῷ ἐκείνων λόγῳ, ἐκφυγόντα περιγενέσθαι. viii. 6. Oportebat autem secundum ipsorum ratiocinationem, [id est, ut ipsi rationem, et consilium inierant,] ne igniferum quidem evitato periculo superstitem esse. Valla totam hanc periodum male vertit. Potes tamen et ita locum interpretari, Ut autem illi secum ipsi ratiocinati fuerant, ut consilium inierant, ne igniferum quidem fuga [ex suis manibus] evadere oportebat. Verbis illis τῷ ἐκείνων λόγῳ, Gallica sic responderent, *A leur compte. Selon leur compte. Selon qu'ils faisoient leur compte.*

λόγος, ὁ. Peculiari quodam modo apud Herodotum pro dolo positum videtur, vel pro insidiis. Agitur eo loco de Lacedæmoniis, qui mulieribus quibusdam permiserant, ut ad suos maritos in carcere conclusos accederent. Cur autem hanc potestatem ipsis illi fecissent, docet Herodotus his verbis: οὐδένα λόγον δοκέοντες ἐξ αὐτέων ἔσεσθαι. Valla: Nullum in illis dolum esse suspicantes. iv. 146. Æm. P. Nullum dolum ab ipsis structum iri putantes. Nullas insidias ab ipsis sibi factum iri existimantes. Sed fortasse λόχον ibi legendum. Quod si viris doctis probetur, nihil παραδόξου dicetur.

λόγος, ὁ. Locus. Numerus. Pars. Conditio. Gradus: sed per translationem. Ut, Esse in aliquo loco, vel numero. Sic et Galli dicunt, *Etre au rang, au nombre des gens de bien.* ἐν ἀνδρῶν λόγῳ εἶναι. In virorum loco, vel numero, esse. iii. 120. ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιεύμενος εἶχε. ἀντὶ τοῦ ἐποιεῖτο. In mancipiorum loco [eos] habebat, atque ut mancipia tractabat. iii. 125. κατεῖχε γάρ σφεας Λεωνίδης ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιεύμενος. vii. 222. Ipsos enim Leonides obsidum loco ducens [apud se] retinebat. ἐν συμμάχων λόγῳ λέγον-

ται. viii. 68. In sociorum loco, vel numero dicuntur esse. ἐν ὀμήρου λόγῳ. Ctesias Pers. 4. Obsidis loco.

λόγος οὐδεὶς γίνεται Μαρδονίου, ἤν τι πάθῃ. viii. 102. Valla: Si quid cladis Mardonio contingat, id nullius erit momenti. Æ. P. v. s. Nulla Mardonii ratio habebitur, si quid [mali] patiatur. id est, Mardonius nullo modo curabitur, si quam cladem accipiat. Vel, si quid humanitus ei contigerit, si accepta aliqua clade ceciderit, hoc nullius erit momenti. Nullus ejus cladem, mortemque curabit.

λόγος οὐδεὶς ἐγίνετο ἐσθῆτος ποικίλης. ix. 80. Variæ vestis nulla habebatur ratio. Vestium varii generis nulla habebatur ratio. Gallice, *On ne tenait aucun compte des vêtemens de diverse sorte.*

λόγου οὐδενὸς γίνεσθαι πρός τινος. Herodotea locutio. In nullo pretio apud aliquem esse. Ab aliquo nullam nostri rationem haberi. Ab aliquo contemni. λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων. Apud Persas in nullo pretio sumus. Persæ nullam habent nostri rationem. A Persis contemnimur. i. 120.

λόγον διδόναι. com. Rationem reddere. Sic et Gall. *Rendre compte.* δόντας λόγον τῶν ἐποίησαν. viii. 100. Reddita ratione eorum, quæ fecerunt. Rerum a se gestarum ratione reddita.

λόγον ποιεῖσθαι, et ἐν λόγῳ ποιεῖσθαι. Rationem habere. Gallice, *Faire compte. Tenir compte. Se soucier de quelque chose.* λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο [τοῦ βουκόλου.] Bubulci minorem habebat rationem. Bubulcum minus curabat. De bubulco minus erat solicitus. i. 4, 13, 33, 117. ἐν οὐδενὶ λόγῳ τοὺς Ἴωνας ποιησάμενος. Nulla Ionum habita ratione. i. 153. οὐδένα [τούτων ἐποιέετο] λόγον. i. 213. οὐδένα λόγον ποιεύμενος. iii. 25. ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαι. Nihil curare. iii. 50. Ἰώνων οὐδένα λόγον ποιησάμενον. v. 105. τούτου λόγον οὐδένα ἐποιέετο. vii. 13. ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὰ ἐμὰ ἔπεα. Meorum verborum nulla ratione habita. vii. 14. Meis verbis contemtis. τὸ Ξέρξης ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο. Quod Xerxes nullo modo curavit. vii. 57. τῶν ἀμφοτέρων λόγον οὐδένα ποιησάμενος. Quod utrumque cum nihili fecisset. vii. 58. λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο. [Ejus] minorem habebat rationem. Eam parum curabat. Gallice, *Il n'en faisait pas grand compte.* vii. 156. Πέρσαι Φωκέων οὐδένα λόγον ἐποιεῦντο. vii. 218. Persæ Phocenses nullo modo curabant. λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε. ix. 7. Nullam Atheniensium rationem habetis. Athenienses nullo modo curatis.

λόγχη, ης. Ion. et poet. et com. Cuspis. Spiculum. τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον. Hastile cum suis spiculis aureum. i. 52. τὰς λόγχας κάτω ἐς τὴν γῆν τρέψαντες. Hastarum cuspidibus, sive spiculis, deorsum in terram versis. vii. 40, 41. τὰς λόγχας κάτω τρέπιντες. Hastarum cuspides deorsum vertentes. vii. 55.

λοξίης, εω. Ion. pro com. λοξίας, ου. Apollo. Vide Eustathium. i. 91.

λοῦσθαι ὑπὸ τοῦ Διὸς, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐν τῷ ἠέρι μετέωρον ἐόντα. A Jove lavari, et a Sole ungi in aere sublimem. Quænam sit hujus insomnii, ac visi, interpretatio iii. 124. et deinceps. λοῦσθαι δὲ, κατὰ συναίρεσιν εἴτε κρᾶσιν, ἐκ τοῦ λόεσθαι, vel κατὰ συγκοπὴν ἐκ τοῦ λούεσθαι. Vide Eustath. ἐλοῦτο ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅτι ὗοι, ἐχρίετο δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνιεὶς αὐτὸς ἐκ τοῦ σώματος ἱκμάδα. A Jove lavabatur, quoties pluebat, et a Sole ungebatur, ipsemet emittens ex corpore humorem. iii. 125. Hæc dicta sunt de Poly-

crate tyranno, quem Orœtes vanis pollicitationibus deceptum ceperat, interfectumque suspenderat.

λοφιὴ, ης, ἡ. Ion. pro com. λοφιὰ, ᾶς. Equorum, vel leonum jubæ. vii. 70.

λόφος, ου, ὁ. com. Summus capitis vertex. Μάκαι λόφους κείρονται. τὸ μὲν μέσον τῶν τριχῶν ἀνιέντες αὔξεσθαι, τὰ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κείρονται ἐν χροΐ. iv. 175. Macæ summum capitis verticem radunt, medios quidem capillos crescere sinentes, partes vero capillis hinc inde tectas, ad cutem usque radunt. Vel, Capillos quidem, qui sunt in medio capitis vertice crescere sinentes, eos vero, qui sunt circumcirca, ad cutem usque tondent. Valla vertit, in orbem tondent. Sed ἐν χροὶ κείρεσθαι significat idem ac τὸ ἐν χρῷ ξυρεῖν. Ad cutem usque radere. Hinc ortum adagium, de quo Erasmus Chil. 3. cent. 3. adag. 34. quod ex Sophoclis Ajace Mastigophoro sumtum. Sic enim ille, ver. 786. ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά. (Scholia. ξυρεῖ ἐν χρῷ) ἅπτεται τῶν ἀναγκαίων τοῦ χρωτός. καὶ ἔστι παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων, ξυρεῖ ἐν χρῷ. ἐνίοτε γὰρ καὶ τοῦ σώματος ἐφάπτεται ὁ σίδηρος. ἄλλως. μέχρι βάθους ἐφικνεῖται, ὥστε μὴ χαίρειν. τὸ δὲ τινὰ παρέλκει. Vide et Triclinium.

λοχᾶν, et λοχᾶσθαι. Insidias collocare. ἐλόχησαντο τὴν ὁδόν. Insidias in itinere collocarunt. v. 121. λοχήσαντες. Insidiis collocatis. vi. 37, 87. ἐλόχησαν. vi. 138.

λοχηγετεῖν. V. H. pro com. λοχαγεῖν, et λοχηγεῖν. λόχου ἡγεμόνα εἶναι. Cohortis, vel manipuli ducem, sive præfectum esse. λοχηγετέων τοῦ Πιτανητέων λόχου. ix. 53. Valla: Tribunus cohortis Pitaneorum. Æ. P. Præfectus Pitaneorum cohortis. Vel, Pitaneæ cohortis. Nam infra τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην vocat.

λοχίζειν. Verbum Herodoto peculiare. pro, εἰς λόχους διαιρεῖν In manipulos, in cohortes dividere. Item pro simpliciter διαιρεῖν, διακρίνειν, διαχωρίζειν. Dividere. Distribuere. Distinguere. τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐλόχισε κατὰ τέλεα. Populos Asiaticos in turmas divisit, distribuit, distinxit. i. 103. (quod διατάττειν συνωνύμως dicitur. διέταξε χωρὶς ἑκάστους εἶναι. ibid. Eos ita distinxit, ut singuli separatim essent, ac proprium ordinem haberent.)

λόχος ξύλινος. Quid. Quando. Cur. iii. 57.

λυμαίνεσθαι νεκρῷ. ix. 79. Sævire in mortuum.

λύμη, ης, ἡ. Damnum. Detrimentum. Pernicies. Malum grave, quo quis labefactatur. ἡμέας λυμαίνεται λύμῃσι ἀνηκέστοισι. Nos malis, vel ærumnis gravissimis affligit, vexat, labefactat, corrumpit vi. 12.

λυχνοκαΐη. V. H. Dies festus, in quo noctu lampades accenduntur. λυχνα καίουσι πάντες πολλὰ περὶ τὰ δώματα κύκλῳ, &c. deinde, καὶ τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη. ii. 62.

λωβᾶν, et λωβᾶσθαι. Ionice, et poetice. Contumelia, Damno, Injuria afficere. Fœde tractare. Turpiter mutilare. Mutilare. ἑωϋτὸν λωβησάμενος. Se ipso fœde mutilato. iii. 154. ἑωϋτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον. Se ipsum intolerabili, id est, gravissima, fœdissimaque mutilatione mutilat. ibid. ἄνδρα δοκιμώτατον λελωβημένον. Virum celeberrimum fœde mutilatum. iii. 155. ὁ λωβησάμενος. ibid. λελωβημένου σευ. ibid. ἐμὲ λωβησάμενος. iii. 156.

λώβη, ης, ἡ. Ion. et poet. Contumelia. Injuria. Mutilatio. Jactura. iii. 154.

M.

Μάζα, μάζης, ἡ. com. Placenta. V. Hom. 33. Vide κυρβαῖος. Eu-

stathius. μάζα, παρὰ τὸ μάττειν, τὸ φυρᾶν. Miscere. Subigere. Pinsere. Vel (ut in Magno Etymologico traditur, pag. 573, 24.) ἀπὸ τοῦ μάσσω τὸ μαλάσσω γίνεται μάσσα, καὶ τροπῇ Δωρικῇ τῶν δύο σσ εἰς ζ, μάζα. Ab illo vero Μάσσα, Latinum Massa deductum. quod præter alia, quæ et in vulgatis Latinis Lexicis traduntur, ipsam quoque farinam maceratam, et aqua subactam significat, quam Itali, Gallique patrio sermone Pastam appellant, q. d. pistam, a pinsendo, unde verbum Italicum, *Impastare*, Gallicum, *Empater*, *Petrir*. Vas vero ligneum, in quo massa pinsitur, ac subigitur, Græci μάκτραν, Latini mactram, appellant; utrumque a μάττω. μ. μάζω. de quo supra. Italice, *Madia*. *Panaia*. *Arcella*. Longobardice, *Impastadora*. Gallice, *Empatoire*. Vel, *Une huche*. *Une mai*. *Une auge*. Pro variis enim Galliæ regionibus, varium eidem rei nomen impositum constat. Illud hic addetur Gallicum vocabulum *Mai* (quod ab aliis *un amet* vocatur) priscum, atque manifestum Græci verbi vestigium adhuc servare, quod et in Italico *Madia* factum apparet. Nam a communi μάζα, Dor. μάσδα (quod alias et μάδδα dicitur) formatum, dissoluto ζ in σδ. Hinc sublato σ, et inserto ι. Μαδία non usitatum, quod Italice *Madia*. Linguam autem Italicam a Latina, Latinam a Græca, præcipue vero Dorica, magnam suorum verborum copiam mutuari non ignorant, qui solidam harum linguarum notitiam habent. Suidas nostras conjecturas his verbis confirmat. μάκτρα, θυεία ἐπιμήκης, ἐν ᾗ μάττουσι τὰ ἄλευρα. i. e. Mactra, est mortarium oblongum, in quo farinam pinsunt, [massamque subigunt.] Consule et Hippocratis Œconomiam in voce μάζα.

μακρῷ. Adverbialiter, ut πολλῷ cum superlativo junctum. μακρῷ πρῶτος. Longe primus. i. 34. μακρῷ εὐηθέστατον πρῆγμα. Res longe stultissima. i. 60. μακρῷ μάλιστα. Longe maxime. i. 171. μάλιστα λογιώτατοί εἰσι μακρῷ. Longe celeberrimi sunt. ii. 77. μακρῷ μάλιστα. ii. 136. V. Hom. 7. μακρῷ πρῶτοι. Longe primi. v. 78.

μαλακίη, ης, ἡ. Ion. pro com. μαλακία, ας. Hoc vero pro ἀσθένεια, καὶ νόσος, quod ex Herodoti verbis facile colligitur. ἐκ δὲ τῆς ἀσθενείας ταύτης συνέβη τὸν Ὅμηρον τελευτῆσαι ἐν Ἰῳ, οὐ παρὰ τὸ μὴ γνῶναι τὸ παρὰ τῶν παίδων ῥηθὲν (ὡς οἴονταί τινες) ἀλλὰ τῇ μαλακίῃ. V. Hom. 36. id est, Ob hanc autem infirmitatem, [et adversam valetudinem] accidit, ut Homerus obiret in Io, non quod non intellexisset ænigma a pueris propositum (ut quidam arbitrantur) sed propter morbum. Ab hoc autem μαλακία deductum videtur, Italicum *Malattia*, et Gallicum *Maladie*, id est, morbus. Suidas quoque τὴν μαλακίην ἀντὶ τῆς νόσου sumi docet.

μάλιστα cum superlativo. τοῖσι πτεροῖσι τῆς νυκτερίδος μάλιστα ἐμφερέστατα. Vespertilionis alis quam simillima. ii. 76. μάλιστα λογιώτατοι. Longe celeberrimi. ii. 77.

μᾶλλον cum comparativo junctum. μᾶλλον ἄμεινον. Satius est. Melius est. i. 31. μᾶλλον ὀλβιώτερος. Felicior. i. 32. μᾶλλον κερδαλεώτερον. ix. 7. Utilius. Conducibilius.

μᾶλλον subauditum. ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, ἢπερ Ἀθηναίους. ix. 26. pro μᾶλλον ἢπερ.

μανθάνειν. Discere. Percipere. Cognoscere. Animadvertere. ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα. Se gravidam esse cognovit. i. 5. μαθοῦσα τὰ ποιηθέν. Cum animadvertisset, atque cognovisset id, quod factum fuerat. i. 10. οὐκ ἔδοξε μαθέειν. Simulavit se non animadvertisse, se non

cognovisse, se nescire. Dissimulavit se percepisse quod factum fuerat. ibid. *τὸ οὐ μανθάνεις.* Quod non intelligis. i. 39. *μαθὼν τὰ ποιεύμενα.* Cum cognovisset quæ fiebant. i. 61. *μαθὼν μιν ἀποθωϋμάζοντα.* Cum ipsum animadvertisset admirari. i. 68. *ὡς ἔμαθον τὸ γινόμενον.* Cum animadvertissent id, quod fiebat. i. 80, 87. *παρ' αὐτέων ἕκαστα ἐκμαθών.* Cum ab ipsis singula didicisset. Ex ipsis singula intellexisset. i. 107. *πάντα ἐκμεμαθηκέναι.* Omnia didicisse, cognovisse. i. 124. *ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν.* Animadvertit quod ei faciendum erat. i. 191. viii. 88. *ἐπεὶ ἐξεμαθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα.* ix. 7. Postquam cognovistis nostram sententiam. *ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐόν.* ix. 11. Rem omnem cognoverunt. *τοῦτο μαθών.* ix. 33. Hac re cognita.

μαντεύεσθαι. Ion. et com. Vaticinari. Oracula consulere. *μαντευσόμενος Κροῖσος.* Crœsus oraculum consulturus. i. 46. *δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἠὲ καὶ ἄνδρα.* Dubito utrum te Deum, an hominem esse dicere debeam, vel, meo vaticinio appellare debeam. i. 65.

μαντήϊον. Ion. et poet. pro com. *μαντεῖον, τό.* Vaticinium. Oraculum. *ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντηίων.* Vaticinia tentavit. Vaticiniorum periculum fecit. i. 46. *πειρεώμενος τῶν μαντηίων.* ibid. Oracula tentans. Oraculorum periculum faciens. *μαντήϊα.* ibid. *μαντήϊον.* i. 48, 49, 53, 90. et alibi passim.

μαρτιχόρα. Nomen Indicum, quod indeclinabile videtur. Quod autem sit animal, docet Ctesias Ind. 7. *περὶ τοῦ μαρτιχόρα τοῦ ἐν αὐτοῖς ὄντος θηρίου.* &c. Vide. *μαρτιχόρα δὲ Ἑλληνιστὶ ἀνθρωποφάγον [ἄλοι.] ὅτι πλεῖστα ἐσθίει ἀναιρῶν ἀνθρώπους.* Alioqui dices declinari *μαρτιχόρας, μαρτιχόρα, ὁ.* ut *Πυθαγόρας, ἀ.* Quæ terminatio proprie quidem est Dorica, versa diphthongo *ου* in *α*, quemadmodum in vulgatis tritisque Grammaticis videmus : sed tamen et in communem usum est translata.

μαστιγεῖν. Ion. pro com. *μαστιγοῦν.* Flagris cædere. Verberibus cædere. *μαστιγέων.* i. 114. Verberibus cædens.

μαστιγεύς, ἑως, ὁ. N. H. Virgator. q. d. flagellator. Qui flagello cædit aliquem. *τοὺς μαστιγέας.* vii. 35.

μαχέομαι, οῦμαι. Ionice, et poetice, pro communi *μάχομαι.* Pugno. *κατὰ μὲν ἕνα μαχεόμενοι.* Singuli cum singulis pugnantes. Singulari certamine pugnantes. vii. 104. *μαχεόμενον.* ix. 75.

μάχιμος, ου, ὁ. com. Pugnax. Qui ad pugnandum est aptus. Bellator. Bellicosus. *τῶν μαχίμων [ἀνδρῶν.]* ix. 29. Bellicosorum, [et ad pugnandum aptorum virorum.] *τοῖσι μαχίμοισι.* ix. 30, 32.

μαχλοσύνη, ης, ἡ. Ion. et poet. Lascivia. Ad Venerem propensio. Impudicitia. Adulterium. *μαχλοσυνην ἐπενείκασά οἱ.* Ei impudicitiæ crimen inferens. Impudicitiam ei objiciens. iv. 154.

με syllaba interdum Ionice in verbis compositis reduplicatur, in incremento sequente *μετὰ* præpositione, ut *μεμετιμένος.* Vide *μείὰ* præposit. interdum. et *μεμετιμένος.*

μέγα, pro *μεγαλως.* Ion. et poet. i. 8. *μέγα πλούσιος.* Valde dives. i. 32. *μέγα νήπιε.* Valde stulte. i. 85. *μέγα ποιεύμενος ταῦτα.* Hæc magni faciens. Hæc valde æstimans. iii. 42. *μέγα εσιπέατο.* Valde læsissent. Valde nocuissent. vii. 147. *μέγα πλούσιος.* vii. 190. Valde dives. *μέγα ὑπερφέρουσα.* viii. 144. Longe præstans.

μεγάθεες ποταμοί. Ion. pro com. *μεγάλοι ποταμοί.* Magni fluvii. ii. 10.

μέγαθος. Ionice, pro communi *μέ-*

γεθος. i. 51. δύο κρητῆρας μεγάθεϊ μεγάλους. Duos crateres magnitudine magnos, id est, maximos. Vel τὸ μεγάθεϊ Ἰωνικῶς πλεοναζει. [μέγεθος. i. 60.] μεγάθεϊ. i. 70. μέγαθος. i. 98, 178, 185, 191, 193, 199, 202. ii. 32. Interdum μέγαθος adverbialiter poni videtur, pro μεγάλως, ut λάμποντος τὰς νύκτας μέγαθος. Noctu valde splendentis. ii. 44, 73, 74. iii. 102. iv. 81. vii. 103, 117. μεγάθεϊ μέγιστον, &c.

μεγαίρειν. Ion. et poet. pro com. φθονεῖν. Invidere. ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω. Ego vero tibi nihil invideo. i. 66.

μεγαλοφροσύνη, ης, ἡ. com. Animi magnitudo. vii. 24.

μεγάλως, σφόδρα. Valde, Vehementer. μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. In culpa valde fuisse. i. 4. προσπταίσας μεγάλως. Ingenti clade accepta. i. 16. ἐτίμησαν μεγάλως. Valde honorarunt. i. 30, 31. μεγάλως αὐξηθῆναι. Valde crevisse. i. 58. ἔκαμνον μεγάλως. Valde laborabam. i. 118. μεγάλως ἡσπάζοντο. Vehementer amplexati sunt. i. 122. ἐναγίζουσί σφι μεγάλως. Ipsis magnifice justa persolvunt. i. 167. ii. 29, 75, 124. iii. 38, 128. vii. 190, 205.

μεγαλωστί. Ionice, pro communi μεγάλως. Magnifice. Multum. Valde. Graviter. μεγαλωστὶ προσέπταισε. Gravem cladem accepit. ii. 161. ἐώθασι μεγαλωστὶ τιμᾶν. Magnifice, vehementer, colere solent. v. 67. vi. 70.

μέγαρον, ου, τό. Ionice, pro com. ναὸς, καὶ ἱερόν. Templum. ἐν δὲ Δελφοῖσι ὡς ἐσῆλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ Θεῷ. Simul ac autem Delphis Lydi templum ingressi sunt, Deum consulturi. i. 47. Apud Suidam μέγαρον, pro ἄδυτον accipi videtur. ὠθεῖ (inquit ille) ἑαυτὸν εἰς τὸ μέγαρον, ἔνθα δήπου τῷ ἱεροφάντῃ μόνῳ παρελθεῖν θεμιτὸν ἦν, κατὰ τὸν τῆς τελετῆς νόμον. ἐκείνῳ δ' οὐκ ἐξῆν. Athenæus lib. 5. τῶν δειπνοσοφιστῶν pag. 193. C. ed. Casaub. τῶν ἡρωϊκῶν οἴκων τοὺς μείζονας Ὅμηρος μέγαρα καλεῖ, καὶ δώματα, καὶ κλισίας. οἱ δὲ νῦν ξενῶνας, καὶ ἀνδρῶνας νομίζουσι. Λυκούργου ἐλθόντος ἐν Δελφοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσῄει ἐς τὸ μέγαρον. Hic etiam satis aperte pro templo μέγαρον ab Herodoto sumtum videtur. i. 65. ii. 141, 143, 169, 176. v. 77. vii. 140. viii. 37, 53.

μέγας. Ionice, et com. Magnus. Potens. πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας. Antequam Persæ magni fierent, crescerent. Antequam Persarum potentia crescceret, incrementa caperet. i. 46.

μεζόνως. Prolixius. Majorem in modum. ii. 161. iii. 128. Magis. v. 92. §. 7. vi. 84, 107.

μέζων. Ionice, pro communi μείζων. Major. i. 26, 68, 183, 194, 202. ii. 11, 35, 67, 68. vii. 150. &c. Consule Hortos Adonidis, et Magnum Etymologicum, ubi traditur a positivo μέγας fieri comparativum μεγάτερως, et μεγίων, et μέσσων, et Æolice mutatis duobus σσ in ζ, μέζων. et pleonasmo τοῦ ι, μείζων, hinc vero rursus Iones τὸ ι tollunt, et dicunt μέζων.

μέθες. Ion. et com. pro quo alias diceretur μέτες. μέθες ἰέναι. Sine me ire. i. 37. μέθες με. Dimitte me. i. 39. paulo post μετίημί σε ἰέναι. Sino te ire. i. 40. vide μετιέναι.

μελάγγεος, ὁ καὶ ἡ. V. H. Qui nigram habet terram. χώρη μελάγγεος. Regio, quæ terram nigram habet. ii. 12.

μελεδαίνειν. Ionice, et poetice, pro communi ἐπιμελεῖσθαι. Curare. τοὺς νοσέοντας κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι μελεδαίνειν τε, καὶ τρέφειν. viii. 115. Ægrotos reliquit, imperans civitatibus, ut [eos] curarent, et alerent. Apud Suid. qui hujus loci mentionem

facit in verbo μελεδαίνειν, pro πύλησι reponendum πόλισι, ut apud Herodotum recte scribitur.

μελεδωνός, οῦ, ὁ καὶ ἡ. V. H. pro com. ἐπιμελητής. Curator. Procurator. ii. 65. μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων. pro ἀποδεδειγμένοι εἰσι. Curatores nutritionis singularum [ferarum] separatim designati, destinati, constitutique sunt. Ibidem Valla locum non videtur intellexisse, si verborum vim spectes. Vertit enim, has seorsum singulas educandi curam suscipiunt, &c. At ita potius erat vertendum, harum singularum seorsum nutriendarum curatores erant designati. τῇ μελεδωνῷ τῶν θηρίων. Ferarum curatrici. Fœminæ, quæ ferarum alendarum curam gerebat. ibid. τὸν καταλελοίπεε τῶν οἰκηίων μελεδωνόν. Quem rerum domesticarum curatorem reliquerat. iii. 61, 63. [συνωνύμως dicit τὸν οἰκηίων ἐπίτροπον ἀπέδεξε. Rerum domesticarum curatorem constituit. iii. 63, 65.] vii. 31, 38. Apud Theocritum Idyllio 24. ex Stephani typis pag. 202. M. pro eodem dicitur et μελεδωνεὺς, έως, quod in vulgatis Lexicis non reperitur. υἱὸς Ἀπόλλωνος, μελεδωνεὺς, ἄγρυπνος ἥρως. Interpres tamen videtur sumsisse adjective. Vertit enim, diligens. At sensum, non verba, spectavit.

μέλει. Impersonale. Ion. et com. Curæ est. ταῦτά οἱ νῦν μέλει. Hæc nunc ei sunt curæ. i. 36. τοῦτο ἡμῖν μελήσει. Hoc nobis erit curæ. v. 98. περὶ στρατιῆς τῆσδε θεοῖσι μελήσει. viii. 65. Hic exercitus Diis erit curæ. ἔλεγε οὐ μέλειν οἱ, ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει. ix. 72. Dicebat se non curare, quod pro Græcia moreretur.

μελετᾶν. Meditari. Nam a Græco μελετῶ, Latinum priscum, et inusitatum medito formatum, pro quo deponens meditor in usu. μελετᾶν ἀπόστασιν. Ctesias Pers. 53. Defectionem meditari. Defectionem moliri. Sic etiam μελετᾶν ἐπανάστασιν. q. d. Insurrectionem meditari. i. e. Defectionem moliri, qua facta in aliquem insurgitur, et bellum ei infertur.

μελιτόεσσα, ης, ἡ. Ionice, et poetice, pro communi μελιτοῦττα. Placentæ genus melle conditæ. viii. 41. Consule Eustath. in voce μελιτόεσσα.

μέλος, τό. com. Membrum. Frustum. κατὰ μέλεα διελών. Cum [puerum] in frusta dissecuisset, concidisset. i. 119.

μέλος, τό. Ion. et poet. pro com. ἔπος. Carmen. ii. 135.

μεμετιμένος, ὁ. Ion. pro com. μεθειμένος. Dimissus. Si modo codex mendo caret. Hic autem est τῆς συλλαβῆς με, ἐπαναδίπλωσις, et τοῦ θ in τ. Ἰωνικὴ τροπὴ, et ἐκβολὴ τοῦ ε. v. 108. a μετίεμαι. Ion. pro com. μεθίεμαι. Dimittor. Vel a μετίω pro μεθίω, Dimitto, quod Ion. et poet. sic formatur, ἔω, ἴω, μεθίω, μετίω. μ. μετίσω. ἀόρ. α. μέτισα, vel ἐμέτισα, perf. act. μέτικα, vel μεμέτικα, pass. μέτιμαι, vel μεμέτιμαι, hinc participium μεμετιμένος. Sed (ut ingenue fatear id, quod sentio) præter tritas, vulgatasque Grammaticorum regulas, ut alia multa, sic etiam hæc dicta puto. Idcirco etiam hæc in vulgatis Lexicis non reperias. Verum ipsa Dialectorum varietas hanc verborum inauditam novitatem facile tegit. Hæc tamen illis tenenda, qui ad Græcæ linguæ cognitionem, laudemque solidam aspirant. μετίειν autem pro μεθίειν, et μεθιέναι, eodem modo formabitur, quo et ἀνίειν, pro ἀνιέναι. Laxare, dimittere. iii. 109. μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου. vi. 1. Μεμετιμένοι ἔσαν ἐκ τοῦ στρατοπέδου ὑπὸ Λεωνίδεω. vii. 229. Ex castris a Leonide dimissi fuerant.

μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου. ix. 37. Non

parva [mercede] conductus. Subauditur enim μισθοῦ.

μέμνω. Ion. et poet. pro com. μέμνησο, sublato σ, et κατὰ συζολὴν η correpto. Vel ut a μέμνομαι, quod inusitatum, Imperat. μέμνου, et Ion. μέμνεο, dissoluta ου in εο. Recordare. Memor sis. v. 105. cum genitivo junctum. μέμνεο τῶν Ἀθηναίων. Si priorem Etymologiam sequaris, erit imperat. præter. perf. et plusq. p. pass. Si posteriorem, præsentis. Reperitur et apud Xenophontem μέμνοιο. in 2. pers. sing. opt. præs. p. 261. B. (Anab. lib. i. c. vii. §. 5. ed. Schneider.) Consule nostrum Græco-lat. Xenoph. indicem. (Sturzii Lex. Xen. sub μνᾶσθαι.)

μέμφεσθαι. com. Conqueri. Reprehendere. Damnare aliquid. Vituperare. Incusare. Causari. Causam rei alicujus alicui tribuere. Κροῖσος μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωϋτοῦ στράτευμα. Crœsus cum de suo exercitu propter paucitatem conquestus fuisset. Suarum copiarum paucitatem causatus. i. 77. τοῦτο μεμφθείς. Hoc causatus. ibid. μεμφόμενος τὴν γνώμην ταύτην Κροῖσος. Crœsus hanc sententiam damnans, reprehendens. i. 207. ii. 24. ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι. De his conquerentes. Hæc damnantes. ii. 161. μεμφόμενός τι Ἀμάσι. Quiddam Amasi succensens. iii. 4. τὰ δῶρα μεμφθείς. Dona cum querimonia quadam, vel cum contemtione quadam, vituperans, damnans, vel simpliciter, contemnens. iii. 13. μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν τὴν γνώμην. vii. 146. Reprehensa ducum sententia. vel, damnata jud. s. μεμφομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι ὅτι περιείδον ἐσβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικήν. ix. 6. Qui conquerentur de Lacedæmoniis, quod per suam negligentiam barbarum in Atticam irrumpere passi fuissent.

μένειν ἐπὶ τοῖσι κατεστεῶσι. In præsenti rerum statu manere. In præsentibus institutis manere. Ion. pro com. καθεστῶσι. i. 59.

μέν νυν. Ion. pro com. ὅμως. Tamen. Ἴωνες μέν νυν οὐκ ἐπείθοντο. Iones tamen non parebant. i. 76.

μεσαίτατος, ὁ καὶ ἡ. vel μεσαίτατος, η, ον. Ion. et poet. pro inusitato μεσαίτερος, α, ον. Maxime medius. iv. 17.

μεσαμβρίη, ης. Ion. pro com. μεσημβρία. Meridies. i. 6, 142. ii. 8, 26. iii. 104, 107. iv. 20, 99, 113. vii. 113, 199. [pro eodem vii. 201. μεσημβρίη dicitur.]

μεσόγαια, ας. com. Loca mediterranea. μεσόγαιαν οἰκοῦντες. Loca mediterranea incolentes. i. 175. ii. 7, 9, 15, 150. iv. 12, 100, 101. vii. 110, 121. ix. 89, &c.

μέσον, οὐ, τό. Medium spatium. Intervallum. Discrimen. ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον. Magnum inter hæc discrimen esse dixerunt. i. 126. ἦν πολλὸν τὸ μέσον. ix. 82. [Inter utrumque convivii genus,] magnum erat discrimen.

μέσος, ὁ. com. Medius. Mediocris conditionis homo. ἔνερθε μέσου ἀνδρὸς Μήδου. Infra mediocris conditionis Medos. i. 107.

μεσοῦν. Ionic. et poet. quinetiam com. Medium esse. In medio situm esse. μεσοῦντι τῆς ἀναβάσιος. In medio ascensu. Vel, Ei, qui ad medium ascensum ascendit. i. 181. ἡμέρη μεσοῦσα. Medius dies, Meridies. iii. 104.

μετὰ præpositio interdum Ionice ad incrementum temporale addit et syllabæ με reduplicationem. Ut μεμετιμένος, pro com. μεθειμένος. v. 108. Dimissus. Vide suo loco. vi. 1. vii. 229.

μετὰ præpositio interdum Ionice in augmentis temporalibus assumit etiam syllabicum, τὸ ε videlicet. ἐμετείθη, pro com. μεθείθη. Dimissus est. a μεθίεμαι. perf. pass. μεθεῖμαι. i. 114.

μετὰ. Ion. pro com. κατά. Μετ'

ἡμέρην. Interdiu. pro καθ' ἡμέραν. (νυκτός. ii. 150.)

μέτα. Ion. et poet. pro com. μέτεσι. Pars est. Participatio est. Οὐδὲν τούτων ἐμοὶ μέτα. Nihil horum ad me pertinet. Nullius harum rerum sum particeps. Nullam in his rebus habeo partem. i. 88. μοίρα τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα. vii. 157. Græciæ pars non minima tibi est. Græciæ partem non minimam obtines.

μετὰ δέ. Ion. pro com. μετὰ δὲ ταῦτα. Postea vero. i. 11, 19, 22, 26, 30, 46, 61, 86, 88, 94, 102, 107, 108, &c.

μετὰ δὴ βουλεύεσι. Ion. κατὰ τιμῆσιν, ἀντὶ τοῦ, μεταβουλεύεσι, εἴτε μεταβουλεύῃ δή. Vide μεταβουλεύεσθαι.

μεταβαίνειν. com. Migrare. Transire aliquo. μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία. In hæc loca transeuntes, migrantes. i. 57.

μεταβάλλειν. com. Mutare. τὸ οὔνομα μετέβαλε. Nomen mutavit. ibid. μετέβαλον ἐς εὐνομίην. Suos mores in meliorem vivendi rationem mutarunt. i. 65. οὕτω μεταβαλόντες εὐνομήθησαν. Sic mutati rectum vitæ genus excoluerunt. Hac mutatione ad rectum vitæ genus colendum traducti sunt. i. 66. v. 58. τὸ οὔνομα μετέβαλον. vii. 62, 73, 74, 164, 170.

μεταβολή. com. Mutatio. ἐγένετο μεταβολή. Mutatio facta est. i. 74.

μεταβολή. com. Loci mutatio, et migratio. ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας, καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. Una cum ipsa loci mutatione, et migratione ad Græcos, linguam etiam dedidicit. Interp. Lat. Quum in Hellenes. i. e. Græcos, transiit. H. Steph. Quum in Hellenas mutarentur. Quam bene locus hic ab utroque sit Latine redditus, viri docti judicabunt. i. 57. Vide infra. τὸν ἐνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, &c.

μεταβουλεύεσθαι. V. H. ut et τὸ μεταδοκεῖν. Consilium vel sententiam mutare. μετὰ δὴ βουλεύεσι στράτευμα ἄγειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Sententiam de exercitu in Græciam ducendo mutasti. Vel, De copiis adversus Græciam ducendis consilium mutasti. vii. 12. μεταβουλευόμενος. Consilium, vel sententiam mutans. ibid. μεταβουλεύσασθαι. viii. 57.

μεταγινώσκειν. Ion. et com. Sententiam mutare. i. 40. Pœnitentia duci. Gallice, *Changer d'avis. Se repentir.* μεταγνόντα. Cum eum pœnituisset. Pœnitentia ductum. i. 86. μετέγνων. Sententiam mutavi. Vel, Me pœnituit. vii. 15.

μετάγνωσις, ἡ. com. Sententiæ mutatio. Pœnitentia. i. 87.

μεταδιδόναι. com. Impartire. Participem facere. ἐβουλεύσαντο αὐτοῦ μεταδοῦναι μηδαμοῖσι. Nullos ejus participes facere decreverunt. i. 143. γῆς μετέδοσαν αὐτοῖς. Eos agri participes fecerunt. agri partem ipsis dederunt. iv. 145. μεταδώσουσι τῆς ἀρχῆς. vii. 150. Imperii partem dabunt. τῶν πάντων [αὐτῷ] μεταδιδόντες. ix. 33. Omnia [civitatis jura ipsi] impertientes. ἦν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης. ix. 34. Nisi et fratri Bianti tertiam regni partem impartivissent.

μεταδοκεῖν. Capti consilii pœnitentia duci. Sententiam mutare. Mutata sententia aliquid alicui videri, placere. Interdum impersonaliter accipitur. ἐπεὶ οὕτω μετέδοξε. Quandoquidem priore sententia mutata sic visum est, [sic nobis placuit.] iv. 98. δείσασα μή σφι μεταδόξῃ. Verita ne ipsos pœniteret. v. 92. §. 4. Vel, Ne sententiam mutarent. ὡς μεταδεδογμένῳ μοι. ἀντὶ τοῦ, ὡς μεταδεδογμένου μου. Quippe quod ego sententiam mutarim. vii. 13.

μεταιτέειν, εἶν. V. H. Partem rei alicujus petere. Aliquid affectare. τῆς βασιληΐης μεταιτέοντες. Regni partem petentes. Vel, Regnum affectantes. iv. 146. vii. 150.

μεταίτιος, ὁ. N. H. Ejusdem causæ, culpæve particeps. Rei alicujus auctor. iv. 200, 202. μεταίτιον τοῦ πολέμου. Belli cum alio auctorem. vii. 156. Πέρσαι οὐδενός μοι πάθεος μεταίτιοί εἰσι. viii. 101. Persæ nullius cladis auctores mihi sunt. φὰς τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. ix. 88. Dicens [illius] filios factionis Medicæ nullo modo participes esse.

μεταίχμιον, ου, τό. Ion. et poet. Campus inter duas acies. Spatium, quod est inter duos exercitus armatos, et ad pugnam paratos. μεταίχμιον οὐ μέγα ἀπολιπόντες. Non magno spatio inter duas acies relicto. vi. 77, 112. ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. viii. 140. Valla: Possidentes terram inter diversas acies positam. Æ. P. Qui terram possidetis [ut] eximium quoddam præmium inter varias acies positum, [de quo capiendo multi inter se armis contendunt.] Sic enim jam locus hic videtur intelligendus. Est autem metaphora sumta a ludis circensibus, in quibus præmia, victoribus danda, proponebantur omnibus spectanda. Quod ut facilius fieret, in medio circo solebant collocari. Sic enim spectatores ad certamen ineundum magis inflammabantur. Virgil. Æn. v. ver. 104. hunc morem his versibus describit, Exspectata dies aderat, nonamque serena Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant: Famaque finitimos, et clari nomen Acestæ Excierat; læto complerant littora cœtu, Visuri Æneadas, pars et certare parati. Munera principio ante oculos, circoque locantur. In medio sacri tripodes, viridesque coronæ. Et palmæ pretium victoribus, armaque, et ostro Perfusæ vestes, argenti, aurique talenta. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Hic agitur μεταίχμιον (quod observatione dignum) figurate vocatur τὸ μεταξὺ τῶν αἰχμῶν, καὶ στρατευμάτων περικαθημένων ἄθλον προκείμενον, ὑπὲρ οὗ πάντες αὐτὸ σφετερισόμενοι τοῖς ὅπλοις διαμάχονται. id est, Id præmium, quod est inter aliquas acies, et exercitus circum circa sedentes, propositum: pro quo omnes armis dimicant, id in suam potestatem redacturi. Quod propterea συνωνύμως alias περιμάχητον ἄθλον diceretur.

μετακινεῖν. Loco movere. In alium locum transferre. com. οὗτοι οἱ κρητῆρες μετεκινήθησαν. Hi crateres alio translati, alio delati fuerunt. i. 51.

μεταλαμβάνειν. com. Participem esse. Partem suam accipere rerum aliquarum. τῆς λητης μεταλαμβάνει. Prædæ particeps est. iv. 64.

μεταλλαγή. com. Mutatio. i. 74.

μεταλλάσσειν. commun. θέσμια μεταλλάξας. Legibus mutatis. i. 59.

μεταμανθάνειν. com. Dediscere. τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. Linguam dedidicit. i. 57.

μεταμέλειν. Pœnitentia duci. Aliquem rei alicujus pœnitere. μετεμέλησέ σφι. Ipsos pœnituit. i. 130. iv. 203. τῷ Ἀρίστωνι μετέμελε. Aristonem pœnituit. vi. 63. μετεμέλησέ οἱ τὸν Ἑλλήσποντον μαστιγώσαντι. Eum pœnituit quod Hellespontum flagris cecidisset, flagellasset. vii. 54. Τοῖσι Θεσσαλίης ἡγεομένοισι τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδέν. Thessaliæ principes rerum ante gestarum nulla pœnitentia ducebantur. ix. 1. Οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον τοῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει. ix. 89. Haud enim vos hæc [ipsi] præstitisse in tempus, [vel ad

tempus] pœnitebit. Vel etiam, tandem pœnitebit.

μεταμελίη, ης, ἡ. Ion. pro com. *μεταμέλεια.* Pœnitentia. *ἐν μεταμελίῃ γενόμενοι.* V. Hom. 19. Pœnitentia ducti.

μετανάστης, ου, ὁ. Ion. et poet. Valla: Qui solum vertit. Sic tamen *γενικῶς* vocatur qui ex suis pristinis sedibus vel ultro, vel ab alio pulsus, alio migravit. Peregrinus. Inquilinus. Exul. Vagus. vii. 161. Eustath. *μετανάστης, μέτοικος, καὶ μετὰ τὸ γενηθῆναί που ἀναστατωθεὶς ἐκεῖθεν.* Dictum autem *παρὰ τὸ νάω*, quod idem valet ac *νέω*, unde *νόστος*. Vide *νάσασθαι* apud Eustath.

μεταξὺ absolute positum sine ullo casu. Interea. quod alias dicitur *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. Οἴχετο μεταξὺ ἀπολιπὼν* [*τὸν πρότερον τόπον.*] iv. 155. Interea relicto [priore loco Battus] abiit.

μεταπέμπεσθαι. Ion. et com. Accersere. *μεταπέμπεται τὸν Φρύγα.* Phrygem accersit. i. 41. *μεταπεμψάμενος Βαβυλωνίους.* Accersitis Babyloniis. i. 77. *μετεπέμψατο τὴν θυγατέρα.* Filiam accersivit. i. 108. *μετεπέμψατό μιν.* Ipsum accersivit. i. 111.

μετάπεμπτος, ὁ καὶ ἡ. com. Accersitus. *παρῆσαν μετάπεμπτοι οἱ τῶν ἐθνέων τύραννοι.* viii. 67. Aderant accersiti gentium tyranni, sive reges.

μεταῤῥυθμίζειν. V. H. Accommodare. Aptare. Corrigere. Emendare. Immutare. *τῶν γραμμάτων ὀλίγα μετεῤῥύθμισαν.* Paucas literas, i. e. paucarum literarum formam, immutarunt. v. 58. pro quo *συνωνύμως* dicitur *μετέζαλον τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων.* ibid. Valla: Pristinum literarum modulum immutaverunt.

μετάρσιος, ὁ. com. idem ac *μετέωρος.* Sublimis. In alto stans. Excelsus. Navibus tributum, significat eas, quæ sunt in alto mari, quæ tenent altum. *ὅσας δὲ τῶν νεῶν* [*ὁ ἄνεμος*] *μεταρσίας ἔλαβε.* vii. 188. Valla: Quas naves ventus exteriores nactus est. Æ. P. Quotquot naves in alto stantes, vel, altum tenentes, [ventus] nactus est.

παλαίτερος. Ion. poet. et Atticum. pro com. παλαιότερος. Antiquior. ἐκ παλαιτέρου. Olim. i. 60.

παλάμη, ης, ἡ. com. Palma manus, a Dorico enim παλάμα, κατὰ συγκοπὴν, Latinum palma formatur. μεταφορικῶς vero, καὶ μετωνυμικῶς accipitur pro ratione peragendæ alicujus rei. ἔλεγέ σφι ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζει τῶν βασιλῆος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς ἀρίστους. viii. 19. Ipsis dixit se existimare, se habere quandam rationem, qua speraret præstantissimos quosque regis socios ad defectionem [a rege] faciendam a se impulsum iri. Valla παλάμην vertit, astutiam. Quare pro τέχνη sumsit. Quod ferri po-

test, licet res simpliciter accipienda videatur, ut sum interpretatus. Idem Valla locum istum, liberiorem interpretationem sequens, explicat.

παλήσειε. Quod significet hoc verbum apud Herodotum, non constat. Hesychius (ut in vulgatis Lexicis scribitur) interpretatur, διαφθείρει. εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατός. viii. 21. Si nauticus exercitus periisset. Sed verbum de mendo mihi est suspectum. Si sequaris hanc interpretationem, fortasse legendum esset εἰ ἀπολέσειε. Erit autem 3. pers. singul. optat. modi Æolice formata ab ἀπολέω, ῶ. μ. ἀπολέσω. aor. 1. act. ἀπώλεσα. opt. com. ἀπολέσαιμι, αις, αι. Æol. vero, ἀπολέσειε, ας, ε. Attice vero activum pro passivo ponetur. Valla vertit, An classis discessisset. Quare videtur (si conjecturis aliquid tribuendum) legisse, εἰ ἀπολύσειε, ut sit 3. pers. opt. eodem modo formata, ab ἀπολύω, quod nunc præter tritas significationes in vulgatis Lexicis fuse descriptas ab Herodoto sumtum dicemus ἀντὶ τοῦ κοινοῦ ἀπαίρω, discedo, solvo, proficiscor. Hoc verisimilius. Nihil tamen affirmo, quia nullius ἀξιοπίστου scriptoris auctoritatem laudare possum, quæ meas conjecturas confirmet. Si τὸ παλήσειε caret mendo, formabitur a παλέω, ῶ. παλήσω. aor. 1. act. ἐπάλησα. opt. Æol. παλήσειε, ας, ε. Sed quid hoc loco τὸ παλεῖν? an idem ac τὸ παλαίειν, i. e. luctari? συνεκδοχικῶς vero τὸ συμμίξαι τινὶ, καὶ μάχεσθαι? Sensus esset, Si navalis exercitus cum Græcis pugnaturus veniret. Quanquam a vulgata scriptura non admodum remotum esset, si legeretur, εἰ ἐπαλήσειε, Ionice pro ἐφαλίσειε, ab ἐπαλίζω, pro com. ἐφαλίζω, contra aliquem congrego [copias.] Vide ἀλὴς, congregatus, et confertus. Unde τὸ ἁλίζειν, congregare, colligere in unum, de quo suo loco. Esset autem Attice activum pro passivo, ἐπαλισθείη, τουτέστιν ἐπὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐφαλισθείη. Si navalis exercitus adversus Græcos cogeretur, congregaretur, et agmine conferto contra Græcos veniret. Hæc est medicina, quam huic loco (nisi fallor) male affecto, in præsentia non insalubrem facere possum. Si quis meliorem habet, in medium afferre ne gravetur, nec ingenii sui peritiam, acumen, et opem, linguæ Græcæ studiosis invideat. Hanc postremam conjecturam sequentia verba confirmant, τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες, τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. Si carmen ab Herodoto scriberetur, fortasse quis conjiceret κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ε dictum εἰ 'παλίσειε, pro integro, ἐπαλίσειε. Sic apud Theocritum in Ode Adonidis ab apro cæsi scriptum legimus, τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι, pro ἀπολῦσαι. Poetis hoc familiare.

παλιγκότως. Iracunde. V. H. iv. 156.

παλιλλογεῖν, τὸ πάλιν λέγειν. Iterum dicere. Iterum narrare. Repetere. [pro quo dicitur συνωνύμως, πάλιν ἀπηγεῖσθαι. τὸ πρῆγμα πάλιν ἀπηγέετο τῷ Ἁρπάγῳ. Rem iterum Harpago narravit. i. 118.] ὥς οἱ [τὸ πρῆγμα] ἐπαλλιλόγητο. Cum [res] ab eo rursus narrata fuisset. ibid. Sed (nisi fallor) scribendum videtur ἐπαλιλλόγητο. Ipsum verbi ἔτυμον nos τὴν ὀρθογραφίαν docet. Quamvis autem et in Hen. Steph. codicibus, et in vulgatis Lexicis hoc vocabulum ita scriptum inveniatur, legitima tamen compositionis ratio nostram conjecturam confirmat. Parum enim verisimile videtur literarum trajectionem ab Herodoto jam consulto factam. παλίλλογα (ut docet Eustathius) τὰ ἐξ ὑπαρχῆς συναγόμενα, παρὰ τὸ λέγειν, εἴτουν συλλέγειν. καὶ τὸ πρότερον λ τῆς

λέξεως ἐκ τοῦ λεκτικοῦ ν τοῦ πάλιν ἐπιῤῥήματος τέτραπται. p. 65. l. 5. Idem, παλλιλογίας παράδειγμα, τὸ Ἄρες, Ἄρες. Iliad. E. v. 31. Sed et apud Eustathium παλιλλογία scribendum, ut ipsemet in voce παλίλλογα demonstrat. Nam utriusque vocis eadem est origo, et compositio. Sic etiam in Græco-latinis Lexicis παλίλλογος, et παλιλλογία, non autem παλίλογος, et παλιλογία per simplex λ scribendum puto, ut compositionis ipsa lex flagitat. Nihil tamen temere mutandum: sed, si codices sunt sani, hæc scribendi varietas est observanda.

παλινδρομεῖν. com. Recurrere. Redire. παλινδρομῆσαι, καὶ ἐς τὸ χωρίον ἀναδραμεῖν, ὅθεν ἀνηγάγοντο. V. Hom. 19. Recurrere, et in locum redire, unde solverant. πεπαλινδρομηκότας. ibid.

παλίντονα τόξα. Arcus recurvi. vii. 69. Consule Eustath. Alii, reflexos arcus, nonnulli etiam reciprocos vocant, quod emissa sagitta eo reflectantur, unde primum incurvari cœperant, quum intenderentur.

παλλάθη, vide παλαθη.

παλλακεύεσθαι. com. Pellicem habere. Pellice uti. In contubernium aliquam accipere. iv. 155.

πάλλειν. Ion. et poet. Quatere. Vibrare. Agitare. Gallice, *Secouer. Agiter. Branler.* ἰχθῦς παλλομένους [ἰδών.] Pisces palpitantes conspicatus. i. 141.

πάλλειν. Ion. et poet. Sorti, sive sortitioni rem committere. κελεύων πάλλεσθαι. παλλομένων δέ. &c. Jubens eos sortiri, vel sorti rem committere. Illis autem sortientibus, vel sorti rem committentibus. iii. 128.

πάλος, ου, ὁ. Sortitio. ἀρχὰς πάλῳ ἄρχειν. Magistratus sortitione facta datos gerere. iii. 80. πέμπειν τινὰ πάλῳ λαχόντα. Aliquem sortitione facta mittere. Aliquem mittere, cui sors obtigerit. iv. 153.

πανδαισίη, ης, ἡ. Ion. pro com. πανδαισία. Suidas, πανδαισία, ἡ δαψιλὴς, καὶ κραταιὰ εὐωχία. id est, Lautum, ac amplum convivium, &c. Sed Suidæ locus est corruptus. Hujus emendationem habemus apud Aristophanem ἐν τῇ εἰρήνῃ. v. 563. ubi Poetæ verba hæc scribuntur. ὦ Πόσειδον, ὡς καλὸν τὸ στῖφος αὐτῶν φαίνεται, καὶ πυκνὸν, καὶ γοργὸν, ὥσπερ μάζα, καὶ πανδαισία. Scholia Græca, πανδαισία, ἡ δαψιλὴς, καὶ παντοία εὐωχία. μάζα δέ ἐστιν ὁ στρυφνὸς ἄρτος. Ἄλλως. ὅταν εἰς κοινὸν ἐστιῶνται, καὶ ἑκάστου φέροντος ἑαυτῷ δεῖπνον, πυκνὰ πάντα φαίνεται, &c. Et paulo post, πανδαισίαν δὲ, τὴν ποικίλην, καὶ ἐκ διαφόρων ὄψων εὐωχίαν [καλεῖ,] ὅταν ἕκαστος τὰ ἑαυτοῦ ὄψα ἀνενέγκῃ, καὶ καθῆται εἰς τὸ κοινόν, &c. Sed hic pro καθῆται fortasse καταθῆται legendum, i. e. in commune deposuerit. Si codex sanus, erit subjunctivi aor. 2. medii, verbi καθίεμι, καθέμην, καθῶμαι, ῇ, ῆται, quod jam idem valebit ac τὸ κατατίθεμαι. Sic igitur sumtuosum ac magnificum convivium appellatur, in quo est omne ciborum genus, ut propter eorum varietatem nescias ad quod potissimum te convertas. Hoc ex ipso etymo patet. πᾶν enim, omne, δαὶς vero, convivium significat. ὦ Πέρσαι (inquit Herod. v. 20.) οἵκατε πανδαισίῃ τελέῃ εἱστιῆσθαι. Valla: Vos vero, Persæ, a nobis in convivium estis omni munificentia accepti. Sed a Græcis verbis Valla nimium recessit. Sic enim locus commode verti Latine potest. O Persæ, videmini convivio lautissimo ac magnificentissimo a nobis accepti. οἵκατε, pro ἔοικατε, quod frequentius, ab εἴκω, τὸ δοκέω, ῶ. Videor. Perfectum medium. πανδαισίην τελέην vocat, splendidissimum, atque perfectissimum convivium, in quo omne ciborum

genus adest, ut ad exquisitissimi convivii perfectionem nihil desideretur, vel desiderari videatur.

πανδημεί. com. Cum toto populo. Cum omni totius populi sexu, ætate, et qualitate. Cum omni populi totius ordine. Cum frequenti manu, quæ sit ex omni totius populi ordine collecta. πανδημεὶ αὐτοὺς, καὶ γυναῖκας. Ipsos universos cum suis uxoribus. vii. 120, 144, 206. viii. 40. ix. 37.

πανδοκεύειν. com. Cauponari. q. d. Omnes excipere. Quæstum in hospitio publico facere excipiendo quoslibet. Excipere hospitio. πανδοκεύοντα τῶν ἀστῶν τοὺς πρώτους. Præcipuos cives hospitio excipientem. iv. 95. Fit autem ab Ionico πανδοκεὺς, pro communi πανδοχεὺς, id est, hospes, qui omnes hospitio excipit, quod et communi lingua usurpatur, παρὰ τὸ πάντας δέκεσθαι, pro δέχεσθαι. Vide Eustathium, et vulgata Lexica in πανδοκεὺς, et πανδοκεύειν, et πανδοκεῖον, quæ Ionica sunt, pro communibus πανδοχεὺς, πανδοχεύειν, πανδοχεῖον.

πανημερόν. Adverbium Herodoteum, quod in vulgatis Stephani codicibus ὀξυτόνως scriptum legitur, ut αὐθημερὸν apud Suidam; cum tamen in plerisque Lexicis αὐθήμερον, et πανήμερον, προπαροξυτόνως scribatur. Sed sive ὀξυτόνως, sive προπαροξυτόνως, vocabulum hoc scribas, (nam adhuc sub judice lis est) idem valet ac τὸ πανῆμαρ, quod est Poeticum, et κατὰ διάλυσιν ab Homero πᾶν ἦμαρ, τουτέστι πᾶσαν ἡμέραν, dicitur. Toto die. Per totum diem. Spatio totius diei. vii. 183. πανημερὸν πλώοντες. Per totum diem navigantes. ibid.

Πανιώνιον, τό. χωρίον, ἐς ὃ πάντες οἱ Ἴωνες συλλέγεσθαι εἰώθεσαν, κοινῇ περὶ τῶν κοινῶν βουλευσόμενοι. Locus erat, in quem omnes Iones, communiter de rebus communibus consultaturi, conveniebant. Ἴωνες ἐς Πανιώνιον συνελέγοντο. i. 141, 142. αἱ δυώδεκα [τῶν Ἰώνων] πόλιες αὗται τῷτε [τῶν Ἰώνων] οὐνόματι ἠγάλλοντο, καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο, ἐπί τε σφέων αὐτέων τοὔνομα ἔθεντο Πανιώνιον. i. 143. τὸ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χώρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσιδέωνι Ἑλικωνίῳ. ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. ἐς τὴν συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. i. 148. vi. 7.

πανυχὶς, ίδος, ἡ. Sacra nocturna, quæ per totam noctem fiebant. Pernoctatio. Pervigilium. iv. 76.

πανοικίῃ. Ion. pro com. πανοικίᾳ, σὺν πάσῃ τῇ οἰκίᾳ, τουτέστιν οἴκῳ. vii. 39. viii. 106. Cum tota domo. Cum tota familia.

πανοικίῃ. Vide τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι. ix. 109.

πανοπλὴ. Ion. pro com. πανοπλία. Integra armatura. Omnis armatura ad corpus tegendum, et ad hostem lædendum necessaria. i. 60.

πανστρατιῇ. Ion. pro com. πανστρατιᾷ. Cum omnibus, vel cum frequentibus copiis. i. 62. vii. 203. viii. 27, 66.

πάντα τινά. Ion. quinetiam com. a πᾶστις. Quilibet. In accusativo nomen in duo dissolvitur. πάντα τινά. Quemlibet. i. 50.

πάντα. Ion. et poet. redundans. κτήνεα τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε. Lectas pecudes, lectas victimas, numero ter mille immolavit. i. 50. ὑπισχνεύμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν. iii. 74.

πάντα δέκα [Παυσανίῃ] ἐξαιρέθη τε, καὶ ἐδόθη, γυναῖκες, ἵπποι, τάλαντα, κάμηλοι, ὡς δὲ αὕτως καὶ τἆλλα χρήματα. ix. 81. Valla: Certe Pau-

saniæ sunt ex omnibus dena, et ea delecta, dono data; ex mulieribus, equis, talentis, camelis, et item ex ceteris rebus. Æ. P. Omnia Pausaniæ delecta, dataque sunt dono, dena, mulieres, equi, talenta, cameli, pariter etiam ceteræ res.

πάντα. Hoc de eo sæpe dicitur, qui de nobis est optime meritus, ita ut quodammodo bonorum omnium, quibus fruimur, nobis auctor fuisse videatur. [Demosthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου. § 14. οἱ Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα, τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο. πάντ' ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς.] ἦν οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. Lat. interpres hoc loquendi genus non satis bene videtur expressisse; quia vertit, Ita ut in ejus omni sermone esset Cyno. Vertendum enim, Ipsi in ejus sermone Cyno erat omnia. i. e. Cyrus eam, ut omnium bonorum, quibus ejus opera servatus, ac educatus fruebatur, auctorem prædicabat, ac nomen ejus in ore semper habebat. Ut summum bonum ipsi erat. Cyno erat Cyro ea, ex qua omnia sua bona pendere ducebat. Vel, Cui omnia sua bona accepta referebat. i. 122. πάντα ἦν ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος. iii. 157. Sic et Cic. pro L. Flacco. Orat. s. 25. ed. Ern. Mithridatem, Deum, illum patrem, illum conservatorem Asiæ, illum Dionysium, Bacchum, Liberum nominabant. At apud Theocritum Idyllio 14. in Cyniscæ amore, πάντα εἶναί τινι, videtur accipiendum pro totum esse alicujus, totum ex ipsius arbitrio, nutuque pendere. Sic enim illic de Cynisca dicitur. p. 112. ex Stephani typis, ἃ δὲ, Λύκῳ νῦν πάντα, Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῴκται. id est, Illa vero nunc [est] tota Lyci, Lyco vel noctu patet. Consule nostrum Doricum Græco-latinum Lex. in πάντα. Hoc etiam de illo dici potest, cui res omnes ab aliquo principe committuntur, qui omnia principis negotia tractat, et qui propterea maxima apud eum gratia, et auctoritate valet, adeo ut ex ipsius administratione res, hominesque pendeant. Γέλωνί ἔσαν ἅπαντα αἱ Συρήκουσαι. vii. 156. Geloni Syracusæ erant omnia. i. e. Gelon hanc unam urbem maxime curabat, et omnium instar ducebat.

παντακῆ. Ion. pro com. πανταχῆ. Ubique. Quoquoversus. Ab omni parte. ii. 124.

παντελέως. V. H. pro com. παντελῶς. Omnino. Prorsus. Absolute. Perfecte. iv. 95. v. 20. vii. 37. σχὼν παντελέως τὰς Ἀθήνας Ξέρξης. viii. 54. Cum Xerxes Athenas in sua potestate omnino haberet.

παντοδαπὸς, ἡ, όν. Ion. et poet. Omnigenus, a, um. Omnis generis. Ex omni solo, et regione. Componitur autem ex nomine πᾶν, παντός. Omne. et δάπεδον, ου, τό. Solum, i. e. quod compositum ex δᾶ, δᾶς, Dorico, pro quo com. γῆ, γῆς, terra, et πέδον, ου, τὸ, solum. Hinc παντοδάπεδος, καὶ κατὰ συγκοπὴν ὀξυτόνως, παντοδαπός. idem ac παντοῖος, vel ἐκ παντὸς δαπέδου, καὶ χωρίου. V. Hom. l.

παντοῖος ἐγένετο, οὐ βουλόμενος δοῦναι. ix. 109. Valla: Xerxes enimvero recusare. Æ. P. v. s. Omnigenus factus est, non volens [amiculum mulieri] dare. i. e. In omnes formas se vertebat, [id amiculum mulieri] dare nolens. Sensus, Ad quaslibet alias remunerationes se conferebat, hanc unam dare recusans. Quidvis aliud ei dare paratus erat: hoc tantum recusabat. Hoc ex sequentibus Herodoti verbis facile patet. πόλις τε ἐδίδου, καὶ χρυσὸν, &c. Videtur autem Herodotus alludere ad Protei fabulam, quam cum alii, tum et Virg. τῶν γεωρ. lib.

iv. fusius persequitur. Proteus enim in omnes formas se transformare credebatur, quoties volebat. Poeta. lib. iv. ver. 441. Omnia transformat sese in miracula rerum. Hoc autem ille faciebat, ne quid alicui præter animi sui sententiam dare cogeretur. Quod Aristæi exemplo videmus indicatum. Idcirco mater Cyrenes filium Aristæum monuit quonam modo Proteum caperet, et reversum in pristinam formam sibi veram apud reparandarum rationem aperire cogeret.

πανωλέθρως. Adverbium Herodoteum, pro com. *παντελῶς*. Omnino. Prorsus. Proprie tamen significat penitus cum pernicie, quod vulgus dicit cum totali pernicie. *πανωλέθρως ἐξαπόλλυται*. Prorsus emoritur. Omnino perit. vi. 37.

Παπαῖος. Scythice Jupiter appellatur. iv. 59.

πάρα. Ion. poet. quinetiam com. pro *πάρεστι*. Adest. Licet. Facultas adest. i. 42. *τῷ πάρα πάντα*. Cui omnia adsunt. v. 106. *πάρα*. Adest. vii. 12.

παρὰ cum dativo, pro *πρὸς* cum accus. *μηδ' ἐξοίσειν παρὰ μηδενὶ ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην*. Nec enuntiaturum apud ullum mortalium suam fraudem. *ἀντὶ τοῦ, πρὸς μηδένα*. iii. 74.

παρὰ cum accus. Ion. pro com. *πρός*. *παρ' ἑωυτὸν ἀναφέρειν αὐτοὺς ἐκέλευσεν*. Ipsos [omnia] ad se referre jussit. i. 47. *κομίζεσθαι παρὰ Ἀλυάττεα*. Ad Alyattem proficisci. i. 73. *ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηϊόκεα*. Ibant ad Deiocem. i. 96. *ἀπόπεμψον παρὰ τὸν παῖδα τὸν νεήλυδα*. [Eum] amanda ad puerum, qui recens advenit. i. 118. *αὐτομόλεον παρὰ τοὺς Πέρσας*. Ad Persas transfugiebant. i. 127. *ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν*. i. 156. *πέμψας παρὰ τὸν Ἀράξιον*. iii. 7, 14, 15, 68, 69, 118, 124, 130. iv. 1, 9, 204. vi. 32. &c.

παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν ὀλυμπιάδα, Ἱερωνύμῳ τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. ix. 33. Valla: In uno, dum currit olympia, venit in contentionem victoriæ cum Hieronymo Andrio. Æm. P. Cum in contentionem cum Hieronymo Andrio venisset, uno certamine excepto, propemodum olympiadem vicit, i. e. propemodum ex olympicis certaminibus victoriam reportavit. Hic enim *ἡ παρὰ* præpositio significat exceptionem. *ἓν πάλαισμα* dicit Herodotus, quia oportebat quinquertionem quinque certaminum generibus victorem esse, si *πένταθλος*, i. e. quinquertio vocari, et ex olympicis ludis victoriam absolutam, integram, ac illustrem, reportare volebat. Ergo Tisamenus quatuor tantum certaminibus adversarium superaverat, et unicum ei deerat, ex quo si victor discessisset, *τοῦ πενταθλου* nomine merito gloriari potuisset, ac in olympicis ludis publica præconis voce victor gloriose renuntiatus fuisset, et insigni victoria decoratus domum rediisset. Quum autem Herodotus dicit *ἔδραμε νικᾶν*, est *ἐλλειπτικὸν* loquendi genus. Subauditur enim *κίνδυνον*. Hic autem *δραμεῖν κίνδυνον*, idem valebit ac verbum *κινδυνεύειν* cum infinito junctum; ut, *κινδυνεύω λέγειν*. Propemodum dico. *κινδυνεύω μανθάνειν*. Propemodum intelligo. *κινδυνεύω ποιεῖν*. Propemodum facio. In vulgatis Græcol. Lex. sexcenta hujus elegantissimæ locutionis exempla ex probatissimis linguæ Græcæ scriptoribus excerpta leges. Quare nos his hoc loco scribendis supersedebimus. Sic etiam *κινδυνεύω νικᾶν*. Propemodum vinco. Nam *ἔδραμε νικᾶν* ab Herodoto *καινοπρεπέστερον, καὶ ποιητικώτερον εἴρηται, ἀντὶ τοῦ, κίνδυνον ἔδραμε, τουτέστιν ἐκινδύνευσε νικᾶν*. Propemodum vicit. *ὀλυμπιάδα* vero *μετωνυμικῶς* nunc appellat Herodo-

tus τοὺς ὀλυμπικοὺς ἀγῶνας, τοὺς ἐν ὀλυμπίᾳ τελουμένους, i. e. Olympica certamina, quæ ad Olympiam urbem fiebant. Vide τρέχειν περὶ ἑαυτοῦ. ubi fusius demonstratur, quid sit proprie θέειν, τρέχειν, δραμεῖν δρόμον, ἀγῶνα, κίνδυνον. Quis autem dicatur πένταθλος, et quid sit πένταθλον, docent cum alii multi, tum etiam Aristot. τῶν ῥητορικῶν lib. i. cap. 5. Consule et Suidam, et vulgata Latina Lexica in Quinquertium, et Quinquertiones. Quanquam fortasse quis non absurde conjecerit, si de lucta tantum hic agi dicat, quæ tribus adversarii lapsib. finiebatur. Æschyl. Εὐμενίσι. ver. 592. ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. (Schol. ἓν μὲν) ἐκπέπτωκας. ἡ μεταφορὰ δὲ ἐστιν ἀπὸ τῶν παλαιόντων, οἳ ἐπὶ τοῖς τρισὶ πτώμασιν ὁρίζουσι τὴν ἥτταν.

παραβαίνειν. Ion. et poet. Violare. Peccatis offendere. Lædere. Idem valet ac τὸ παραισθασίαις βλάπτειν. Transgressionibus, peccatis lædere. τίνα δαιμόνων παραβάντες; Quo Deorum offenso? Virgil. Æn. i. ver. 8. Quo numine læso?

παραβάλλειν. com. Conferre. Comparare. Εὐρώπη παραβληθῆναι. Cum Europa conferri. iv. 198.

παραβάλλειν. com. Appellere. Applicare. Admovere. Ut, Naves aliquo appellere. Navibus aliquo appelli. παρέβαλε νηυσὶ δέκα ἰθὺ Σκιάθου. vii. 179. Cum decem navibus recta ad [insulam] Sciathum appulit. Valla parum fideliter locum hunc videtur interpretatus, Decem naves recta misit in Sciathum. In vulgatis Lexicis vitiose legitur ἰθὺ Σκιαθον, pro Σκιάθου. Quæ sic Latine, sed non admodum bene reddita sunt, Recta in Sciathum decem naves admisit.

παραβάλλεσθαι. com. Decipere. Fallere. μηδὲ ἐμὲ παραβάλῃ. Nec me decipias. i. 108. Eustathius, παραβάλλεσθαι, τὸ ἐξαπατᾶν ὅθεν παραβαλλέτερος, ὁ τοὺς φίλους ἐξαπατῶν.

παραγαγεῖν μοίρας. Fata producere. Gall. *Prolonger la destinée.* i. 91.

παράβολος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Qui temere cuivis periculo caput objicit. Homo audaciæ projectæ. παράβολον ἔργον. Audaciæ projectæ facinus. Facinus audaciæ, periculique plenum. ὃς Ἑλλήνων εἵνεκα τοὔτο τὸ ἔργον οὕτω παράβολον ἔργασται. ix. 45. Qui Græcorum causa facinus hoc adeo audax feci. Vel, Qui Græcorum causa facinus hoc tantæ audaciæ, audaciæ tam projectæ, periculique plenum feci.

παραγυμνοῦν. com. Enudare. Denudare. Nudare. Detegere. Patefacere. Declarare. i. 126. ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου. viii. 19. Hæc quidem hactenus enudavit, [declaravit.] ἄλλο μὲν οὐδὲν παραγυμνοῖ ἔπος. ix. 44. Nullum quidem aliud verbum nudat, [aperit, aperte profert.]

παραθήκη, ης, ἡ. com. Depositum. παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, ἀπόῤῥητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἄλλον, ἢ Παυσανίην. ix. 45. [Ut] depositum apud vos hæc verba depono, interdicens ne cui alii, quam Pausaniæ, dicatis [hæc.]

παραιτεῖσθαι. Vehementibus precibus aliquid ab aliquo petere. ψυχὴν παραιτεῖσθαι. Vitam precibus vehementibus petere. Petere precibus vehementioribus, ut vita nobis condonetur, atque servetur. i. 24. et simpliciter positum exstat paulo post, pro, precibus instantibus, atque vehementibus aliquid ab aliquo petere. ibid. ὅ, τι παραιτέοιτο. Quod flagitaret. i. 90. παραιτεόμενος ἐπῆναί οἱ. Vehementibus precibus petens, ut sibi permitteret. ibid.

παραιωρεύμενος, ὁ. Ion. pro com. παραιωρούμενος. Juxta pendens. Pendens ad. ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρεύμενα ἐκ τῆς ζώνης. vii. 61. Pugiones ad dextrum femur e balteo pendentes [gestabant.] Hunc morem nunc etiam multi Germani servant.

παρακεκριμένος, η, ον. Dispositus. Delectus, atque dispositus. ὥρων πολλὸν πεζὸν παρακεκριμένον παρὰ τὸν αἰγιαλόν. ix. 98. Multum peditatum juxta littus dispositum videbant.

παρακλήειν. V. H. pro com. παρακλείειν. Excludere. οὐ κατὰ λαμπροφωνίην ἐπιτιθέμενοι ἄλλοι σφέας παρακλήουσι. vi. 60. Valla: Neque ulli propter vocalitatem aliis insidiantes se ipsos ingerunt. At hæc est verborum Græcorum vis, et interpretatio. Nec alii propter vocis claritatem, [atque præstantiam, alios] aggredientes, ipsos excludunt, [ut ipsi muneribus his fungantur, ac fruantur.]

παρακούειν. com. Oscitanter, negligenter, leviter, obiter aliquid audire. Audire. παρακούσας τὴν τέχνην. Cum artem audisset. Nam et pro simpliciter audire sumi potest, ut compositum pro simplici sumatur. Quod minime novum. Vel vertendum, Cum aliquid de [hujus] arte audisset. iii. 129. ut ἢ παρὰ aliquid de verbi significatione remittat, q.d. Cum levem quendam rumorem de ejus arte audisset.

παρακτᾶσθαι. V. H. Asciscere. Hoc verbum dicitur de rebus peregrinis, externis, ac alienis, quas quis sibi comparat, et asciscit, ut iis utatur, idque præter antiquum patriæ morem. Hæc enim est hujus verbi vis, quam a nullo hactenus explicatam, consulto pluribus explicandam censui. τοῖσι παρακτωμένοισι ξεινικοὺς νόμους τοιαῦτα ἐπιτίμια διδοῦσι. Illis, qui peregrinos ritus asciscunt, tales irrogant pœnas. iv. 80.

πάραλοι Ἀθηναῖοι οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες (οἱ ἐκ τοῦ πεδίου.) i. 59. Qui maritimam oram incolebant. (Qui planitiem habitabant.)

πάραλος, ὁ καὶ ἡ. com. pro quo frequentius θαλάσσιος. Marinus. πάραλος enim proprie dicitur ὁ παραθαλάσσιος, ὁ παρὰ τῇ ἁλὶ, τουτέστι θαλάσσῃ οἰκῶν. Qui prope mare habitat. Interdum tamen apud Herodot. sic vocatur, qui in ipso mari versatur, rebusque maritimis, nauticisque dat operam. Idcirco Athen. dicunt, vii. 161. μάτην γὰρ ἂν ὧδε πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν πλεῖον εἴημεν ἐκτημένοι. Frustra enim sic navales copias longe plures, quam [ceteri] Græci, nobis comparassemus. πάραλος vero ναῦς aliud, de quo suo loco. Vel, Frustra enim navales copias longe majores haberemus, quam [ceteri] Græci. Valla (ut notat Stephanus) παρ' ἄλλον legit, ideo in ejus versione vocabulum πάραλον expressum non exstat.

παραλύειν τινὰ τῆς στρατηγίης. Herodotea locutio. Aliquem prætura amovere. Aliquem prætura abdicare. vi. 94.

παραμείβεσθαι. com. pro quo frequentius παρέρχεσθαι. Præterire. παραμειβόμενος τούτους. Hos præteriens, vel præterfluens. agitur enim hic de fluvio Phrygas præterlabente. i. 72. παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον. Castra præterlabens. i. 75. ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους. Cum multas gentes præteriissent. i. 94, 104. v. 52. vi. 41. vii. 109, 112, 115, 225. viii. 34. et passim.

παραμελεῖν. com. Negligere. Contemnere. Nullam curam aut rationem habere. παρημελήκεε, pro παρημελήκει. Neglexit. i. 85.

παραμέμνημαι. V. H. quod sine ullius auctoris exemplo legitur in

vulg. Lex. Memoravi. Mentionem feci. Narravi. Narro. Mentionem facio. Memoro. *τῶν ἐγὼ οὐ παραμέμνημαι.* vii. 96. Quorum ego nullam mentionem feci. vii. 99.

παραπλήσιος, α, ον. com. Similis. *παραπλήσια τούτῳ.* Huic similia. iv. 78, 99, 128, 169, 172. *παραπλησιωτάτην.* v. 87.

παραπλησίως ἀγωνίζεσθαι. com. Æquo Marte pugnare. i. 77. *παραρτέειν, εῖν.* Ion. pro com. *παραρτᾶν, καὶ παρασκευάζειν.* Parare. Instruere. *ταύτας παραρτέεσθαι ἐκέλευον.* Has instrui, has parari jubebant. vii. 142. *ταῦτα παραρτέοντο.* viii. 76. Hæc præparabant. viii. 81. *παραρτέεσθαι πάντα.* ix. 42. Omnia parari [jussit.]

παρασάγγης, ου, ὁ. Nomen Persicum, quo certum mensuræ genus indicatur. *ὁ παρασάγγης δύναται τριήκοντα στάδια.* Parasanges valet, continet, triginta stadia. v. 53. vi. 42.

παρασ-ῆναι. com. Alicui astare. Adesse. Favere. Opem ferre. i. 87.

παρασ-ῆναι. com. Deditionem facere. Dedere se. Gall. *Se rendre.* *χρόνῳ παρέσ-ησαν.* Tandem se dediderunt. iii. 13. [pro quo *συνωνύμως* d. *παρέδοσαν σφέας αὐτούς.* ibid.]

παρατυγχάνειν. com. pro quo frequentius *παρεῖναι.* Adesse. Interesse. Gall. *Être present. Se trouver en quelque lieu, fait, chose.* *παρατυχὼν τῷ πάθεῖ τῷ γεγονότι.* ix. 107. Qui clade accepta præsens adfuerat. Vel, Qui forte adfuerat cladi acceptæ.

παραφοιέειν, εῖν. Ion. et poet. pro com. *παραφέρειν, εἴτε προσφέρειν,* afferre. *οὐδέν σφι λόγου ἄξιον παραφορέεται.* Nihil memoratu dignum ipsis affertur. Nihil, quod sit alicujus pretii, ipsis affertur, ac opponitur. i. 133. pro eodem usurpatur *τὸ παραφέρεσθαι. εἰ δέ τι παραφέροιτο.* Si quid vero afferatur, ac apponatur. ibid.

παραφρονέειν, εῖν. com. Delirare. Desipere. iii. 34, 35. (*σωφρονέειν, εῖν.* iii. 35.) *παραφρονήσαντι.* Desipienti. iii. 61. *παραφρονήσαντες.* vi. 12, 75.

παραχρῆμα. com. E re nata. Ex tempore. Confestim. vii. 150.

παραχρῆσθαι. Abuti. Contemnere. cum genitivo. *παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων.* Bellatoribus Ægyptiis abusum. ii. 141. [Sed cum dativo frequentius, ut apud Dionys. Hal. 295. 9. *ἡμῖν ὥσπερ δούλοις παραχρώμενοι.*] *Αἰγύπτιοι τῶν Ἑλλήνων παραχρεώμενοι, διεφθάρησαν οὕτω, ὥστε ὀλίγοι τινὲς αὐτέων ἀπενόσ-ησαν ἐς Αἴγυπτον.* iv. 159. Ægyptii, quia Græcos contemnebant, ita perierunt, ut pauci quidam ipsorum in Ægyptum redierint. At vii. 223. *παραχρεώμενοι* sumendum videtur pro, suis corporibus minime parcentes; at iis abutentes, ea contemnentes, et Græciæ saluti liberaliter donantes. Valla tamen vertit, ingruentes. Cujus interpretationem vulgata Lexica sequuntur. Consule Suidam in voce *παραχρῆται,* ubi vis hujus verbi declaratur. [*παραχρήσαμενοι τὸν Βάκιδος χρησμόν.* viii. 20. Contemto Bacidis oraculo. cum accus.]

παραχρῆσθαι. Abuti. Negligere. Contemnere. com. cum accusativo, *πρῆγμα, τὸ ἄν τοι προθέω, μηδαμῆ παραχρήσῃ.* Rem, quam tibi proponam, nullo modo contemnas. i. 108. [*τοῦτο*] *παραχρᾶσθε ἐς τοὺς συμμάχους.* Hoc in socios per contemtionem facitis. Vel, efficere studetis. v. 92. § 1. *παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμόν.* viii. 20. Contempto Bacidis oraculo.

πάρεδρος, ὁ καὶ ἡ. com. Assessor. Qui, quæve, alicui assidet. *γυναῖκας παρέδρους ἐσάγεσθαι.* Introducere mulieres [viris] assidentes. v. 18. *οἱ πάρεδροι αὐτοῦ.* vii. 147. Ejus assessores.

παρέδωσαν. Vide ἔδωσαν. iii. 149.
παρεῖπε. 3. pers. singul. perf. act. a παρίημι. ix. 1. Vide παριέναι.
παρεῖναι. Apud Herodotum interdum accipitur pro συμβαίνειν, accidere, contingere. παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. viii. 20. ἀντὶ τοῦ, συνέζη αὐτοῖς μεγίστη συμφορῇ χρῆσθαι. Ipsis accidit, ut gravissima calamitate afficerentur. Vel, Ipsis accidit ut in maximam calamitatem inciderent, vel, ut maxim. calam. experirentur.
παρεὶς, έντος, ὁ. com. Qui prætermisit. Qui præteriit. Νύκτα μέσην παρέντας, πορεύεσθαι. viii. 9. Valla: Media nocte solventes proficiscerentur. Æ. P. Media nocte præterita, vel jam elapsa, proficisci [placuit.] Est autem particip. aor. 2. act. παρῆν, a παρίημι. Consule Grammaticos.
παρεκρίθησαν διαταχθέντες. καὶ ὑπαλλαγὴν dictum videtur, ἀντὶ τοῦ, παραχριθέντες διετάχθησαν. viii. 70. In aciem sunt digesti. Sed hæc est verborum vis, Cum alii ab aliis discreti fuissent, ut nationes a nationibus separatæ pugnarent, ita demum alii prope alios in ordinem sunt digesti.
παρ' ἐμοί. Ion. et com. Apud me. Meo judicio. οὗτος παρ' ἐμοὶ δίκαιός ἐστι τοῦτο τὸ οὔνομα φέρεσθαι. i. 32. Hic meo judicio dignus est, qui nomen hoc ferat. τοὺς παρὰ σφίσι αὐτοῖσι δοκέοντας ὀλβίους εἶναι. Qui suo judicio videntur beati esse. Qui suo judicio se felices esse putant. i. 86.
παρενθήκην τινὰ ποιεῖσθαι τοῦ λόγου. Aliquid orationi suæ obiter addere, et quasi per interpositionem inserere. vii. 5.
παρενθήκη, ης, ἡ. com. q. d. Interpositio. Id, quod interponitur. λόγου παρενθήκη. Orationis interpositio vocatur ab Herodoto id, quod quis, ab instituta oratione digrediens, et de re aliqua mentionem obiter faciens, interponit. Digressio. vii. 171.
πάρεξ. Ionic. et poet. Præter. πάρεξ τοῦ ἀργύρου. Præter argentum. i. 14. πάρεξ τοῦ ψήγματος. Præter auri ramenta. i. 93. πάρεξ ἢ ὅσον. Præter quam quantum. i. 130. πάρεξ τοῦ φόρου. Præter tributum. i. 192. πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ. Præter numerum. ii. 4, 31, 168. iii. 67, 91, 97. πάρεξ τῶν ἵππων. iii. 106, 117, 122. iv. 46, 82. v. 7, 31, 66. vii. 87, 196. viii. 2, 48, 73.
παρεξεληλάκεε. Ion. 3. pers. singul. plusq. p. act. pro com. παρεξηλάκει, et Attice παρεξεληλάκει. viii. 126. Præterierat. a παρεξελαύνω. Vide simplex ἐλαύνω. Et ες termin. Ion.
παρεξῄιε. Ion. et poet. 3. perf. medii. a παρεξῄια, ας, ε. a παρέξειμι, quod significat παρεξέρχομαι. Prætereo. παρεξῄϊς ταύτας. Has præteriit. vii. 109. [pro eodem dicit παραμείβομαι. vii. 108, 109, 112.] Vide ῄια apud Eustath. παρεξιών. vii. 113. παρεξῄιε. vii. 115.
παρεξῆκε τέσσερας ἡμέρας. vii. 210. Valla: Quatriduum supersedit. v. s. Quatuor dies præteriit. id est, Quatriduo supersedit.
παρεξιέναι. com. pro quo et παρεξέρχεσθαι. Præterire. Juxta transire. λίμνην παρεξιών. Lacum præteriens. Vel, Juxta lacum transiens. vii. 58, 109, 113.
παρεόν. Ion. et poet. pro com. παρόν. Hoc vero Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ παρόντος. Cum liceret. Cum facultas daretur. i. 129. Cum liceat. v. 49. [ad marginem legitur παρέχον. quod et ipsum ἀντὶ τοῦ παρέχοντος dictum Ἀττικῶς. Subaudiendum autem in nominativo, vel accus. τὸ θεῖον. i. e. Numen divinum. At in genit. τοῦ θείου, vel τοῦ θεοῦ. Vide παρεῖχε.] vi. 72. vii. 24, 164. παρεὸν αὐτῶσι. vii. 229. Cum liceret ipsis.
παρέρχεσθαι. commun. Transire. Ingredi aliquo. παρῆλθον ἐς τὴν

αὐλήν. In aulam transiverunt. iii. 77.

παρεσκευάδατο, pro παρεσκευασμένοι ἦσαν. v. 34. Vide δατο. vii. 218, 219.

παρευρίσκειν. Excogitare. Comminisci. μέζονας αἰτίας παρευρίσκειν. Graviora crimina comminisci. i. 26. pro eodem dicitur et παρεξευρίσκειν. iii. 31.

παρέχειν, et παρέχεσθαι. com. προθυμίην πλείστην παρείχετο. Maximam animi alacritatem præbuit, præstitit, exhibuit. i. 61. πρήγματα παρέχειν τινί. Negotium alicui facessere. Molestiam exhibere. i. 155. πρήγματα παρέσχον πλεῖστα. Plurimas exhibuerunt molestias. i. 175. τὰ δέ οἱ παρέσχε πόνον πλεῖστον. Quæ vero ei plurimum laborem, plurimum molestiæ exhibuerunt. i. 177. τοῖσι ἔπεσι τὰ ἔργα παρέχεσθαι ὁμοῖα. Facta verbis consentanea præstare. iii. 157. iv. 44, 46.

παρέχειν. com. Præbere. In alicujus arbitrio, ac potestate ponere. ἐμοὶ σκῆπτρον, καὶ δύναμις πᾶσα ἡ Πολυκράτεος ἐπιτέτραπται, καί μοι παρέχει νῦν ὑμέων ἄρχειν. Mihi sceptrum, et potentia, [vel potestas] omnis Polycratis est commissa, ac [potestas hæc] mihi jam vobis imperare præbet, imperium in vos præbet. Vel, imperium in vos in arbitrio meo ponit. iii. 142. Valla vero vertit hæc verba, καί μοι παρέχει &c. In meo quoque arbitrio situm est vobis dominari. Quare, si versionem hanc admittamus, τὸ παρέχειν, ἀντὶ τοῦ παρεῖναι, καὶ ἐν ἡμῖν εἶναι sumetur, id est, Nobis adesse, nobis licere, in nostra potestate, ac arbitrio esse. Sed hoc aliis exemplis est confirmandum, quæ vide ἐν τῷ παρέχειν, ἀντὶ τοῦ ἐξεῖναι.

παρέχειν apud Herodotum interdum sumitur pro com. ἐξεῖναι. Licere. iii. 142. Ut, παρεῖχεν ἄνισφι. Ipsis licuisset. iv. 140. Sed videtur ἐλλειπτικὸν esse loquendi genus. Subauditur enim ὁ θεός. Deus ipsis præbuisset. id est, Per Deum licuisset. Licuisset. Sic, παρέχει ὑμῖν σώζεσθαι ἐπὶ τὴν ὑμετέρην αὐτέων. In vestram ipsorum patriam vobis salvis redire licet. v. 98. Nam hic etiam ὁ θεὸς subauditur, q. d. Deus vobis salvis in patriam redeundi facultatem præbet. Quamquam si quis diceret activum pro passivo Ἰωνικῶς, ut et Ἀττικῶς, in hoc verbo positum, ei nequaquam vehementer repugnarem. οὐ παρέσχε οἱ αὐτομολεῖν ἐς τοὺς Ἕλληνας. viii. 8. Ad Græcos transfugere ei non licuit. [ἔφασαν] παρέχειν σφι μηδίζειν. viii. 30. Sibi Medorum partibus favere licere [dixerunt.] Νῦν παρέχει κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἁπάντων ἐξεργάσασθαι. viii. 75. Nunc vobis omnium pulcherrimum facinus facere licet. παρέχει ποιέειν ταῦτα. viii. 100. Hæc [tibi] facere licet. viii. 140. παρέξει ποιέειν. Facere licebit. ix. 122.

παρήγγελε. com. 3. person. aor. 2. act. a παραγγέλλω. Denuntiavit. ix. 53.

παρηγορέειν, εῖν. et παρηγορέεσθαι, εῖσθαι. Ion. pro com. παραινεῖν. προτρέπειν. Suadere. Incitare. Solicitare. Hortari. Οὗτος πολλάκις καὶ πρότερον τὸν Γόργον παρηγορέατο ἀπίστασθαι ἀπὸ τοῦ βασιλῆος. Hic sæpius et ante Gorgum ad defectionem a rege faciendam solicitavit. v. 104. Hoc autem παρηγορέατο est 3. person. singul. plusquamp. pass. pro com. παρηγόρητο. dissoluta η in εα. [Pindarus Olymp. Ode ix. v. 117. παραγορεῖτό μιν μήποτε ταξιοῦσθαι σφετέρας ἄτερθε αἰχμᾶς. Ipsum hortabatur ne unquam in acie sine sua lancea staret.] οἱ παρηγορεύμενοι κεῖνα ποιέειν. Qui suadebant ut hæc facerem. vii. 13. καὶ οἱ μὲν παρηγορεον Ἀμομφάρετον. ix. 54,

55. Et alii quidem Amomphare-tum adhortabantur.

παρῆκε. ix. 15. Vide παριέναι, et καταπίνειν.

παρήρτητο. Vide simplex ἀρτέω, ῶ. et ἀρτάω, ῶ.

παρήσονται. 3. plur. fut. medii, verbi παρίημι. Prætereo. Omitto. Παρήσονται παραλαμβάνοντες ἐπὶ τὸν Πέρσην. vii. 148. (Stephanus ait) Legendum οὐ παρήσονται. v. s. Non omittent se assumere adversus Persas. Sensus, Cum intellexissent fore ut se non præterirent, at ad belli societatem contra Persas assumerent. Sed fortasse παρέσονται legendum. i. e. Aderunt, ut se belli socios adversus Persam assumant. Sic adverbium οὐ non erit addendum. Vel etiam τὸ παρήσονται jam accipiendum ἀντὶ τοῦ παρελεύσονται, i. e. advenient, aderunt. παρὰ τὸ παρίημι, de quo Grammatici. Sensus idem. Nihil tamen muto. ἡμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι. viii. 60.

παρήσωσι. Si codex mendo caret, est 3. plural. subjunctivi modi aor. 1. act. regulariter formata a futuro παρήσω. aor. 1. act. παρῆσα. subjunct. παρήσω, ῃς, ῃ. &c. a παρίημι, quod nunc non significat Prætereo, vel prætermitto: sed (ut vulgus hominum inelegantiorum loquitur) facio transire, vel facio intrare, quod Latine diceres elegantius, Patior, vel sino, aliquem aliquo intrare, penetrare, transire. Permitto ut intret, efficio ut intret, penetret, transeat. ὅκως μὴ παρήσωσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους. viii. 15. Ne barbaros in Græciam intrare sinerent. Sed (nisi fallor) παρήσουσι legendum, ut sit 3. pers. plur. futuri παρήσω, εις, ει. facilis enim lapsus typographi propter maximam similitudinem, quam inter se habent istæ literarum figuræ, diphthongus scil. ου, et vocalis ω. Grammatici vero docent a futuro παρήσω, non παρῆσα (ut regularis formatio flagitaret,) sed ἀνωμάλως παρῆκα formari; unde subjunctivus ἐὰν παρήκω, ῃς, ῃ. et in 3. plur. παρήκωσι dicendum esset. Qua de re consule vulgatas Grammaticas, et nostras in Xenophontem notas, pag. 197. D. ὅπως μηνύσωσι, ubi demonstro, μὴ ἀνήσουσι scribendum. τὸ δὲ ὅκως, quod Ion. dictum pro com. ὅπως, non solum cum subjunctivo, sed et cum indicativo futuri conjungitur, ut exemplis confirmo in iisdem meis notis, pag. 954. D. ὅπως ἀκοντιοῦσι.

παρθενεύεσθαι. com. ἐν τῇ παρθενίᾳ διάγειν. Vitam in virginitate traducere. Virginem esse. Virginem manere. iii. 124.

παριδεῖν. Animadvertere. Observare. Οὐδεμίην δειλίην μοι παριδών. Cum nullam ignaviam in me animadverteris, observaris. i. 37, 38. οὐδὲν ἄχαρι παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε. Nihil quod esset tibi ingratum, in hoc homine, in me ipso, animadvertisti. i. 108.

παριέναι. com. Transire. Introire. Ingredi aliquo. ἐς τὸ πρόσω παριέναι. Ulterius progredi. iii. 77. v. 72.

παριέναι. com. Transitum dare. Introitum alicui dare. Sinere aliquem aliquo transire. Gallice, *Laisser entrer. Laisser passer.* iii. 77. σφέας παρῆκαν. Ipsos ingredi, vel transire siverunt. Componitur autem ex παρὰ et ἵημι. παρίεσαν. Transire siverunt. ibid. παριέναι ἐς τὰ βασιλήϊα πάντα τὸν βουλόμενον. Quemlibet in regiam ingredi sinere. iii. 84. οἱ δὲ σφέας παρῆκαν. Illi vero eos ingredi siverunt. iv. 146.

παριέναι. com. Præterire. Permittere. Concedere. Οὐδενὶ παρήσομεν ναυαρχέειν. vii. 161. Nulli permittemus ut classi præsit. Neminem classi præesse patiemur.

παριέναι. com. ex παρὰ, et ἵημι. Exporrigere. Extendere. παρῆκε αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον. ix. 15. Exporrexit [Mardonius] sua castra. Est autem aor. 1. act. Vel, si a παρήκω deductum dicas, erit imperfectum, et vertes, Exporrigebantur ejus castra [usque ad Hysias.] Hoc longe simplicius.

παριέναι. com. q. d. Admittere. Dare transitum aliquo. Deducere. παρεῖκε Μαρδόνιον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ix. 1. Valla: Mardonium in Græciam deducebat. Componitur ex παρὰ, et ἵημι, jacio, mitto.

παρίεσαν. 3. pers. plur. imperf. quod a παρίημι deducitur, idemque valet ac τὸ παρέρχομαι. Prætereo. Progredior. Eo, in aliquem locum. Sic autem formatur; ἔω, unde Latinum Eo, totidem iisdemque literis servatis; Ion. et poet. verso ε in ι, fit ἴω, hinc vero circumflexum ἰέω, ἰῶ, unde ἴημι. ut ab ἔω, jacio, ἴω, ἰέω, ῶ, ἴημι. Imperf. ἴην, ης, η. ἴετον, ην. ἴεμεν, ἴετε, ἴεσαν, cum παρὰ, παρίεσαν. Præteribant, præterierunt, iverunt. παρίεσαν ἐς τὴν Παλλήνην. viii. 129. In Pallenem progressi sunt, iverunt.

παρίζειν. Ion. et poet. pro com. παρέζεσθαι. Assidere. iv. 165. v. 18. παρίζεσθαι idem. ibid. παρίζειν βουλεύουσι τοῖσι γέρουσι. Senatoribus consultantibus assidere. vi. 57.

παρισοῦν. V. H. quod in vulgatis Lexicis sine ullius auctoritate legitur scriptum. Adæquare. Æquiparare. παρισούμενοι βασιλέϊ. viii. 140. Regi vos æquiparantes.

παρίστασθαι, et παραστήσασθαι. com. In deditionem venire. Deditionem facere. Dedere se. οἱ πολέμιοι παρασταθήσονται. Hostes deditionem facient. Se [nobis] dedent. iii. 155.

παρίστασθαι. Tractare. τὸν ὑμέων δεσπότην ἡμεῖς παραστησόμεθα οὕτω, ὥστε ἐπὶ μηδαμοὺς ἔτι ἀνθρώπους αὐτὸν στρατεύσασθαι. Vestrum dominum nos ita tractabimus, ut adversus nullos mortalium expeditionem amplius sit suscepturus. iv. 136.

παρίστασθαι, et παραστήσασθαι. commun. Ad deditionem compellere. Subigere. In suam potestatem redigere. In deditionem recipere. ἱκανοὶ ἦσαν Πολυκράτεα παραστήσασθαι. Polycratem ad deditionem faciendam compellere, ac superare, poterant. iii. 45. Latin. interpres, Ad resistendum Polycrati validi erant. Sed male. Præcedentia vide. Sensum in nostra versione verum habes.

πάροικος, ὁ καὶ ἡ. com. Accola. Incola. Vicinus. Vide vulg. Lexica. Παροίκου δὲ πολέμου σφι ἐόντος οἰκηΐου, οὐδὲν δεινοὶ ἔσονταί τοι. vii. 235. Valla: Ita illi domestico occupati bello, neque tibi erunt infesti. Æ. P. Cum autem bellum vicinum ipsis erit domesticum, non erunt tibi formidabiles, vel, formidandi, ne &c. πάροικον πόλεμον vocat bellum, quod Persæ ex insula Cytheris agro Laconico vicina proficiscentes, et excursiones in agrum Laconicum facientes, Lacedæmoniis erant illaturi. πόλεμον οἰκήϊον dicit, quia Lacedæmonii bellum domi sic erant habituri, propter illius insulæ vicinitatem, ut hostem, et periculum imminens ab agro Spartano propulsarent. Hoc ex præcedentibus Herodoti verbis facile colligitur.

παροίχεσθαι. Ion. et poet. pro com. παρέρχεσθαι. vii. 120. Præterire. τὰ παροιχόμενα. Præterita. Quæ jam præterierunt. ibidem. ix. 58, 60.


παροιχώκεε. Ion. et poet. 3. pers. sing. plusq. p. act. pro com. παρῳχώκει. Præterierat. a παροίχομαι. τὸ παρέρχομαι. Vide οἴχομαι, et οἰχώκεε. viii. 72.

πάσασθαι. Ionic. et poet. (pro quo commun. dicitur γεύεσθαι. Gus-

πελαγίζειν. com. Exundare. Inundare. Restagnare. ἐώθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν πελαγίζειν. Fluvius per totam planitiem restagnare solebat. i. 184. ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ. Ubi fluvius plenus fuerit, atque campos inundarit. ii. 92. Hic τὸ πελαγίζειν transitive sumi videtur pro undis tegere. Vel neutraliter, ac passive, pro undis tegi. Vertes autem, ubi campi aquis tecti fuerint.

πέλας. com. Adverbium. οἱ πέλας. Alii. τοῖς πέλας δικάζειν. Aliis jus dicere. i. 97. [Proprie tamen significat πλησίον, et ἐγγὺς, prope. unde οἱ πέλας, propinqui, proximi, vicini.] ἐγὼ τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω. Ego quæ in alio reprehendo, ipse pro virili non faciam. iii. 142. τὰ τῶν πέλας κακά. Vicinorum, vel Proximorum, mala. vii. 152.

πέμπε. Vocabulum Æolicum, pro com. πέντε. Quinque. V. Hom. 37. Hinc τὸ πεμπωζολον, τὸ ἐκ πέντε ὀβελῶν συνεστηκὸς ὄργανον πρὸς τὸ ὀπτᾶν τὰ κρέα. ibid. Consule Eustath. Instrumentum ex quinque verubus ad carnes assandas compactum, cujus hæc est figura.



πέμπειν. pro ἀποπέμπειν. Mittere. pro Dimittere. Amandare. Gall. *Donner congé à quelqu'un. Renvoyer. Congédier.* ὁ Ἀστυάγης τὸν Ἀρτεμβάρεα πέμπει. Astyages Artembarem dimittit. i. 116. (quum ibid. dicit ἐκπέμψαι Ἀρτεμβάρεα.)

πέμψις, ιος, ἡ. com. Missio. Gall. *Envoi.* ἀπὸ τῆς πέμψιος τοῦ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ. viii. 54. Secundo die a præconis missione. id est, Postero die a nuntio, vel præcone, misso.

πεντάεθλος ἀνήρ. Quinquertio. ἄνδρα πεντάεθλον ἐκ προκλήσιος ἐφόνευσε. ix. 75. Quinquertionem ex provocatione interfecit. id est, Virum quinquertio victorem, quem ad certamen provocarat, aut a quo provocatus fuerat, interfecit.

πενταπλήσιος, ὁ. Ion. pro com. πενταπλάσιος. Quinquies major. Quincuplo major. vi. 13.

πεντηκόντερος, ἡ. Navis, quæ quinquaginta remis agitur. i. 152, 163, 164. iii. 39, 41. iv. 153, 156. vii. 36, 97, 184. viii. 1, 2, 48.

πεντηκόντορος, ἡ. idem ac πεντηκόντερος. iii. 124. vi. 138.

πεπρῆσθαι. Ion. et poet. pro com. πεπρᾶσθαι. Venditum fuisse. a πρήσσω, pro πράττω, σω. Vendo. Est autem infinitus præteriti perf. et plusquamp. pass. ii. 56.

περαίη, ης, ἡ. Ion. pro com. περαία, ας. Terra ulterior. Terra, quæ est ultra locum aliquem, et proprie quæ est ultra mare. οἱ Πλαταιέες ἀποβάντες ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης. viii. 44. Valla: Platæenses descendentes in Pieriam oræ Bœotiæ. Videtur legisse Πιερίην. Sed Πιερίη, sive Πιερία, (ut docet Eustath.) non est in Bœotia. Quid sit, et ubi sit, et unde nomen ei fuerit inditum, apud Eustath. vide, et Plin. lib. iv. cap. 10. in Macedoniæ descriptione. Stephan. in Πιερία. Strabo l. x. p. 722. ed. Amst. Πιερία, καὶ Ὄλυμπος, καὶ Πίμπλα, καὶ Λείβηθρον, τὸ παλαιὸν ἦν Θρᾴκια χωρία, καὶ ὄρη. νῦν δὲ ἔχουσι Μακεδόνες. et libr. xvi. p. 1091. Æ. P. Plat. cum descendissent in ulteriorem agri Bœotii regionem. Suidas. Περαία. ὄνομα τόπου. Stephan. Περαία. πολίχνιον Συρίας. Ἔστι καὶ χώρα Κορίνθου. Eustath. Πέρα, ἡ γῆ κατὰ γλῶσσαν, ὅθεν καὶ περαία κατὰ παραγωγὴν, καὶ τὸ πέραν ἐπίρρημα. Idem, Περαία, ἡ πέραν γῆ. Hæc postrema Eustathii τῆς περαίας interpretatio mihi magis arridet,

quam superiores. Nam ad hunc locum illæ facere non videntur.

περητὸς, ἡ, ὁν. Ion. pro com. περατός. Qui trajici, transirique potest. ποταμὸς νηυσὶ περητός. Fluvius, qui navibus trajici potest. v. 52.

περὶ τὰ περὶ τὸν Κῦρον. Ion. ut com. οἱ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα. pro com. ὁ Κῦρος. ὁ Πλάτων. i. 95.

περὶ, cum accus. peculiariter apud Herodotum pro περὶ cum genit. De. Gall. *Touchant quelque chose.* ἠρώτευν περὶ Πακτύην. pro περὶ Πακτύου. De Pactya [vates] consuluerunt ac interrogarunt. i. 158. Κυρηναῖοι τὰ περὶ Βάττον οὐδαμῶς ὁμολογέουσι Θηραίοισι. ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὰ περὶ Βάττου. De Batti rebus, de Batto, Cyrenæi cum Theræis nullo modo consentiunt. iv. 154.

περὶ μὲν τούτους οὕτω εἶχε. viii. 85. De his quidem ita [se res] habet. Vel, Quod ad hos quidem attinet, ita se res habet. pro quo dicendum alias esset, καὶ περὶ μὲν τούτων τὸ πρῆγμα οὕτως εἶχε.

περὶ τοῦ πρήγματος τούτου οὕτως ἔσχε. Quod ad hanc rem attinet, res ita habet. Sic etiam Galli. *Touchant cette affaire, la chose va ainsi.* i. 117. δοκέω σε πάντα ἐκμεμαθηκέναι σέο αὐτοῦ πέρι, ὡς ἐπεξήχθη. Existimo te omnia intellexisse de te ipso, quomodo gesta fuerint. i. 124.

περὶ πολλοῦ εἶναι. com. Multum interesse. Magni interesse. ἡμῖν περὶ πολλοῦ ἐστι κατορθοῦσθαι ἀρχὴν τὴν σήν. Nostra magni interest tuum regnum stare, ac florere. i. 120.

περὶ ἑωϋτοῦ τρέχειν. Vide τρέχειν περὶ ἑωϋτοῦ.

περιβαλέσθαι ἕρκος, ἕρυμα τῶν νεῶν. ix. 96. v. s. Circumjicere septum, navium munimentum. id est, Classem vallo circumdare, ut sint in tuto. Vel, Classem vallo circumdare, quod est navium munimentum. ix. 97.

περιβάλλειν, et περιβάλλεσθαι ad munitiones relatum. Circumjicere. Circumdare. Munire circumjiciendo, atque circumdando. τείχεα περιεβάλλοντο ἕκαστοι. Singuli se mœnibus circumductis munire cœperunt, vel se muris muniverunt. i. 141. τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν. Urbem muro circumdare. i. 163. vi. 46. ἕρκος ὑψηλὸν περιεβάλοντο. vii. 191. Septum, sive vallum excelsum sibi circumjecerunt. Alto septo, sive vallo circumjecto se muniverunt. ix. 96, 97.

περιβάλλειν, et περιβάλλεσθαι. Acquirere. Comparare. ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἐωϋτῷ κέρδεα. Privatim sibi quæstum concilians, parans. Privato quæstui studens. Privatum quæstum faciens. iii. 71. ἄλλά τε χρύσεα ἄφατα χρήματα περιεβάλετο. vii. 190. Valla: Affatimque aliarum ex auro rerum lucratus est. Æ. P. v. s. aliasque ineffabiles aureas res acquisivit. i. e. aliamque supellectilis aureæ vim, quæ verbis vix exprimi posset, quæsivit, sibi comparavit, lucratus est. vel χρύσεα χρήματα, aurea vasa, vel pecuniam auream, i. e. nummos aureos ita vocat Herodotus, viii. 8. ix. 39.

περιβάλλειν, et περιβάλλεσθαι de vestibus dictum, quibus corpus tegimus. λευκὸν χλανίδιον περιβαλλόμενοι. Candidam penulam circumjectam gestantes. Candida penula amicti. i. 195. χλανίδα περιβαλόμενος. Amiculo, vel penula, indutus. iii. 139.

περιβάλλεται [τὸ φᾶρος.] ix. 109. Induit [illud pallium.]

περιβάλλειν. com. Circumjicere. Complecti. Capere. [ἔλεξεν αὐτὸν] λαβεῖν ἀμφιβλήστρον, καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων, καὶ ἐξειρύσαι. Dixit ipsum cepisse verriculum, et ingentem piscium multitudinem complexum fuisse, ac extraxisse. i. 141.

περιζάλλειν. Interdum apud Herodotum, ut et apud Thucydidem, lib. vii. §. 25. accipitur pro com. περιπλεῖν. Circumnavigare. Navibus circumvehi. τὸν Ἄθων περιέζαλλον. Montem Athon navibus circumvecti sunt. vi. 44. quod ex sequentibus facile colligitur. ἐπιπέσωὶ δέ σφι περιπλέουσι βορῆς ἄνεμος. ibid. Boreas vero ventus cum in eos ingruisset. Hic aperte τὸ περιζάλλειν, καὶ τὸ περιπλέειν, συνωνύμως posita videmus.

περιζάλλειν. com. Circumjicere. μεταφορικῶς vero, Dare, attribuere, comparare alicui. metaphora sumta ut a vestibus, quæ corpori circumjiciuntur, ejus tegendi gratia. δικαιότερον εἶναι ἔφη Μήδων τέῳ περιζαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, ἢ Περσέων. Justius esse dicebat alicui Medorum potius, quam Persarum, hoc bonum attribuere, acquirere, comparare, dare. i. 129.

περιζόητος ἐν τῇ ποιήσει. V. Hom. 24. Poesi clarus.

περιγενέσθαι. com. Superesse. Superstitem esse. Evadere ex mortis periculo. Servari. ἰσόρεον ὅτεῳ τρόπῳ περιγένοιτο. Quæsiverunt quonam modo superstes esset. Vel, quomodo evasisset. i. 122. τοὺς περιγενομένους. Eos, qui super fuerant. Qui superstites remanserant. v. 46, 63, 87. vii. 232, 233. viii. 6, 60, 92, 93.

περιγίνεσθαι. com. Superare. Vincere. ἐκείνων περιγίνεσθαι. Illos superare. i. 207. τοῦ βασιλῆος περιγενέσθαι. Regem superare. ii. 121. §. 5.

περιδεὴς, ὁ καὶ ἡ. com. Vehementer metuens. v. 44.

περιέλασις. com. q. d. Circumactio. ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν. Quadrigis circumactionem reliquerunt. Spatium reliquerunt quadrigis circumagendis idoneum. i. 179.

περιείλησις, ἡ. com. Circumvolutio. ii. 123.

περιειλίξαντες. viii. 128. Cum circumcirca volvissent. Cum involvissent. Circumvolventes.

περιεῖναι. com. Superesse. Superstitem esse. Servari. Ex aliquo periculo evadere. ἔστι τε ὁ παῖς, καὶ περίεστι. Est, et superest infans. Vivit, ac superstes est. i. 120. τῇ σεωῦτοῦ μοίρῃ περιεῖς. Tuo ipsius fato superstes es. i. 121. περιεῖναι. i. 122. τὸ κατὰ θεοὺς περιεῖς. Quod ad Deos attinet superstes es. i. 124. ἔστ' ἂν πυνθάνηται περιεόντα τὸν πατέρα. Donec audiret patrem esse superstitem. iii. 53. ὡς περιείη. Quod superesset. iii. 74, 119. περιεών. Superstes. v. 39. vii. 107, 139. περιῆσαν, vii. 188. Superstites fuerunt, ex periculo evaserunt, servati sunt. viii. 40, 60.

περιεῖναι. com. cum genitivo. pro quo alias συνωνύμως τὸ νικᾶν cum accus. δόξαι τὴν ἑωῦτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλέος. Existimare suas copias regiis superiores evasuras. Vel, Existimasse fore ut suæ copiæ regias superarent. iii. 146.

περιεῖναι. com. Sed apud Herodot. pro περιελθεῖν accipitur interdum. Devenire. Pervenire. ἐς τὸν παῖδα τοῦτον ἀρχὴ περιεοῦσα. Regnum, quod ad hunc puerum devenit, vel pervenit. i. 120.

περιείχετο αὐτοῦ μένοντας μὴ ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν. ix. 57. Valla: Circuire eos, qui manebant, ne desererent ordinem. Æ. P. [Amompharetus suos milites] illic manentes continebat, ne aciem desererent. περιέχεσθαι enim, ἀντὶ τοῦ περιέχειν, καὶ συνέχειν, jam ab Herodoto positum videtur. μὴ ἐκλιπεῖν, ὥστε μὴ ἐκλιπεῖν.

περιελθεῖν. ἡγεμονίη ἐς τὸ γένος τοῦ Κροίσου περιῆλθεν. Principatus ad Crœsi genus est devolutus. Ad Crœsi genus imperium pervenit. i. 7. αὖθις ἐς τυραννίδας περιῆλθον. In tyrannidem rursus inciderunt.

Rursus tyrannidi, vel imperio tyrannico parere cœperunt. i. 96. ἐς Δαρεῖον περιῆλθε ἡ βασιληΐη. i. 187. pro eodem dicitur et περιχωρεῖν. et περιιέναι. ἡ βασιληΐη αὐτοῦ περιχωρέει ἐς Δαρεῖον. i. 210. ἡ βασιληΐη ἐς Ἀλέξανδρον περιήϊε. ii. 120. μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν. iii. 65. ὡς ἡ βασιληΐη περιεληλύθοι ἐς τοῦτον. iii. 140. ἐς φθίσιν περιῆλθε ἡ νοῦσος. Morbus in phthisin evasit. vii. 88.

περιέπειν. Ion. et poet. pro com. θεραπεύειν. Curare. Tractare. Officiose tractare. τούτους περιεῖπε εὖ. Hos bene tractabat. i. 73. Interpres Lat. Benigne alloquebatur. Vim hujus verbi non videtur intellexisse. Hoc ex sequentibus facile patet. τῷ γὰρ εὖ περιέπειν opponit τὸ τρηχέως κάρτα περιέσπε ἀεικείῃ. et, τὸ ἀνάξια παθεῖν πρὸς Κυαξάρεω. ibid. περιέπειν autem proprie dicitur de ministris, et famulis, qui dominos sequuntur, et circum eos assidue stant, ad imperata faciendum parati. Quamobrem etiam a poetis ἀμφίπολοι παρὰ τὸ ἀμφιπολεῖν appellantur. μεταφορικῶς, καὶ γενικῶς, περιέπειν et aliis tribuitur, qui officiose, magnaque cura aliquem tractant. Sed pro adverbiorum qualitate, ipsa quoque tractationis qualitas indicatur. Ut, περιέπειν εὖ. Bene, vel benigne, ac officiose tractare. (περιέπειν κακῶς.) Male, vel inhumaniter tractare. ἔπειν autem pro ἕπεσθαι, est poeticum, non etiam orationis solutæ; et compositum potius, quam simplex reperitur. ἅτε πολεμίους περιέπουσι. Ut hostes tractant. ii. 69. καί μιν Ἄμασις εὖ περιεῖπε. Et ipsum Amasis bene tractabat. ii. 169. ὑπὸ Παιόνων τρηχέως περιεφθέντας. A Pæonibus aspere vel male tractatos. v. i. τρηχέως περιεφθέντων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. v. 81. Cum ab Atheniensibus male tractati fuissent. περιέφθησαν τρηχύτατα. vi. 15. προεῖπον αὐτοὺς περιέψεσθαι ὡς πολεμίους. vii. 149. Prædixerunt ipsos ut hostes tractatum iri. περιέποντες εὖ. vii. 181. [Eum] bene tractantes. τοὺς ἄλλους περιεῖπον ὡς ἀνδραποδα. ibid. Alios ut mancipia tractabant. Valla: Probe observantes. Et tamquam mancipia adservarent. Sed utrumque locum perperam explicavit. Οἱ Μῆδοι τρηχέως περιείποντο. vii. 211. τρηχέως περιεφθέντες. viii. 18. Male tractati, vel male affecti. περιέφθησαν τρηχέως. viii. 27. [Ab illis] aspere tractati fuerunt.

περιέσπε. Ion. et poet. 3. aor. 2. act. a περισπάω, ῶ. aor. 2. περιέσπον, ες, ε. Sic autem hoc formatum, ut ἔμυκον, a μυκάω, ῶ. et ἔδουπον, a δουπέω, ῶ. περισπᾶν prop. circum trahere, contrahere, trahere. ut, τρηχέως κάρτα περιέσπε ἀεικείῃ. v. s. Aspere admodum in indignitatem, vel, indecoram contumeliam [eos] traxit. Id est, eos aspere admodum, ac indigne, vel præter dignitatem, ac decorum, tractavit. i. 73. Sed si a περιέπω deductum dicas, σ. ποιητικώτερον insertum erit. Eodem autem modo dicetur, quo ἐπέσπον. ἐπέσπες. ἐπέσπε. Consule Eustath. in voce ἐπισπεῖν. ὁ Κῦρος τὸν παῖδα τρηχέως κάρτα περιεσπε. Cyrus puerum illum admodum aspere tractavit. i. 114. ἐτόλμησας τὸν παῖδα ἀεικίῃ τοιῇδε περισπεῖν; Ausus es hunc puerum tali contumelia afficere, et ita tractare? i. 115. τοὺς προσπόλους τρηχέως περισπεῖν. Famulos aspere tractasse. ii. 64. κάρτα τρηχέως περιέσπε πλήθεϊ πολλὰς τῶν νεῶν. vi. 44. Valde aspere magnum navium numerum tractavit.

περιέρχεσθαι. com. pro νικᾶν, ἀπατᾶν. σοφίῃ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης. Phanes ipsum astutia circumvenit. iii. 4.

περιέσχατος, ὁ. N. H. Extremus. τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρός.

Igne partes extremas depascente, vel depascendo paulatim absumente, vastante. v. 101.

περιέχεσθαι. com. Undique teneri. Circumdari. Circumveniri. ὁρέοντες περιεχομένους αὐτούς. viii. 10. Cum viderent eos undique circumveniri, vel circumdatos esse. περιέχεσθαι γὰρ πᾶν τὸ στρατόπεδον τὸ Ἑλληνικὸν ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ξέρξεω. viii. 81. Tota enim Græcorum castra [dicebat] a Xerxis classe circumdari, vel esse circumdata.

περιέχεσθαι. com. Adhærere. περιέξονται. [Nostris bonis] adhærebunt. quid autem hoc sibi velit, patet ex his, quæ sequuntur, οὐδὲ ἀπωστοὶ ἔσονται, pro ἀπὸ τούτων ὠθεῖσθαι δυνήσονται. Nec ab his repelli poterunt. i. 71.

περιέχεσθαί τινος. Rei alicui adhærere, nec eam velle dimittere. Amore alicujus detineri. Aliquid amplecti. ὁρέομέν σε περιεχόμενον τῆς ἔχεις γυναικός. Te uxoris, quam habes, amore implicitum detineri videmus. v. 40. τοῦ περιέχεαι μάλιστα. vii. 39. Cujus amore maximo detineris implicitus. ὑμεῖς οὕτω περιέχεσθε τῆς ἡγεμονίης. vii. 160. Valla: Vos ita imperium amplectimini. Æ: P. Vos imperio retinendo adeo addicti estis. Vel, Vos imperii retinendi amore tanto flagratis. ibid. τοῦ περιέχεσθαι μάλιστα χρεών. viii. 60. Quod præcipue est amplectendum. Cui potissimum est hærendum. In quod præcipue est incumbendum.

περιέχεσθαί τινος. In alicujus amorem esse propensum. Περίανδρος περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω. Periander in adolescentis amorem propensus. iii. 53.

περιέχεσθαί τινος. Herodotea locutio, pro com. ἀπέχεσθαί τινος. Abstinere a re aliqua. Οὕτω ὦν κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δημάρητον, ἐόντος ἐμοὶ ξείνου, περιέχεσθαί τινα τοῦ λοιποῦ κελεύω. vii. 237. Sic igitur a maledictis in Demaratum spargendis, quia est mihi [i. e. meus] hospes, quemlibet [i. e. omnes] in posterum abstinere jubeo. v. 8. De maledicentia igitur in Demaratum, &c. Vel, Quod igitur ad maledicentiam attinet, &c.

περιέχεσθαί τινι. Herodot. locutio. Aliquid obtinere. οὕτω ὦν ταῦτα ἀσκέοντες, τούτῳ περιεχώμεθα. Sic igitur hæc exercentes, hæc facientes, eadem obtinemus. iii. 72. Valla vertit, Ita non idem factitando, idem tamen obtinemus. Quare videtur lectionem hujusmodi nactus, οὕτω οὐ ταῦτα ἀσκέοντες, &c. Utraque lectio bonum habet sensum. Nihil tamen mutandum.

περιήκειν τὰ πρῶτα. Herodotea locutio, quæ de illis dicitur, qui propter suas virtutes ad præcipuum, summumque laudis gradum pervenerunt. τοῦτον τὸν ἄνδρα φαμὲν τά τε ἄλλα πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα, καὶ δὴ καὶ ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης πέρι. vi. 86. Hunc virum cum ceteris omnibus in rebus præcipuam laudem obtinere dicimus, tum etiam optime propter justitiam audiri.

περιῆλθε τὸν Πανιώνιον ἥ τε τίσις, καὶ ὁ Ἑρμότιμος. viii. 106. Valla: Supplicium ab Hermotimo in Panionium rediit. Æ. P. Panionium ultio, et Hermotimus circumvenit, vel invasit: i. e. Ita tandem Hermotimus Panionium est ultus.

περιημεκτέειν, εἶν. Ion. pro com. δυσφορεῖν, ἀγαναχτεῖν, δεινοπαθεῖν. Graviter, et iniquo animo aliquid ferre. Lamentari. περιημεκτέων τῇ συμφορῇ. Graviter eam cladem ferens. Graviter lamentans. i. 44. περιημέκτεε. Iniquo animo ferebat. i. 114. οἱ Φωκαιέες περιημεκτέοντες τῇ δουλοσύνῃ. Phocæenses servitutem iniquo animo ferentes, [ac aversantes.] i. 164. περιημεκτήσας τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ. Cum totam istam calamitatem

iniquo animo ferret. iii. 64. *περιημεκτήσας τῇ ἀπάτῃ.* Fraudem hanc iniquo animo ferens. iv. 154. *περιημέκτεον.* viii. 109. *περιημέκτεε τῇ ἔδρῃ.* ix. 41. Illam stationem, [moramque] iniquo animo ferebat.

περιήνεικα. Ion. et poet. Circumtuli. *περιήνεικε.* Circumtulit. i. 84. *περιενειχθέντος.* Cum circumlatus fuisset. ibid. *περιενείκας.* Cum circumtulisset. ibid.

περιϊδέειν, εἶν. Negligere. Pati. Sinere. Permittere. *περιϊδέειν δεῖσαι.* Permittere alicui, ut canat. i. 24. *ἢν τούτους περιΐδῃς διαρπάσαντας χρήματα.* Si patiaris hos pecunias diripere. i. 89. *μὴ περιΐδεῖν τὴν ἡγεμονίην ἐς Μήδους περιελθοῦσαν.* Non pati principatum ad Medos devenire, devolvi, pervenire. iii. 65. *οὐκ ἄν με περιεῖδες.* Non passus fuisse me [facere, quæ in animo habebam.] iii. 155. [*ἡ Ἀμαζὼν τὸν Σκύθην αὐτῇ*] *περιεῖδε χρήσασθαι.* Amazon Scytham se uti passa est, ei sui corporis potestatem fecit. iv. 113, 118. viii. 75. ix. 6, 7.

περικάτησθαι. Ion. pro com. *περικάθησθαι.* Circumsedere. Obsidere. Quod alias dicitur *πολιορκεῖν.* *περικατημένῳ τὴν Νῖνον.* Ninum obsidenti. i. 103.

περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν ix. 75. Atheniensibus Ægìnam obsidentibus.

περικεῖσθαι. com. *περικείμενοι τὰς ἀσπίδας περὶ τοῖς αὐχέσι, καὶ τοῖσι δρις-εροῖσι ὤμοισι.* Clypeos circa collum, et sinistrum humerum gestantes. v. 8. circumjecti clypeos. Sed est elegans Græcismus. *ἀντὶ τοῦ φοροῦντες τὰς ἀσπίδας περικειμένας περὶ τοῖς,* &c. i. 171.

περικλήειν. vii. 198, 199. Vide simplex *κλήειν.* pro com. *κλείειν.*

περιλαμβάνειν. commun. Complecti. Comprehendere. Circumdare. Circumdatum capere. *ἐκυκλεύοντο, ὡς περιλάβοιεν αὐτούς.* viii. 16. Circum [ipsos] ferebantur, ut ipsos circumdatos caperent.

περιλέπειν. Ion. et poet. pro com *περιαιρεῖν.* Delibrare. Decorticare. Desquamare. Librum, sive corticem arboris undique detrahere. *τῶν δρυδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες.* viii. 115. Arborum corticem undique detrahentes.

περιλεσχήνευτος, ὁ καὶ ἡ. Nomen Herodoteum, pro com. *περιβόητος.* Celebris. Nomine clarus. ii. 135.

περίμετρον, τό. H. V. Ambiens locum aliquem mensura. Circuitus. Ambitus. i. 185. ii. 149.

πέριξ. Ion. et poet. adverb. fit autem (ut docet Eustath.) *ἐκ τῆς πέρι* præpos. et præter rationem *βαρύνεται.* Circum. *πέριξ τοῦ τείχεος.* Circum muros. i. 179. *πέριξ αὐτάς.* Circum ipsas. i. 196. *πέριξ αὐτοῦ.* Ante ipsum. ii. 91. iii. 155. *πέριξ τὸ τεῖχος.* Circum muros. iii. 158. iv. 36. *πέριξ αὐτοῦ.* iv. 152. *πέριξ τὴν λίμνην.* Circa paludem. iv. 180. v. 87. *τὴν πέριξ.* v. 115.

πέριξ τινὰ λαμβάνειν. Ion. et poet. pro com. *περιλαμβάνειν.* Aliquem circumdare. Circumdatum aliquem capere. v. 87.

περίοδος, ου, ἡ com. Circuitus. Ambitus. i. 93. *γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ὁρῶν.* Multos terræ ambitum descripsisse cernens. iv. 36. *γῆς ἁπάσης περίοδος.* v. 49. vii. 219, 223, 229.

περιοικὶς, ίδος, ἡ. Epithetum urbis, aut regionis. Ion. pro quo com. *περίχωρος.* Circa urbem, vel locum aliquem sita. Vicina. *εἶλε τὰς περιοικίδας αὐτῆς* [*τῆς τῶν Πτεριῶν πόλεως*] *πάσας.* Omnes urbes Pteriæ urbi vicinas, et circumcirca sitas, cepit. i. 76.

περίοικος, ὁ καὶ ἡ. com. Vicinus, qui circum aliquos habitat. iv. 159. *τῶν περιοίκων.* iv. 161.

περιοπτέον. Vide *περιορᾶν.* v. 39. vii. 168.

περιοπτέος, ὁ. N. H. Despiciendus. Negligendus. Quem quis per neg-

ligentiam, vel per contemtionem aliquid mali pati sinit. *οὐ περιοπτέη ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη.* vii. 168. Non est negligenda Græcia, ita ut pereat. Non oportet per nostram negligentiam pati, ut Græcia pereat. Græciæ salus non est negligenda.

περιορᾶν. com. Negligere. Pati. Sinere. *οὐ περιώρεον* [*αὐτὸν ἐσιέναι παρὰ τὸν βασιλέα.*] Eum ad regem accedere non sinebant. iii. 118. iv. 203. *οὐ περιοπτέον.* Non est negligendum. Per negligentiam non est ferendum, vel committendum, ut, &c. v. 39. *περιορᾶν συλλεγομένους.* ix. 41.

περιπετέα πρήγματα. Herod. locutio. Res, quæ subito in contrarium statum mutantur. Nam *περιπέτεια* dicitur in Tragœdia, subita rerum quædam varietas, et in contrarium immutatio: ut docet Aristot. *ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς*, cap. 11. *περιπετέα ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα.* viii. 20. Valla: Res sibi ipsis obscuras effecerant. Æ. P. Res in contrarium priori statum confestim sibi ipsis mutarunt. Vel, Ipsimet effecerunt, ut suæ res in fortunam priori contrariam repente mutarentur. Vel simplicius, Ipsimet suas res in adversam fortunam deduxerunt. Vide *περιπετὴς* in vulgatis Lexicis.

περιπεφλευσμένων. Quid sibi velit hoc vocabulum apud Herodotum non satis constat. *ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου.* v. 77. Valla: E muris a Medo ambustis. Ex qua versione colligi potest Vallam *τὸ περιπεφλευσμένων* sumsisse *ἀντὶ τοῦ περιπεφλεγμένων, παρὰ τὸ περιφλέγω*, amburo. Quamvis autem *τὸ περιφλεύειν* in vulgatis Lexicis non reperiatur, tamen simplex *φλεύειν* reperitur: sed eas habet significationes, quæ ad rem præsentem nihil faciunt. In iisdem Lexicis reperio, *Περιφλύω. ἐπιπολαίως καίω*, q. d. In superficie uro. Amburo. Et *Περιφλυσθεὶς*, obustus. Ut Virgil. Æn. xi. v. 894. Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obustis. Ambustus. Quod Aristophanis auctoritate confirmatur. Sic enim ille *ἐν Νεφέλαις.* v. 395. *Στρεψ. ἀλλ' ὁ κεραυνὸς πόθεν αὖ φέρεται λάμπων πυρί; τοῦτο δίδαξον. καὶ καταφρύγει βάλλων ἡμᾶς, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει.* Scholia. *Περιφλύει. περικαίει ἐπιπολῆς.* Quare *τὸ φλύειν, καὶ τὸ φλέγειν*, et *τὸ περιφλύειν*, et *τὸ περιφλέγειν*, sive *περικαίειν, συνωνύμως* dici videntur. Ab hoc vero *περιφλύειν*, inserto *ε* fiet *τὸ περιφλεύειν*, idem significans. *φλύειν* autem a *φλέω*, verso *ε* in *υ*. Vel a *φλέω*, inserto *υ*, deducetur *τὸ φλυύω*, quod verisimilius. *φλέειν*, et *φλοίειν* proprie significat *τὸν φλόον, εἴτε φλοιόν.* i. e. corticem detrahere. *περιφλέειν, περιφλοίειν*, et *περιφλοίζειν.* Corticem circumcirca detrahere. Quoniam autem corporum, quæ leviter, ac in superficie amburuntur, quidam ceu cortex, pellis, sive cutis ab igne detrahitur, ideo *τὸ περιφλύειν, καὶ περιφλεύειν. μεταφορικῶς* accipi non inepte possunt pro amburere, ac amburendo superficiem detrahere, vel saltem corrugare, et fœdare, atque adeo vitiare, et corrumpere. Herodotus igitur vocabit *τείχη περιπεφλευσμένα πυρὶ τὰ ἐπιπολῆς κεκαυμένα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν διεφθαρμένα.* i. e. Muros in superficie ustos, ambustos, atque vitiatos, et corruptos.

περιπίπτειν. com. varie sumtum. *περιπίπτειν ἀδίκοισι γνώμῃσι.* Iniquis sententiis damnari. Iniquas judicum sententias experiri. v. 8. Incidere in injustas sententias. Iniqua judicia experiri ita, ut causa cadamus. i. 96. *σεωὐτῷ περιπέσῃς.* Tibi ipsi malum concilies. i. 108. q. d. in te ipsum cadas. Est enim metaphora sumta

ab ædificiis, quæ propria mole in se ipsa corruunt. οὗτοι περιέπιπτον τοιαύτῃσι τύχῃσι. Hi in hujusmodi calamitates inciderunt. vi. 16. οἱ Φοίνικες περιπίπτουσι τῇσι νηυσί. Phœnices incidunt, vel irruunt, ac impetum faciunt in naves. vi. 41. περιπίπτειν δουλοσύνῃ. vi. 106. Incidere in servitutem. τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φευγούσῃσι περιέπιπτον. viii. 89. In suas naves fugientes irruebant. περιπίπτειν σφίσι. viii. 94. In ipsos incidisse. Ipsis occurrisse.

περίπλοος, ου, ὁ. com. Circumvectio, qua quis navigio locum aliquem circumvehitur. τὸν περίπλοον τοῦ Ἄθω. vi. 95.

περιποιεῖν. com. Conservare. iii. 36. περιποιῆσαι τὰ ἴδια. Res suas conservare. vi. 13. vii. 52. περιποιησαί μιν περὶ πλείστου ἐποιήσαντο. vii. 181. Ipsum conservare plurimi fecerunt.

περιποιεῖσθαί τινα ἐπιμελῶς. Ctesias Pers. 36. Aliquem accurate conservare, vel solicite curare.

περιῤῥαντήριον, τό. Ion. et com. ἀπὸ τοῦ περιῤῥαίνειν. Circumspergere. Aquiminale. Paulus enim J. C. pro aquario vase usurpat in l. 3. in princip. D. de supellect. leg. et paulo post. Nam et pelves argenteas, et aquiminalia argentea, et mensas, &c. Hic autem intelligitur grandius vas, idque purum, usibusque sacris destinatum, quod in templis, aut concionibus, aqua lustrali plenum erat, qua sacerdotes vel æditui eos, qui ingrediebantur, circumspergere, vel aspergere solebant, quod hac eos lustrari, purgarique crederent. i. 51. Quem morem Virgilius, de Chorineo quodam Trojano verba faciens, Æn. vi. v. 229. nobis perbelle versibus his videtur expressisse. Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ. Lustravitque viros, dixitque novissima verba.

περίῤῥοος, ὁ καὶ ἡ. Herod. vocabulum. Circumfluus. Vel dicitur de loco, qui utrinque tantum, non undique, aquis alluitur, ut Chersonesus, ut Isthmus. i. 174. [συνωνύμως dicitur ἀμφίῤῥυτος. iv. 163.]

περίῤῥυτος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Circumfluus. Vel, Qui hinc inde aquis alluitur. iv. 42, 45. [συνωνύμως dicitur ἀμφίῤῥυτος. iv. 163.]

περισπέρχειν. com. et περισπερχέειν, εἶν. Att. et Ion. cum dat. Proprie quidem significat studiose properare, vel circumcirca festinare. μεταφορικῶς vero βαρέως φέρειν. Graviter ferre. Infensum esse. Adversari. Φωκέων καὶ Λοκρῶν περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ. vii. 207. Valla: Huic sententiæ cum infensi essent Phocenses, et Locrii. Æ. P. Cum Phocenses, et Locrii hanc sententiam graviter, vel iniquo animo, ferrent. Vel, cum huic sententiæ vehementer adversarentur. περισπέρχειν enim jam accipiendum videtur pro studiose rei alicui adversari, quod faciunt illi, qui rem aliquam iniquo ferunt animo, et qui huc atque illuc cursitant, ut id impediant, quod ipsis est injucundum, ac molestum. περὶ nunc vim intendentis habet, et τῷ περισσῶς ἰσοδυναμεῖ, vel circumcirca significat, et cursitationem indicat, qua quis in orbem fertur, oculisque lustrat omnia, si quam rationem inveniat, qua voti compos fiat. σπέρχειν vero, τὸ σπεύδειν, καὶ κατεπείγειν, properare, festinare, accelerare, urgere, ut aliquid cito fiat. Schol. Græcus, dum explicat illa Sophoclis verba, quæ exstant in Ajace μαστιγοφόρῳ. v. 884, ed. Brunck, 1819. ὦ περισπερχὲς πάθος, hæc tradit: περισπερχὲς, βαρύ. ἤτοι ἀμηχανίαν ἐμποιοῦν. περισσῶς κατεπεῖγον. ἀπὸ τοῦ περισπέρχεσθαι, τὸ περιῤῥέφεσθαι. οἱ ἐν δεινῷ τινι καταστάντες, ἢ χρεία,

καὶ μὴ εὑρίσκοντες λύσιν τούτων, ἄνω καὶ κάτω φέρονται πλανώμενοι ὑπ' ἀπορίας. ἐφ' ὧν λέγεται καὶ τὸ ἀλύειν, ὃ γίνεται ἀπὸ τοῦ ἄλη, ἡ πλάνη. In vulgatis Lex. Græcolatinis περισπέρχεσθαι quidem invenitur: sed non etiam τὸ περισπέρχειν. Apud Suidam, ut apud Sophoclem, legendum, ὦ περισπερχὲς πάθος, non autem ὡς π. At (ut ex iis, quæ dicta sunt, facile colligi potest) τὸ περισπέρχειν, sive περισπερχεῖν, et περισπέρχεσθαι, συνωνύμως hoc loco dici videntur. Pind. Nemeorum Ode i. v. 59. Θεῶν βασίλεια σπερχθεῖσα θυμῷ. Deorum regina irritata animo. Hoc iniquo animo ferens. [Vide simplex σπέρχεσθαι. v. 33.]

περισπώμενα ἐκ τῶν βαρυτόνων Ἀττικῶς, καὶ Ἰωνικῶς, πεποιημένα. Vide ἐω, et ἐομαι, ubi res exemplis illustratur.

περισαδόν. Adverbium. Circumstando. Circum. περιελθόντες πάντοθεν περισαδόν. vii. 225. Cum [eos] undique circumdatos circumstetissent. Usurpat hoc et Thucyd. lib. vii. (ex Steph. typis anni 1564.) 262, 11. ubi etiam μάχη ξυσαδόν vocatur pugna, quæ comminus committitur.

περιστέλλειν. com. Circumtegere. Tegere. Protegere. Diligenter observare. Tueri. τὸν νόμον περιστέλλοντες. Legem tuentes, defendentes. iii. 31, 82. οὕτω περιστέλλουσι τὰ σφέτερα νόμαια Σκύθαι. Adeo suas leges, ac ritus Scythæ tuentur. iv. 80. Vel, Adeo diligenter sua instituta observant. περιστέλλειν ἀλλήλους. ix. 60. Se mutuo protegere. Se mutuo defendere.

περιστέλλειν. commun. Ornare. τὴν κεφαλὴν περιστέλλειν εὐπρεπῶς. Decore caput ornare. vi. 30.

περιστεφανοῦν. com. Corona coronare. Corona cingere. Undique cingere. οὔρεσι περιεστέφανωται ἡ Θεσσαλίη. vii. 130. Thessalia montibus undique cingitur.

περιστρωφᾶσθαι. Ion. et poetic. pro com. περιστρέφεσθαι. Circumverti. Circumcirca ferri. Perscrutari. Pervestigare. περιστρωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια. viii. 135. Pervestigantem omnia oracula.

περισφύριον, ου, τό. N. H. Valla fimbriam vertit. Alii fasciam circa talos sic appellari tradunt. Quidam talaria putant hoc nomine significari, quæ πέδιλα passim Homerus vocat, suoque Mercurio tribuit. iv. 176. τῶν αἱ γυναῖκες περισφύρια δερμάτων πολλὰ ἐκάστηφορέει. Quorum uxores singulæ multas pelliceas fimbrias, sive fascias, gestant. κατ' ἄνδρα ἕκαστον μιχθέντα περισφύριον περιδέεται. Unaquæque, prout unusquisque vir cum ea congressus est, fimbriam sibi nectit, vel circa talos alligat. ibid.

περισχίζειν. V. H. Quod in vulgatis Græco-lat. Lexicis legitur, sed nullius auctoritate confirmatur. Abscindere. Circumcidere. Circum dividere. ἀπικομένων δὲ ἐς τὸν χῶρον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὠρείη περισχίζεται, ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος. ix. 51. Valla: Quinetiam quum ad eum locum ventum esset, ubi Asopi filia Oeroe divortio aquarum e Cithærone cingitur. Æ. P. Cum autem ad illum locum pervenissent, quem Oeroe Asopi filia divisa circumfluit, e Cithærone fluens. Vel, quem aquarum divortio cingit, flu. &c. Sic enim hæc sunt accipienda, τὸν περισχίζεται, ἀντὶ τοῦ, περὶ ὃν σχίζεται, καὶ σχιζομένη φέρεται. Vel ἀντὶ τοῦ, ὃν περισχίζει, ut Attice passivum pro activo positum dicas. Hoc vero, ἀντὶ τοῦ, σχίζουσα περιῤῥεῖ. i. e. Quem dividens circumfluit. Hujus loci veram interpretationem Herodotus ipse ix. 51. nobis aperte suppeditat his verbis: σχιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα, ὅσον-

περ τρία στάδια, καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐς τωὐτό. οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη. θυγατέρα δὲ ταύτην λέγουσι εἶναι Ἀσωποῦ οἱ ἐπιχώριοι. id est, Fluvius divisus e Cithærone superne [fluens,] deorsum in planitiem fertur, fluenta dirimens alterum ab altero trium ferme stadiorum spatio. Deinde vero in idem [utrumque] commiscet. Nomen vero ei [est] Oeroe. Hanc autem indigenæ Asopi filiam esse dicunt. Vel, Fluvius, qui divisus e Cithærone fertur superne, in planitiem delabitur, fluenta trium fere stadiorum intervallo dirimens alterum ab altero, &c.

περιτάμνειν. Ion. pro com. περιτέμνειν. Circumcidere. Vastare. Circumcidendo, et vastando privare. οἱ Λίβυες γῆν πολλὴν περιταμνόμενοι. Cum Libyes agro multo vastato privarentur. Vel simpliciter, privarentur. iv. 159. quod ex sequentibus patet, τῆς χώρης στερισκόμενοι. Agro privati. ibid.

περιτιθέναι. com. Attribuere. Tribuere. Dare. περιθεῖναι ἄλλῳ τὴν βασιληΐην. Regnum alii attribuere, dare. i. 129. [pro eodem dicitur et περιβαλεῖν. ibid.] τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν περιτίθημι. Libertatem vobis do. iii. 142.

περιτροπή, ῆς, ἡ. V. H. Vicissitudo, qua aliquid per vices, et in orbem fit. Gallice, *Changement de quelque chose qu'on fait tour à tour, chacun à son tour.* τάδε ἐν περιτροπῇ ἐκαρποῦντο. His in orbem fruebantur. His per vices alternatas fruebantur. ii. 168. ἐν περιτροπῇ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι. Uxores Persarum per vices, ac in orbem ad illos accedunt. iii. 69.

περιφάνεια, ἡ. com. Prospectus. πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης ἐστί. Longe lateque regionis illius prospectus circumcirca patet. iv. 24.

περιφερέες ἄνδρες τίνες ἐκαλοῦντο. iv. 33.

περιφέρειν peculiari quodam significatu videtur apud Herodotum esse positum, pro, pertinere ad aliquem. οὔτε με περιφέρει οὐδὲν εἰδέναι τούτων. Nec ad me pertinet quidquam horum scire. vi. 86. §. 2.

περιφερομένου ἐνιαυτοῦ. Valla: Anno circumacto. iv. 72. Hoc loquendi genus vel idem est, vel saltem simile Homerico, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, quod et περιπλομένων ἐνιαυτῶν. Vide Eustath. Virgil. Æn. i. v. 234. Volventibus annis. Alii, Circumvolventibus annis. Vide et A. Gell. lib. iii. cap. 16.

περιφορητὸς, ἡ, ὁν. N. H. Versatilis. Quoquoversus versatilis. sic enim Valla non male vocabulum hoc Latine vertit. Proprie tamen hoc de rebus dicitur, quæ circumferuntur, vel circumaguntur. alias περίακτος, vel περιαγόμενος, et περιφερόμενος, συνωνύμως diceretur. οἰκήματα περιφορητὰ vocat Herodotus Nomadum domos versatiles quoquoversus. Nam familias, et rem familiarem plaustris impositam modo huc, modo illuc versantes circumferebant. iv. 190.

περιχαρὴς, έος, οῦς, ὁ καὶ ἡ. com. Vehementer gaudens. Mirum in modum lætus. ὁ δὲ, περιχαρὴς γενόμενος. ix. 49. Ille vero, mirum in modum lætatus. ix. 109. Idem enim valet ac τὸ περισσῶς χαίρων. Eustat. περὶ προθέσεις αὐτὴ καθ' αὐτὴν, ἀντὶ τοῦ περισσῶς, ἐν τῷ, Καὶ πάντων Τρώων, περὶ δ' αὖ Πριάμοιό γε παίδων. Ἰλιάδ. Φ. v. 105. καὶ μετὰ γενικῆς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, οἷον, περὶ πάντων, ἀντὶ τοῦ περισσότερον πάντων. p. 127, 5. 734, 2. 847, 47. 1882, 8. Sed quum περὶ præpositio suam naturalem sedem mutat, et post voces aliquas ponitur, aut quum vim verbi habet, aut quum adverbialiter sumitur, (ut recte monent Grammatici) παροξυτονεῖται, et acutum in priorem syllabam retrahit, sic, πέρι. πάντων πέρι. pro περὶ πάντων,

de omnibus. Et *πέρι πάντων*, supra omnes. Vide Eustath. in *περὶ γενικῆ πληθυντικῆ*, &c. *πέρι*, pro *περίεστι*, superest. *πέρι*, pro *περισσῶς*, vel *περισσότερον*. Consule et vulgata Græco-latina Lex. *περιχαρὴς* (*περίλυπος*.) Marcus Evangelista cap. 13. versu 34. *περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*. Non. Mar. apud Latinos præpositionem Super eodem modo sæpe sumi tradit pro valde, vehementer. Virgil. Æn. i. v. 29. His accensa super.

περιψιλοῦν. V. H. Circumcirca nudare, spoliare. *τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας*. ix. 83. Cum cadavera carne undique nudata fuissent.

Περσέα. Persea. viii. 108, 109. Si codex mendo caret, *καινοπρεπέστερον* dictum fuerit, a recto Περσεὺς, *έος*, *ὁ*. pro frequentiori Πέρσεα, Ion. a com. Πέρσην, rejecto *ν*, et dissoluto *η* in *εα*, a nominativo Πέρσης. Vide *εα* terminat. accusat. singul. nom. 1. declinat. simpl. ut Ξέρξεα, pro Ξέρξην. viii. 113, 114.

πέτεσθαι. Ion. et Att. pro com. *πέτασθαι*, καὶ *ἵπτασθαι*. Volare. ii. 95.

πεύθεσθαι. Ion. et poet. pro com. *πυνθάνεσθαι*. Sciscitari. Quærere. Audire. *τὴν ἔτι πρὸς ἐμεῦ βασιλεὺς πεύσεται*. ix. 58. *τὴν*, sub. *γνώμην*. Valla: Quam sententiam rex antea aliunde, quam ex me audiet. Æm. P. Quam [sententiam] etiam [ipse] rex ex me audiet.

πηκτίδες, *αἱ*. Fides, fidium. Vel musicum instrumentum, quod chordarum ope nititur, de quo Suidas. Vide et Athenæum, lib. 4. 92, 4. p. 182. F. ed. Casaub. et libr. 14. 315, 15. 16. p. 635. C. ubi dicitur post alia multa, *πηκτὶς δὲ καὶ μάγαδις ταὐτόν*. i. 17.

πημαίνειν. Ion. et poet. pro com. *βλάπτειν*, καὶ *δηοῦν*. Lædere. Vastare. *οὔτε ἐπήμαινε, οὔτε ἐσίνετο γῆν τὴν Ἀττικήν*. ix. 13. Nec vastabat, nec lædebat agrum Atticum.

πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται. Quid hoc significet, vide i. 68.

πησόμενος, *η*, *ον*. Verbum Herodoteum. ix. 37. Passurus, a, um. ab inusitato *πήθω*. *μ*. *πήσω*. unde aor. 2. act. *ἔπαθον*. Hinc Latinum patior. Sed pro futuro *πήσομαι* Grammatici docent *πείσομαι* per *ει* diphthongum dici, mutato *η* in *ει*. Aristot. Rhetor. lib. 2. cap. 6. §. 5. *μηδὲν ἂν παθεῖν, μηδὲ πείσεσθαι, ἢ κατορθώσειν οἴονται*. Idem eodem lib. cap. 6. *πεπονθότες, ἢ πεισόμενοι τὰ τοιαῦτα*. Et Demosth. Olynth. 3. *πεισώμεθα* usurpat pro patiemur. Sed ibi fortasse *πεισόμεθα* per *ο* scribendum est hoc verbum, nisi dicas esse subjunctivum aor. 1. med. quod parum probabile. Sed quum *πείσομαι* significat parebo, vel credam, tunc a *πείθομαι* deducitur.

πηχυαῖος, *ου*. *ὁ*. com. Cubitalis. Qui cubiti magnitudinem habet. Cubitali magnitudine præditus, viii. 55.

πιάζειν. Ion. et poet. quinetiam com. Prehendere. Injecta manu comprehendere. Corripere. *παρὰ τὸ πιέειν, πιᾶν*. Unde vocabulum Italicum, *Pigliar*, et *Pigliare*. et Longobardicum *Piar*, quod ad Græcum propius accedit, verso tantum *ν* finali in r. Vexare. Premere. *πολέμῳ πιασθέντας ὑπὸ τῶν Μασαγετέων*. A Masagetis bello vexatos, vel pressos. iv. 11.

πιέζειν. com. Premere. Urgere. Affligere. Vexare. *πρὸς τὴν πιεζομένην μάλιστα τῶν μοιρέων ἰέναι*. ix. 60. Ad partem, quæ [ab hoste] maxime premitur, ire. *πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων*. ix. 61. Cum Spartani [ab hoste] premerentur.

πιθηκοφαγέειν, *εῖν*. V. H. Simias edere. Simiis vesci. iv. 194.

πικραίνειν. com. Exacerbare. Sævum reddere. *Πέρσαι προσεμπικρα-*

γίεσθαι ἔμελλον τοῖσι Σαμίοισι. Futurum erat ut Persæ in Samios exacerbarentur, ac sævirent. iii. 146. προσεμπικρανέεσθαι autem est fut. 1. med. pro com. προσεμπικρανεῖσθαι. Ἱππίεω ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι. Hippia in Athenienses exacerbato, vel sæviente. v. 62.

πίνειν. com. Bibere. ἐκ τῆς χειρὸς δίδοῖ ποιεῖν, καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς τοῦ ἑτέρου πίνει. iv. 172. Valla: De manu alterius uterque, sumto invicem poculo, bibit. Sed hoc verba sonant, Manu dat bibere, et ipse ex alterius manu bibit. Sensus. Alter quidem alteri potum manu præbet, alter vero ex alterius manu, poculo accepto, bibit. In Stephani codice vitiose ποιεῖν, pro πιεῖν scribitur. At illud πίνει sequens correctionem indicat.

πίπτειν. com. Sic etiam Latine Cadere, pro ἀποβαίνειν, evadere. Exitum, eventum aliquem habere. καραδοκήσοντα τὴν μάχην, ἢ πεσέεται. vii. 163. Exspectaturum quonam pugna casura esset, quem exitum esset habitura. καραδοκέοντες τὸν πόλεμον, ἢ πεσέεται. ἀντὶ τοῦ, καραδοκέοντες ἢ ὁ πόλεμος πεσέεται. Sic etiam supra locus accipiendus. vii. 168. πεσέεται vero Ionice pro com. πεσεῖται. ὠτακούσεσθαι ὅκη πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα. viii. 130. Subauscultabant quonam res Mardonii casuræ essent. ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων. ix. 67. Ab Atheniensibus [cæsi] ceciderunt. Sic et Ovid. in Epistola Deianiræ ad Herculem, Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat. Et Metam. lib. v. ver. 192. A tanto cecidisse viro.

πισάγας, α, ὁ. Nomen Persicum, quod Leprosum significat. ἀποδιδράσκει, ὑποκριθεὶς τὸν πισάγαν. πισάγας δὲ λέγεται παρὰ Πέρσαις ὁ λεπρὸς, καὶ ἔστι πᾶσιν ἀπρόσιτος. Ctes. Pers. 40. Aufugit, simulans se esse Pisagan. Pisagas vero apud Persas vocatur leprosus, et omnibus est inaccessus. id est, nec ullus ad eum accedere audet, Vel, ad quem nemini licet accedere.

πίστις, καὶ πιστὰ πῶς παρὰ τοῖς Ἀραβίοις ποιῶνται. Quomodo fides detur et accipiatur apud Arabios, et quomodo fœdus percutiant. iii. 8.

πίστιν καὶ ὅρκια ποιεῖσθαι συμμαχίης πέρι πρός τινα. Herodotea locutio. Fide data de belli societate fœdus cum aliquo facere. οἱ Σάμιοι πίστιν τε καὶ ὅρκια ἐποιεῦντο συμμαχίης πέρι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ix. 92. Samii data fide de bello societate fœdus cum Græcis fecerunt.

πίσυνος. Ion. et poet. pro com. πειθόμενος, vel πεποιθώς. Fretus. χρησμῷ πίσυνος. Oraculo fretus. i. 66. τῷ χρηστηρίῳ πίσυνος. idem. i. 73. τῷ πίσυνος. Quo fretus. v. 92. §. 5. vii. 10. θεοῖσι συμμάχοισι πίσυνοι. viii. 143. Diis sociis freti.

Πιτανήτης λόχος. ix. 53. Cohors Pitanete, vel Pitanea, quam Herod. ibid. τὸν Πιτανητέων λόχον appellat.

πίτυος τρόπον ἐκτρίβειν τινά. Pini in morem aliquem exterere. vi. 37. Quid sibi velit hoc loquendi proverbiale genus ipsemet Herodotus his verbis docet. ὅτι πίτυς μούνη δενδρέων πάντων ἐκκοπεῖσα, βλαστὸν οὐδένα μετίει, ἄλλα πανωλέθρως ἐξαπόλλυται. ibid. Quia pinus sola omnium arborum excisa germen nullum remittit, sed omnino perit.

πίτυος καρπὸς, ὃν δὴ μετεξέτεροι στρόβιλον, οἱ δὲ κῶνον καλέουσιν. V. Hom. 20. Pini fructus, quem alii στρόβιλον, alii κῶνον appellant.

Πίτυς. Locus ita vocatus. ἀπίκετο ἐς τὸ χωρίον, ὃ Πίτυς καλεῖται. ibid. Pervenit in locum qui Pitys, i. e. Pinus, vocatur. Vide sequentia Herodoti verba.

πλέειν. com. Navigare. fut. πλεύσω, et medium πλεύσομαι. ἀπο-

πλεύσεσθαι. iv. 147. συμπλεύσεσθαι. iv. 149.

πλεοναστικός ὀνομάτων, ἢ μετοχῶν, non solum Atticis, at et Ionibus familiaris. ἔφη λέγων. iii. 156. ἐπισκήπτειν κελεύοντας. iv. 33. πλήθεϊ πολλάς. pro simplici πολλάς. Vel nomen πλῆθος magnitudinem numeri auget. vi. 44. μεγάθεϊ ὑπερμήκεα. vii. 128. μεγαθεϊ μέγιστον. vii. 117.

πλεονέκτης, ου, ὁ. com. Pluris habendi cupidus. Avarus. Insolens. Superbus. λόγον ἔχοντες πλεονέκτην. Insolentem orationem habentes. vii. 158.

πλεονεξίη, ης, ἡ. Ion. pro com. πλεονεξία, ας. Insolentia. Superbia, quæ facit ut quis velit habere plus, quam alii. Pluris habendi cupiditas. Avaritia. οἱ Ἀργεῖοι φασὶ οὐκ ἀνασχέσθαι τῶν Σπαρτιητέων τὴν πλεονεξίην. vii. 149. Argivi dixerunt se non toleraturos Spartanorum superbiam, vel insolentiam.

πλέος, η, ον. Ion. pro com. ἔμπλεος. μεστὸς, πλήρης. Plenus. i. 178. ὕδατος πλέη τάφρος. Fossa aquæ plena. βίκους οἴνου πλέους. Dolia vini plena. i. 194. πάντα ἰητρῶν ἐστι πλέα. Omnia sunt plena medicorum. ii. 84, 93. πτερῶν γῆν πλέον. Terram pennarum plenam. iv. 7, 31. τῶν πτερῶν ἀναπλέων dicit συνωνύμως. πλέη δενδρέων. iv. 76.

πλεῖν. Ion. pro com. πλέον. Plus. Amplius. ii. 19. iii. 52. ix. 41.

πλεῦνα, pro πλέονα. in accus. sing. πλεῦνα χρόνον. ix. 111.

πλεῦνας. Ion. accus. plur. pro. com. πλέονας, καὶ πλείονας, et Att. πλείους. i. 1. πλεῦνες, pro πλέονες. i. 82. πλεῦνος, pro πλέονος. i. 97. πλεῦνας. i. 106, 135, 145. πλεῦνες. i. 193, 199. πλεῦνος, pro πλέονος. i. 202. iii. 40. πλεῦνας, pro πλέονας, πλείους. i. 211. iii. 71. πλεῦνες, pro πλέονες. ii. 63. iii. 120. vii. 83, 102, 103, 149. πλεῦνας. ix. 31, 41.

πλεῦνες, οἱ. Ion. pro com. πλέονες, et Att. πλείους. Plures. Interdum accipitur pro eo, quod συνωνύμως dicitur οἱ πολλοὶ, τὸ πλῆθος, ὁ δῆμος. Quod hinc potest colligi. τὸ πρῆγμα ἐς πλεῦνας ἀναφέρειν. Rem ad plures, i. e. ad populum, vel ad plebem, [cujus ordo longe major ubique solet esse, quam nobilium, optimatum, ac ordinis Senatorii,] rem (inquam) referre. iii. 71. vii. 149. πλεῦνες. viii. 42, 130.

πλεύνων. Ion. pro com. πλεόνων. νηῶν πλεύνων. vii. 160. Navium plurium. γινομένων πλεύνων. ix. 38. Cum plures fierent. i. e. Crescente eorum numero.

πλεύνως. Ion. et poet. pro com. πλεόνως. Plus. Plusculum. Vel, Admodum. Valde. Copiose. πλεύνως οἰνωμένοι. Valla: Plusculo vino temulenti. v. 18. Sed fortasse melius, si dicas, præter modum temulenti, Vel, præter modum vino repleti.

πλέω. Ion. et poet. pro com. πλείονα, πλείω. Plura. iv. 62. vi. 98. vii. 70. viii. 79.

πλέω. Ion. et Attice in accus. singul. 3. declin. simp. pro com. πλέονα. τὸν στρατὸν πλέω. Majorem exercitus partem. vi. 28, 81.

πληγέντες μεγάλως. viii. 130. Magnopere percussi. i. e. Accepta magna clade.

πλήθειν. Ion. et poet. pro com. πληροῦν. Implere. τὸ προάστειον πᾶν ὀφίων ἐνεπλήσθη. Totum suburbium serpentibus est repletum. i. 78. ἁμαρτάδα ἐξέπλησε. Peccatum implevit. pro peccati commissi pœnas luit. i. 91. πλῆσαι τὴν πόλιν. Urbem implere. i. 107. καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον. Quum totam navem stipula replerunt. i. 194. φορτίων πλήσαντες. ibid. τὸν νόμον ἐκπλῆσαι. Legem, vel morem explere. Facere, quod lex, vel mos aliquis, fert. i. 199. πλήσαντα τοῦ γάλακτος. ii. 2. πλήσαντες θυμιημάτων. ii. 86. ἐπεὰν πλή-

σωνται ἀλείφατος. Postquam implerunt unguento. ii. 87. bis. ὁλκάδα πλήσας ἀγαθῶν παντοίων. iii. 135. τὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος ἐμπλησαμένη. Cum vas aqua replevisset. v. 12.

πλῆθος, τό. com. Numerus. Multitudo. Paucitas. Κροῖσος μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωϋτοῦ στράτευμα. Croesus cum propter paucitatem de suis copiis conquestus fuisset. Cum suarum copiarum paucitatem causatus fuisset. i. 77. Hoc patet ex sequentibus. ἦν γάρ οἱ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων, ἢ ὁ Κύρου. Erat enim ipsius exercitus, qui [cum Cyro] conflixerat, longe minor, quam exercitus Cyri. Sed quum paucitatem τὸ πλῆθος significat, tunc ἔλλειψις est. Subauditur enim ad locutionem absolvendam, μικρόν. Quid autem aliud est μικρὸν πλῆθος, quam exiguus numerus, parva multitudo, paucitas? Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθεϊ. ix. 73. Tyndaridæ cum exercitus multitudine, [id est, cum magnis copiis,] in agrum Atticum irruperunt.

πλῆθος. Hoc nomen in oratione modo redundat, modo numeri magnitudinem auget. πλήθεϊ πολλὰς νεῶν. ἀντὶ τοῦ, πολλὰς νέας. vel, πάνυ, sive κάρτα πολλὰς νέας. vi. 44.

πληθύειν. com. Plenum esse. Abundare. Multum esse. ὁ Νεῖλος ἐπεὰν πληθύῃ. Cum Nilus auctus creverit. ii. 19. τὸν ποταμὸν πληθύειν. Fluvium inflatum labi. ii. 20. ἀγορῆς πληθυούσης. Quum forum est frequentissimum. iv. 181. Vide Πληθώρη.

πληθύεσθαι idem ac πληθύειν. Plenum esse. Abundare. Exundare. ἐπεὰν πληθύεσθαι ἄρχηται ὁ Νεῖλος. Postquam Nilus plenus esse, vel abundare, cœperit. ii. 93. Vide Πληθώρα apud Suidam, apud quem fortasse quis conjiciat ex hoc Herodoti loco legendum Πληθύεται ὁ Νεῖλος. ἤγουν πληθύνεται. Videtur enim Suidas hunc locum significare voluisse. Quamobrem ex his verbis πληθύεσθαι ἀρχηται, per imprudentiam librariorum πληθωρεῖται conflatum dicemus: vel alius auctor, aliusque locus est intelligendus, ubi sic legitur: sed quamvis πληθωρέομαι, οὖμαι, reperiatur in vulgatis Lexicis, et vertatur, Inundo, nullius tamen scriptoris auctoritate confirmatur. Unde fit, ut verbum hoc jure nobis suspectum videatur. Nihil tamen muto.

πληθώρη, ης, ἡ. Ion. pro com. πληθώρα. Satietas, qua fit ut quis expleatur rebus aliquibus. vii. 49. εὐπειθίης οὐκ ἔστι οὐδεμίη πληθώρη. Rerum feliciter gerendarum nulla est satietas. Alias, Felicitatis nulla satietas est. Felicitate nullus unquam repleri satiarique potest.

πληθώρη, ης, ἡ. Ion. pro com. πληθώρα, ας. Verbum Medicis familiare, quod æqualem omnium humorum in humano corpore copiam, ac abundantiam, et nimiam plenitudinem significat. Qua de re Galenus. At apud Herodotum sumitur pro hominum magna frequentia, qua locus aliquis repletur. ἐς ἀγορῆς καὶ μάλιστα πληθώρην. vii. 223. pro ἐς μεγίστην ἀγορῆς πληθώρην. v. s. Ad maximam, sive circa maximam fori plenitudinem. id est, Circa tempus illud, quo forum maxima hominum frequentia refertum, sive plenum, est. Quo tempore forum hominibus est frequentissimum. Vide Suidam in πλήθουσα ἀγορά. Supra iv. 181. πληθυούσης ἀγορῆς. Vide Πληθύειν.

πλήρης, ὁ καὶ ἡ. Ion. poet. et com. pro quo alias ἔμπλεος, et μεστός. Plenus. ii. 92, 93. πλήρεες. vii. 146.

πληροφορεῖν. Implere. Replere. πολ-

λοῖς λόγοις, καὶ ὅρκοις, πληροφορήσαντες Μεγάβυζον. Ctesias Pers. 38. Cum multis verbis, et juramentis, Megabyzum replevissent. Vide vulgata Græco-lat. Lexica.

πλησιαιτέρω. Ion. adverbium, pro com. ἐγγύτερον. Propius. iv. 112.

πλησίος, ὁ. com. ὁ πέλας. Vicinus. τοῖσι πλησίοισι. vii. 152.

πλησιόχωρος, ὁ καὶ ἡ. com. Vicinus. Alicujus agro vicinus. iv. 30, 33, 102, 118.

πλήσσεσθαι. com. Percuti. Plagam, vel cladem accipere. Μιλήσιοι μάλιστα ἐπλήγησαν. Milesii gravissimam cladem acceperunt. v. 120.

πλίνθος, ου, ἡ. com. Later, is. Lateres. Gallice, *Briques*. πλίνθους ἱκανὰς [ἐκ τοῦ ὀρύγματος] ἑλκύσαντες. Cum satis laterum [ex fossa] extraxissent. i. 179.

πλινθεύειν. Lateres formare. τὴν γῆν ἐπλίνθευον. Lateres ex terra ducebant, formabant. i. 179.

πλόκαμος, ου, ὁ. com. Crinis longus. Cincinnus. Cæsaries. Coma. iv. 34.

πλοῦς, οῦ, ὁ. com. ἀντὶ τοῦ εὔπλοια. Secunda navigatio. ὁ πλοῦς ὑμῖν ἔσται. V. Hom. 19. Navigatio secunda vobis erit. Hoc autem vocabulum ita nunc accipiendum, ex præcedentibus Herodoti verbis patet. Vide.

πλώειν. Ion. et poet. pro com. πλεῖν. Navigare. viii. 23. καταπλώσαντας. i. 2. συνεκπλωσαι. i. 5. πλῶσαι. i. 24. iv. 148, 156. ἐκπλώσας. i. 29. ἐπιπλώσαντες νηυσὶ μακρῇσι. Cum longis navibus adversus [eos] navigassent. i. 70. ὀπίσω ἀναπλῶσαι. Navigio redire. i. 78. διεκπλῶσαι. Navigio transire. ii. 29. διεκπλώσας. ibid. ἐκπλώσαντες. ii. 44. ἐκπλώουσι. ii. 93. ἀναπλώουσι. ibid. ἐκπλώοντες. ibid. ἀναπλώοντες. ibid. καταπλώουσι ἐς θάλασσαν, καὶ ἀναπλώοντες. ibid. In hac pag. verbum πλώειν de piscibus dicitur, qui in aquis natant, ac natatu feruntur. ἀναπλώσας. ii. 119. ἐκπλώσαντας. ii. 152. περιπλώοντες. iv. 42. περιέπλωσε Λιβύην. iv. 43. περιπλώειν. iv. 43. v. 108. διεκπλώσας. iv. 43. περιπλῶσαι. iv. 43, 44, 179. vi. 115, 116. διεκπλώσας, iv. 89. ἀναπλώσας. ibid. παραπέπλωκε. iv. 99, &c. προσπλώειν. Adnavigare. Contra navigare. viii. 6. ἐπιπλώειν τινί. Adversus aliquem navigare. viii. 9, 10. αὐτοὶ ἐπανέπλωον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. viii. 9. Ipsi adversus barbaros navigarunt.

πλωεύσας, pro πλωούσας, a πλωέω, ῶ, quod a πλώω. Ion, et poet. pro com. πλεούσας. [Naves] navigantes. viii. 10. περιπλώειν Εὔβοιαν. viii. 13. ἀπέπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. viii. 14, 25. ἀποπλώειν. viii. 74. ἐκπλῶσαι. viii. 81. Navigio evadere ex aliquo loco.

πλωεύσας. Vide πλώειν.

πλωτὸς, ἡ, όν. Ion. et poet. Natans in aquis. νῆσος πλωτή. Insula in mari natans. ii. 156. [πλέουσα dicitur. ibid.] ποταμὸς προσπλωτός. Fluvius navigabilis. iv. 47, 71.

ποδαβρὸς, ὁ. Ion. et poet. Pedibus delicatis, mollibusque præditus. i. 55.

πόδα. ξύλινον προσποιησάμενος. ix. 37. Vide προσποιεῖσθαι.

ποδανιπτὴρ, ῆρος, ὁ. Pelvis. ii. 172. ἦν δὲ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τοὺς πόδας ἐναπενιζέατο, τουτέστιν ἐναπενίζοντο. Erat autem vas, in quo [convivæ, ceterique] pedes abluebant. ibid. ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος, ἐς τὸν [ἔφη] πρότερον τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμεῖν τε, καὶ ἐνουρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι. ibid. τῷ ποδανιπτῆρι. ibid.

ποδαπὸς, ἡ, όν. com. Cujas. Ex qua regione, q. d. ἐκ ποίας δᾶς, ἤγουν γῆς. Ex quali terra. Ex qua regione. Nomen interrogationi serviens. εἰρωτέωντος τοῦ Δαρείου ποδαπὴ εἴη. Quærente Dario cujas esset. v. 13.

ποδεὼν, ῶνος, ὁ. In utribus vocatur

pediculus e pellibus dependens, qua liquor infunditur, et effunditur, soluto funiculo, vinculoque, quod utres claudit, ac obturat. τῶν ἀσκῶν ποδεῶνας ἀπαμμένους λύειν. Pendentes utrium pediculos solvere. ii. 121. § 4. Euripides in Medea πόδας appellat, pagin. ex Plantini typis, 169. (v. 676. ed. Glasg. 1821.) Μήδ. τί δῆτ' ἔχρησε, λέξον, εἰ θέμις κλύειν. Αἰ. ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λύσαι πόδα. M.I. Quid vero [Deus] respondit, dic, si fas [est me hoc] audire. Æ. [Vetuit] ne ego prominentem utris pedem solverem.

ποδεών, ῶνος, ὁ. μεταφορικῶς apud Herodotum accipitur pro rei alicujus figura in angustum desinente, idque ad humani pedis similitudinem. τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ καταπείνει. viii. 31. Agri enim Dorici podeon, sive tractus angustus, hac in parte extenditur. Valla vocem Græcam et ipse retinet. Alii tractum, alii aditum vertunt. Suidas, Ποδεῶνας, εἶδος γεωργικόν. καὶ τρηχοὺς ποδεῶνας ὁ γατόμος ἄνθετο Δηοί Πάρμις, ἀνιηρῶν παυσάμενος καμάτων. Aristoph. Comment. in Vespis, v. 670. ἀργέλοφοι (inquit) τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι. Sed hoc Aristophanis exemplum ad Herodoti locum facere nihil videtur. Sunt etiam qui Prominentiam interpretentur. Sed nullum horum vocabulorum ipsam vocis Græcæ vim satis declarat. Quare cum Valla vocem Græcam retinere præstat, donec aliquod Latinum vocabulum his commodius inveniamus. Quamvis enim Pes apud Latinos accipiatur etiam pro mensura, qua terras metimur, quæ quatuor minores palmos, hoc est 16 digitos continet, hic tamen Pes, nisi καταχρηστικώτερον, καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ κατ' ἀναλογίαν, rem intelligas, commode locum habere non potest. Theocritus Idyllio vigesimo sec. v. 52. ποδεῶνας vocat pellis leoninæ pedes, αὐτὰρ ὑπὲρ κώτοιο, καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.

ποδηνεκής, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Togæ, pallii, tunicæque ad pedes usque pertingentis. χιθῶνι ποδηνεκεῖ. Tunica ad pedes usque pertingente. i. 195.

πόθος, ὁ. Poet. quinetiam com. Desiderium. ὑπὲρ ἡμίσεας τῶν ἀστῶν ἔλαβε πόθος τε, καὶ οἶκτος τῆς πόλιος, καὶ τῶν ἠθέων τῆς χώρης. Lat. interpres parum fideliter hunc locum vertit. Plusquam medietatem desiderium cepit ingens paterni soli, morumque Phocensium. i. 165. Sed ita locus est vertendus, Plusquam dimidiam civium partem cepit desiderium, et commiseratio urbis, et assuetarum illius regionis sedium, vel, et illius regionis domicilii sibi noti, et in quo habitare consueverant. ἀποθανόντος πόθον ἔχειν. Defuncti desiderio teneri. iii. 67.

ποιεῖν. Poetis tributum, ut canere Latine de iisdem dicitur. ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι. Recte mihi videtur Pindarus cecinisse, qui dixit, Morem esse omnium regem. iii. 38.

ποιέειν. Ion. et Attice pro ποιεῖσθαι positum videtur apud Herodotum. ix. 99. Τούτους μὲν Ἰώνων, τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι, τρόποισι τοιούτοισι προεφυλάσσοντο οἱ Πέρσαι. Valla: Hunc in modum ab iis Ionibus, qui aliquid rerum novarum molituri videbantur, si facultatem nacti essent, Persæ sibi præcaverunt. Æ. P. Sensus a Valla fideliter est expressus: at verba non satis fideliter explicantur, propter loquendi genus obscurum, quod aliis verbis dilucidioribus alias ita enuntiaretur, τοῖσι καὶ, ἀντὶ τοῦ, οἷς καὶ, τουτέστιν ὑφ' ὧν καὶ κατεδόκεον

νεοχμὸν ἄντι ποιέεσθαι, ἤγουν ποιηθήσεσθαι. Ac illos quidem Iones, a quibus aliquid novi factum iri putabant, facultatem nactis, his rationibus Persæ præcaverunt. Vel, a quibus facultatem nactis aliquid novi factum iri putabant, &c. id est, quos aliquid rerum novarum molituros arbitrabantur, si facultatem nacti fuissent, hoc modo præcaverunt, vel mature caverunt. Vide τοῖσι καὶ κατεδόκεον.

ποιεῖν ἱρά. Herodotea, et poet. locutio, pro com. ἱερὰ ποιεῖσθαι. Sacra facere. ποιήσαντες ἱρά. Cum sacra fecissent. ix. 19.

ποιεῖν ἔξω. Herodotea locutio, pro com. ἔξω τιθέναι. Extra ponere. ἔξω μὲν τὴν κεφαλὴν ποιεῦντας, ἔσω δὲ τὸ σῶμα. Caput quidem extra [navem] ponentes, corpus vero [reliquum,] intra [navem statuentes.] v. 33.

ποιεῖν cum gemino accusativo Ion. et Attice. μεγάλα κακὰ ἐποίησαν Αἰγινήτας. Magnis maleficiis Æginetas affecerunt. iii. 59. ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας πεποιήκοι. Recensuit quot beneficiis Cyrus Persas affecisset. iii. 75.

ποιεῖσθαι. νομίζειν. κρίνειν. Existimare. Judicare. ὁ δὲ δεινόν τε, καὶ ἀνάρσιον ἐποιέετο, γυναῖκα ἀναιτίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τούτου παραδοῦναι. ix. 110. Ille vero rem atrocem, ac indignam, [minimeque ferendam] judicabat, mulierem hujus negotii culpa carentem tradere.

ποιεῖσθαι. com. Facere. Ducere. Putare. Existimare. ἐν ἀδείῃ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν. ix. 42. Herodotea locutio. Haud tutum existimantibus loqui. Vel, Quia libere dicere quod sentiebant, metu periculoque carere non putabant. περὶ πολλοῦ ποιεόμενος αὐτούς. Ipsos multi faciens. i. 73. συμφορὴν ποιησάμενοι μεγάλην. Id magnam calamitatem ducentes. Hoc magnæ calamitati tribuentes. i. 83. οὐκ ἐν ἐλαφρῷ ἐποιεύμην. Rem non leviter ferebam. Rem non levem esse ducebam, ac proinde non leviter eam ferebam. i. 118. μεγάλα ποιησάμενος. Magni faciens, quod, &c. i. 119. ἑωυτοῦ ποιέεται τὸ Κύρου ἔργον. Cyri facinus suum facit, i. e. sibi vendicat, ac attribuit. i. 129. ἀγώνισμα τοῦτο μέγα ποιεῦνται. Hoc in magni præclarique facinoris loco ponunt. Hoc magnæ virtuti laudique tribuunt. At interpres Lat. vertit, Hoc palmarii loco ducunt. Quæ versio vim Græcorum verborum non satis explicat. Vide ἀγώνισμα. i. 140. συμφορὴν μεγάλην ἐποιήσαντο. Magnam calamitatem duxerunt. iv. 79.

ποιεῖσθαι variis modis apud Herodotum eleganter sumtum. ἐποιέετο στρατηίην ἐπὶ Κᾶρας. Expeditionem adversus Caras suscepit. i. 171. πένθος ποιεῖσθαι. Lugere. Deflere. ii. 1. ποιεῖσθαι στρατηλασίην ἐπί τινας. Expeditionem adversus aliquem facere. Copias adversus aliquem ducere. ibid. ὁδοιπορίην ποιεῖσθαι. Iter facere. ii. 29. μέγα ποιεύμενος ταῦτα. Hæc magni faciens. Hæc valde æstimans. iii. 42. ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ [αὐτοὺς] ποιεύμενος εἶχε, pro ἐποιεῖτο. Eos in mancipiorum loco habebat, ac ut mancipia tractabat. iii. 125. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. Multi facere. iii. 154. πρόσχολὴν ποιεῖσθαι, pro προσχάλλειν. Oppugnare. iii. 158. τινὸς μνήμην ποιεῖσθαι. Alicujus mentionem facere. iv. 16. πρόσχολὰς ἐποιέοντο. iv. 128. Incursiones faciebant. σκῆψιν ποιεῖσθαι, pro σκήπτεσθαι. Simulare. Prætexere aliquid. v. 30. σπουδὴν ποιεῖσθαι. Studium adhibere. Sedulam operam dare. ibid. φίλα ποιέεσθαι τῇσι πόλισι. Civitatibus res gratas facere. Gratificari. v. 37.

ποιεῖσθαι λῃΐην. λῃΐζεσθαι. Prædari. i. 161. λῃΐην ποιεύμενος τῷ στρατῷ. Latin. interpres hunc locum male

vertit, frumentationem militibus faciens. At Stephanus in margine versionem vulgata longe deteriorem notavit: Illo in prædam suis militibus exposito. Vertendum enim, Exercitu, i. e. cum suis copiis, prædam faciens, totam Mæandri planitiem diripiens, populans. Quod enim Herod. λῃΐην ποιεῖσθαι dicit, id Cic. in Verr. l. 3. § 50. ed. Ern. prædam facere dicit. Μασσαγέτας ὑπ' ἑωυτὸν ποιήσασθαι. Massagetas in suam potestatem redigere. i. 201. ποιεῖσθαι τὴν ζόην ἀπὸ κριθέων. Hordeo victitare. ii. 36. οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι. Nefas esse puto. ii. 86, 170. τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ποιεῖσθαι, ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. Res divinas antiquiores habere, quam humanas. Sic enim Cicero passim loquitur, quod loquendi genus hoc ipsum feliciter exprimit. v. 63. ἀσπαστόν τι ποιεῖσθαι. Aliquid gratum habere, ducere. Voluptatem ex aliqua re percipere. v. 98. ποιεῖσθαι πάσας τὰς πόλιας ὑπ' ἑωυτῷ. In suam potestatem omnes urbes redigere. v. 103. ποιεῖσθαι τὸ κελευόμενον. Imperata facere. vi. 12. ποιεῖσθαι καταστροφὴν τινῶν. ἀντὶ τοῦ καταστρέψασθαι τινάς. Aliquos subigere. In nostram potestatem aliquos redigere. vi. 27. πρῆγμα οὐδὲν ἐποιήσαντο. Rem nihili fecerunt. vi. 63. τὸν πλόον ποιεῖσθαι. πλεῖν. Navigare. vi. 95. βουλὴν ποιεῖσθαι. Consultare. Statuere. In animo habere. βουλὴν οὐκ ἐποιεῦντο μαχέσασθαι. Pugnare non habebant in animo. Vel, Pugnare non statuerant. vi. 101. περὶ πολλοῦ ἐποιεῦντο λαβεῖν μιν. Multi faciebant ipsum capere. vi. 104. ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαί τι. Rei alicujus nullam habere rationem. vii. 14, 57. τῶν λόγων οὐδένα ποιησάμενος. Horum nulla ratione habita. vii. 58. τῆς στρατιῆς ἀριθμὸν ποιεῖσθαι, pro τὴν στρατιὴν ἀριθμεῖν, ἐξετάζειν. Exercitum numerare. Copias recensere. Copias lustrare. vii. 59. τῆς μάλιστα θώϋμα ποιεῦμαι. vii. 99. Quam maxime admiror. οὐκ ἐποιήσατο ὀργὴν οὐδεμίην, pro οὐδαμῶς ὠργίσατο. vii. 105. Nullo modo iratus est. Δι' ὧν τῆς χώρης ὁδὸν ἐποιέετο. Per quorum agrum iter faciebat. vii. 110. παρ' αὐτὰ τὰ τείχεα τὴν ὁδὸν ἐποιέετο. Juxta muros ipsos iter faciebat. vii. 112, 121. τοῦπερ λόγον ἐποιεύμην. vii. 113. Cujus mentionem feci. συμφορὴν ποιεῖσθαι μεγάλην. vii. 117. Aliquid ingentem calamitatem ducere. Aliquid molestissime ferre, magnæque suæ calamitati, atque jacturæ tribuere. πρῆγμα ποιήσασθαι. Rem confecisse. vii. 150. Sic Vall. Sed jam hoc loquendi genus significat, id quod Galli sua lingua dicerent, *Faire cas de quelque chose. En avoir fait cas.* Lat. rationem rei alicujus habere. Rem aliquam curare. ἐν νόῳ ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ποιήσασθαι. vii. 157. In animo habens totam Græciam in suam potestatem redigere. Δεινὸν, καὶ οὐκ ἀνασχετὸν ποιησάμενος [πρῆγμα.] vii. 163. Rem gravem, [indignam,] nec tolerandam ratus. Διαδέξιόν τι ποιεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ, δεξιόν τι, αἴσιον, εὐτυχές τε νομίζειν. vii. 180. Aliquid dextrum, faustum, fortunatum, et felix existimare. περιποιησαί μιν περὶ πλείστου ἐποιήσαντο. vii. 181. Ipsum conservare plurimi fecerunt. ὅρμον ποιεῖσθαι. pro ὁρμεῖν, et ὁρμίζεσθαι. vii. 193. Stationem in aliquo loco habere. σπουδὴν ἐποιήσατο τούτους παραλαβεῖν. vii. 205. Operam dedit, ut hos assumeret. ἐν ὁμήρων λόγῳ ποιεύμενος σφέας κατεῖχε. vii. 222. Ipsos obsidum loco ducens [apud se] retinebat. πρόσοδον ποιεῖσθαι. προσέρχεσθαι. Accedere. vii. 223. Μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα. viii. 3. Magni facientes Græciæ salutem. περὶ τῆς

ἡγεμονίης τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι. ibid. De principatu contendere. τῶν νεῶν ποιεῖσθαι τὸν ἀριθμὸν, pro τὰς νέας ἀριθμεῖν. viii. 7, 8. bis. τινὸς ἀπόπειραν ποιεῖσθαι. viii. 9. Alicujus periculum facere. Gallice, *Faire essai de quelqu'un. Essayer, éprouver quelqu'un.* Vide διάπειρα, et ἀποπειρᾶσθαι, δεινὸν χρῆμα ἐποιέοντο. viii. 16. Rem gravem, atrocem, indignam, intolerabilem, judicabant. ἐς ἀναξολὰς ἐποιέοντο τὴν ἀποχώρησιν. viii. 21. Discessum in aliud tempus distulerunt. Vel, in longum temp. dist. οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς. viii. 26. Non de pecunia, sed de virtute contendunt. βουλὴν ποιεῖσθαι. viii. 40. quod unico verbo βουλεύεσθαι dicitur ibid. περὶ πλείστου ποιευμένους [ταύτην] περιεῖναι. ibid. Plurimi facientes [hanc] superstitem, [et incolumem] esse, [vel servari. Hujus salutem plurimi facientes.] &c.

ποιεῖσθαι ἐς τὸ συμμαχικόν. Herodotea locutio, pro qua diceretur alias ποιεῖσθαι συμμάχους. i. e. Socios facere. Vel, ἐς τὴν συμμαχίαν δέχεσθαι. In societatem recipere. τοὺς ἄλλους ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο. ix. 106. Ceteros in societatem receperunt.

ποιηφαγεῖν. Ion. et poet. Herbas comedere. iii. 25. ποιηφαγέουσι. iii. 100.

πολεμιστήριος. pro quo alias πολεμικός. Bellicus. ἵπποι πολεμιστήριοι. Equi bellici. i. 192. πολεμιστήρια ἅρματα. Bellici currus. v. 113.

πόλεων ὀνόματα, ἀντὶ τῆς χώρας, τῆς τῶν πόλεων. Ut, στρατιὴν ἐς Μίλητον ἐσέβαλεν. ἀντὶ τοῦ Μιλησίαν χώραν. Copias in Milesium agrum duxit. Cum copiis in agrum Milesium irrupit. Nisi dicas, Copias adversus Miletum urbem duxit. Sed illud ἐσβάλλειν aliam vim habere videtur, quam τοῦ ἄγειν. i. 14, 15. Significat enim magna celeritate, ac impetu immittere aliquo copias, quemadmodum qui telum jaculantur. Sic ἐς Κλαζομενὰς ἐσέβαλεν. pro ἐς τὴν τῶν Κλαζομενῶν, εἴτε τῶν Κλαζομενίων, χώραν. i. 16. Quod manifeste demonstratur. i. 18. ὁ ἐσβαλὼν τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην τὴν στρατιήν. quod enim, i. 14. dixit obscurius ἐς Μίλητον, id nunc dilucidius explicat, quum dicit, ἐς τὴν Μιλησίην, ubi subauditur χώρην. ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα. pro, ἐς τὴν Ἐλευσινίαν χώραν. v. 74. Δωριέες ἐσέβαλον ἐς Ἀθήνας. ἀντὶ τοῦ, ἐς τὴν Ἀττικήν. v. 76. Vide præcedentia Herodoti verba. ἐσεβεβληκὼς ἐς Μηλιέας. pro, ἐς τὴν τῶν Μηλιέων χώραν. vii. 196. ἐσβαλόντες ἐς τοὺς Φωκέας. viii. 27. pro, ἐς τὴν τῶν Φωκέων χώραν. quod viii. 32. aperte dicitur, ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον. Ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς. pro, ἐς τὴν Βοιωτῶν χώραν. viii. 34. ἐσέβαλον ἐς τὰς Ἀθήνας. pro, εἰς τὴν Ἀθηνῶν χώραν, εἰς τὴν Ἀττικήν. viii. 66. Quamquam hic et urbs ipsa potest intelligi. at ix. 17. συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας accipiendum pro εἰς τὴν Ἀττικήν. Nam (ut patet ix. 13.) Athenæ crematæ fuerant, et omnia earum ædificia solo æquata, et manifesta eorum vestigia fuerant confusa.

πολήων. Ion. gen. plur. pro Attico πόλεων, et Ion. altero πολίων. Urbium. ii. 137.

πολίζειν. com. Urbem condere. Urbes ædificare. Collocare aliquo in loco. ἡ Παιονίη ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πεπολισμένη ἐστί. Pæonia ad Strymonem fluvium suas urbes habet conditas. Vel, Urbibus conditis est sita. Vel simpliciter, Est sita. v. 13. ἐπ' ᾧ πόλις πεπόλισται. Ad quem [fluvium] urbs condita est. v. 52. vii. 59, 108, 199.

πολιήτης, ου. Ion. et poet. pro com. πολίτης, ὁ. Civis. τοῖσι πολιήτῃσι. Civibus. i. 37. πολιήτεω. i. 120. ii. 129, 160, 167. iii. 36. πολιητέων.

iii. 45, 80. iv. 150, v. 7, 92. § 7. vi. 9, 85. ix. 33, 34, &c.

πόλισμα, τος, τό. Ion. poet. Herodoteum vocabulum. Urbs. Oppidum. μεγάλα πολίσματα. Magnæ urbes. i. 178. vi. 6.

πολιτηΐη, ης, ἡ. Ion. pro com. πολιτεία, ας. Civitas. Civitatis jus. πολιτηΐην αἰτεόμενος. ix. 34. Civitatem, vel, civitatis jura petens.

πολιτικὸν, οῦ, τό. Alicujus civitatis institutum. Instituta. εἰ τὸ πολιτικὸν ὑμῖν πᾶν ἐστι τοιοῦτον, οἷον σὺ διαιρέεις. vii. 103. Si omnia vestræ reipub. instituta talia sunt, qualia tu disertissimis verbis dicis.

πολίχνη, ης, ἡ. N. H. et Thucydideum. Urbs. Oppidum. vi. 26. Vel, Oppidulum.

πολλαχῆ. ἀντὶ τοῦ πολλάκις. i. e. Sæpe. i. 42.

πολληπλήσιος. Ion. et poet. pro com. πολλαπλάσιος. iii. 135. iv. 50. Multis partibus major. Copiosior.

πολλὸν cum comparativo Ion. et poet. pro πολλῷ com. πολλὸν ἐλάσσων. Longe minor. i. 77. πολλὸν ἀλκιμότερος. Longe fortior. i. 103.

πολλὸν cum superlativo Ionic. et poet. pro com. πολλῷ. πολλὸν πασέων καλλίστην. Omnium multo, vel longe, formosissimam. i. 8. πολλὸν μέγιστον. i. 93. πολλόν τι κράτιστη. i. 192. ὄνυχας πολλὸν ὀξυτάτους. iii. 108.

πολλός. Ion. poet. et priscum, pro com. πολύς. i. 30, 75, 102, 104, 126, 140. πολλὸν πλῆθος. i. 141, 172. ii. 32. iv. 1, 126. v. 27, &c.

πολλὸς ἐνέκειτο λέγων τοιάδε. vii. 158. Valla: Multus in hac oratione fuit. Steph. His verbis, quibus eos vehementer urgebat, usus est. Æ. P. Vehemens instabat ipsis hæc dicens. Vehementer ipsos urgebat his verbis utens.

πολύγονα ζῶα τίνα, καὶ διὰ τί ὑπὸ τῆς τοῦ θείου προνοίης πεποίηται. iii. 108. (ὀλιγόγονα. ibid.)

πολύγονος, ὁ καὶ ἡ. com. Fœtuosus. Abundans fœtu. iii. 108.

πολυαρκέστατος, η, ον. Copiosissimus. Uberrimus. q. d. Longe sufficientissimus. Qui plurimum durat. Qui plurimum sufficit. Id, quo quis est maxime contentus, ob ejus maximam copiam, et bonitatem, cui nihil deest, πολυαρκέστατον appellatur. iv. 53.

πολυπλάνητος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui multum est vagatus, vel vagatur. i. 56.

πολυπρόβατος, ὁ καὶ ἡ. com. v. 49. Pecoris abundans. Magnam pecoris copiam habens. Dives. Opulentus. πολυπροβατώτατοι ἁπάντων. Omnium opulentissimi. Vel, Qui maximam pecoris copiam habent, et longe majorem, quam ceteri omnes. ibid.

πολυτροπίη, ης. Ion. et poet. Astutia. Versutia. ii. 121. § 5.

πολυφάρμακος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Multorum pharmacorum, venenorumque peritus, vel perita. Δεῦρο καὶ ἠελίου θυγάτηρ πολυφάρμακε Κίρκη. V. Hom. 32. Huc et Solis filia [venias] multorum venenorum perita Circe. Virg. Æn. vii. v. 10. Proxima Circææ raduntur littora terræ, Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu, tectisque superbis Urit odoratam nocturna in lumina cedrum, Arguto tenues percurrens pectine telas. Hinc exaudiri gemitus, iræque Leonum Vincla recusantum, et sera sub nocte rudentum. Setigerique sues, atque in præsepibus ursi Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum; Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

πολύφορτος, ου, ὁ καὶ ἡ. N. H. Qui multas habet Sarcinas. V. Hom. 1.

πολυψηφὶς, ῖδος, ὁ καὶ ἡ. Multis

calculis abundans. Epithetum fluvii. πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον. i. 55.

πομπή. Ion. et poet. pro impulsu, ac afflatu. θείῃ πομπῇ χρεώμενος. Divino impulsu utens. Afflatu divino. i. 62. Quod συνανύμως dicitur ἐνθεάζων. i. 63. Alibi θείῃ πομπῇ χρεώμενοι. v. s. Divina deductione utentes. i. e. Numine divino eos deducente. Numinis divini ductu. iv. 152. θείῃ πομπῇ. viii. 94. v. s. Divino missu. Ibi verba fiunt de actuario navigio, quod Valla Celocem vocat, qui celox divinitus missus credebatur. Valla vertit, Cum divina pompa. Sed parum commode. Quid hoc sibi velit patet ex sequentibus, τὸν πέμψαντα φανῆναι οὐδένα, &c.

πομπός, οῦ, ὁ. com. Qui aliquem aliquo deducit, vel prosequitur. πομποὺς ἅμα πέμψω. Simul mittam, qui [te] deducant. i. 121, 122.

πορθεῖν. Ion. et poet. a medio πέπορθα, verbi πέρθω, unde Latinum, Perdo, verso θ in d. Vasto. Diripio. Populor. τὸ ἄστυ ἐπορθέετο. Urbs direpta est. i. 84, 162. τοὺς χώρους αὐτῶν ἐπόρθεον. Ipsorum agros populabantur. iii. 58. ἐπόρθησαν. iv. 148. τὰς πόλιας ἐπόρθεον. Urbes populabantur, diripiebant. v. 116.

πορθμέες. Ion. pro com. et Attico πορθμεῖς. Vectores. Nautæ. Portitores. i. 24.

πορθμήϊον, ου, τό. Ion. pro com. πορθμεῖον. Fretum. iv. 45.

πορθμήϊον, ου, τό. Ion. pro com. πορθμεῖον. Navis, qua fretum aliquod, qua mare, qua fluvius trajicitur. Ponto, pontonis, Latine vocatur, quod nobis pontis usum præbeat. vii. 25.

πόρος, ου, ὁ. com. Meatus. Trajectus, Pons, per quem transitur. Λύσοντας τὸν πόρον. viii. 111. Trajectum, i. e. pontem soluturos. Vide σχεδίη, ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσεως. viii. 115. Ad trajectus meatum, vel pontem pervenit. ἀπίκοντο ἐπὶ τὸν πόρον. viii. 117. προέπεμπε βασιλῆα μέχρι τοῦ πόρου. viii. 126. Regem prosecutus est usque ad trajectum. ix. 120.

πόρος, ὁ. com. Ratio, qua res aliqua geri potest. οὐκ ἐδύνατο πόρον οὐδένα ἀνευρεῖν. Nullam rationem invenire poterat. ii. 2. οὐδεὶς πόρος ἐφαίνετο τῆς ἁλώσιος. Nullus expugnationis modus apparebat. Nulla ratio, qua urbs capi posset. iii. 156.

πόρος, ου, ὁ. Ion. pro com. γέφυρα. Pons, quod per eum transeatur. λύσαντες τὸν πόρον. Soluto ponte. iv. 136. hoc patet ex sequentibus, ubi dicitur, (iv. 139.) τῆς γεφύρης λύειν τὰ κατὰ τοὺς Σκύθας ἐόντα. duobus in locis. Λύομεν τὸν πόρον. Pontem solvimus. ibid. μόγις εὗρον τὸν πόρον. Vix pontem invenerunt. Quanquam hic πόρος ipsum trajectum significare potest. Trajectum ægre, difficulter invenerunt. iv. 140. vii. 10. § 3. 36. ut et viii. 15.

πορπάειν, ᾶν. vel πορπέειν, εῖν. Poet. Infibulare. Fibulis astringere. πόρπη enim, et πόρπαξ, quod et περόνη, fibula dicitur; hinc verba ποςπᾶν, πορπεῖν, et ποςπάζειν, quod exstat apud Æschylum in Prometheo vincto. v. 61. καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς. Schol. πόρπασον. περόνησον. Herod. εἵματα ἐνεπεπορπέατο, pro ἐνεπεπόρπητο. εἵματα ἐμπεποςπημένα εἶχον. i. e. Vestes fibulis astrictas gestabant. vii. 77.

πορσύνειν. Ion. et poet. Parare. πορσύνειν τὰ θεοῦ [πράγματα, vel ἱερά.] Dei res parare. Cultui divino operam navare. Diem aliquem festum celebrare. Sic enim ix. 7. περὶ πλείστου δ' ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν. Plurimi enim faciebant [res Dei, i. e.] Dei diem festum celebrare. pro eodem dicitur et

πορσαίνειν, ut docet Eustath. τὸ παρέχειν, καὶ τὸ εὐτρεπίζειν. Deducitur autem a futur. Æolico πόρσω, pro com. ποῤῥῶ, a πόρω, quod præbeo, vel paro, significat.

πορφυρεὺς, έος, ὁ. com. Qui purpuras capit. Qui purpura tingit. Purpurarius. iv. 151.

Ποσειδέων. Ποσειδέωνος. Ion. pro com. Ποσειδῶν, ῶνος. Neptunus. ii. 50. iv. 59, 180, 188. vii. 129, 192.

ποσσίκροτος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Terræ solique epithetum, quod pedibus pulsatur. δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι. Dabo tibi Tegeam pedibus pulsandam ad saltandum. i. 66.

ποτνιάνακτος, ου, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. nomen, quo utitur Homerus in Epigrammate in Cumanos facto. V. Hom. 14. Dominatu venerandus. Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα ποτνιάνακτον. id est, Æolicam Smyrnam, mari vicinam, venerandam dominatu.

πούς, ποδός, ὁ. com. Pes, pedis. Et μετωνυμικῶς pro celeritate pedum accipitur apud Herodotum. Ἐδίωκον ὡς ποδων ἕκαστος εἶχον. ix. 59. Valla: Insequuntur, pro se quisque maturantes. Æ. P. Insequebantur [eos] quanta pedum celeritate singuli poterant. Vel, Quam maxima pedum celeritate singuli poterant, [eos] insequebantur. Qui autem hac pedum celeritate præditus est, ut diu valeat in cursu perseverare, is Græce vocatur ποδάρκης, q. d. ὁ ἐπαρκεῖν τοῖς ποσὶ δυνάμενος, καὶ ὁ τοῖς ποσὶ ταχὺς, καὶ ἰσχυρός. Hom. Il. A. v. 121. Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. Hinc verbum ποδαρκεῖν, quod in vulgatis Lex. non exstat, pedum velocitate præditum esse, ac ea diu in cursu uti posse. Pindarus Pyth. Ode 5. v. 43. transitive verbum hoc (ut Grammatici loquuntur) usurpavit, pro pedibus velocibus non intermisso cursu percurrere locum aliquem. Ἀκηράτοις ἀνίαις Ποδαρκέων δυωδεκαδρόμων τέμενος. id est, Incorruptis habenis stadium [curruum] duodecies cursu iterantium velocibus pedibus percurrens. ποδώκης vero dicitur, qui passim ab Homero πόδας ὠκὺς vocatur, quod epithetum Achilli variis in locis ab eo tributum legas.

ποὺς, ποδός, ὁ. Pes. com. κτείνειν πάντα τινὰ τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον. Obvium quemque interficere. iii. 79.

πρεσβυγενείη, ης, ἡ. N. H. pro com. πρεσβυγένεια, quod Suidas interpretatur πρεσβυτέρα γένεσις. q. d. antiquior genitura. primogenitura. Quod de illis dicitur, qui natu sunt majores. Gallice, *Primogéniture. Premiere naissance.* vi. 51.

πρεσβύτερος. Antiquior. com. Ut autem apud Latin. Antiquior accipitur pro carior, melior, potior, honoratior; sic etiam apud Græcos πρεσβύτερος. τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο, ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. Res divinas antiquiores habebant, quam humanas. v. 63. (Vide Antiquior apud Nizolium, ubi multa Ciceronis ita loquentis exempla leges.) Vel, Res divinas humanis anteposuerunt. Res divinas humanis antiquiores esse duxerunt.

πρῆγμα, τος, τό. Negotium. Molestiæ. ἵνα μηδὲν πρῆγμα παρέχοι [τῷ γραμματοφόρῳ.] vii. 239. Ne quid negotii [tabellario tabellæ] præberent.

πρῆγμα. Ion. pro pretio, æstimatione, et honore, quo quis apud aliquem valet. ἦν μέγιστον πρῆγμα Δημοκήδης παρὰ τῷ βασιλεῖ. Democedes erat in maximo pretio apud regem. iii. 132.

πρῆγμα εἶναι. Herodotea locutio. Opus esse. pro quo alibi dicitur δεῖν. χρείαν, vel χρεῶν εἶναι. χρῆναι. vii. 12.

πρήγματα ἔχειν. Ion. pro com.

πράγματα ἔχειν. Molestias habere. vii. 147.

πρήθειν. Ion. et poet. pro com. καίειν. πυροῦν. Incendere. Cremare. τὴν πόλιν ἐνέπρησαν. viii. 35. Urbem incenderunt. ἐνέπρησε τοὺς οἴκους. viii. 143. ἀγάλματα ἐμπεπρησμένα.

πρηθῆναι. Ion. pro com. πραθῆναι. Venditum fuisse. a πράττω, σω. Vendo. πρηθεῖσαν. Venditam. ii. 54. ἐπρήθη. ii. 56.

πρῆσις, ἡ. Ion. pro com. πρᾶσις. Venditio. παρὰ τὸ πράττω, σω. Vendo. i. 153. iv. 17.

πρήσσειν. Ion. pro com. πράσσειν. Agere. Rem gerere. εὖ πρήσσειν. Rem bene gerere. Sic et Galli, *Faire bien ses affaires*. i. 24. Secunda fortuna uti. i. 42. ii. 162. τωὐτὸ ἂν ὑμῖν ἐπρήσσομεν. Idem ac vos fecissemus. iv. 119. ταῦτα ἔπρησσε. iv. 144. πρήξειν. iv. 156. ἄμεινον πρήσσειν. Melius rem gerere. Nobiscum melius agi. iv. 157. v. 30. κακῶς πρήσσοντες. Rem male gerentes. v. 34, 35. vii. 58.

πρήσσειν. Ion. pro com. πράσσειν, i. e. μηχανᾶσθαι. Moliri. Hinc verbum Gallicum eodem significatu videtur deductum. *Brasser*. Quanquam alii malunt ἀπὸ τοῦ Βράσσω formare. Hæc posterior formatio longe simplicior est. ὅσπερ τὴν Κυπρίων ἀπόστασιν ἔπρηξε. Qui Cypriorum defectionem molitus fuerat. v. 113.

πρήσσειν. Ion. pro com. πράσσειν. Exigere. ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον. A singulis exigebant, quod singulis imponebant. i. 106. πρήσσεσθαι. Exigi. Αἰγινήτας πρήσσεσθαι ἐκέλευον. [Hoc tributum] ab Æginetis exigi jubebant. v. 84.

πρήσσειν, et πρήσσεσθαι. Ion. pro com. πράσσειν, et πράσσεσθαι, Exigere. Reposcere pœnas. Ulcisci. συνεξεπρήξαντο αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον. vii. 169. Conjunctis armis, ipsius [Minois] cædem in [urbe] Camico factam ulti sunt.

πρητήριον, ου, τό. N. H. In vulgatis Lexicis vertitur Prætorium, et Herodoto tribuitur hoc vocabulum: sed nullus liber, nullus locus, nullum exemplum notatur. ἵνα σφι ἀγορή τε ἐγίνετο, καὶ πρητήριον. vii. 23. Valla: Ubi illorum erat forum, et mercatus. Quod bene. Barbari dicerent, Venditorium, i. e. locus, in quo res venduntur, ubi res venales exponuntur. ἀγορὴ, καὶ πρητήριον, ἀντὶ τοῦ ἀγορὴ, ἐν ᾗ ἐπρήσσετο τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸν βίον. Forum, in quo res ad victum necessariæ vendebantur.

πρινή. com. pro quo sæpius separatim dicitur πρίν ἤ. Prius quam. cum infinito. πρινὴ πέμπειν ἐς Σικελίην. viii. 3. Prius quam in Siciliam mitterent [legatos.] πρὶν ἢ ἐμβαλεῖν. ix. 13. Prius quam ingrederentur.

πρό. com. Pro. Patrocinium, defensionem, causamque significans, ob quam aliquid fit. πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν. vii. 134. Pro Sparta, Spartæ causa, mori. πρὸ ὑμέων δεῖ ἀπολέσθαι. Pro vobis perire [nos] oportet. vii. 172. πρὸ τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν. viii. 68. Pro quo συνωνύμως ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν. viii. 70. Pro Atheniensibus, eorumque agro, navale prælium committere. πρὸ χώρης μάχεσθαι. viii. 74. Pro regione pugnare. ix. 48. πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει. ix. 72. Pro Græcia moritur.

πρό. com. Electioni, optionique serviens. οἵσιν ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον. Quibus ipsa tyrannis gratior erat, quam libertas. i. 62. πρὸ τούτων τῶν κακῶν κρέσσον καὶ ὁτιοῦν ἄλλο παθέειν. Satius est vel quidvis aliud, quam hæc mala pati. vi. 12.

προαστήϊον, ου, τό. H. V. pro com. προάστειον, quod legitur viii. 129. vel, ut apud alios scriptum legi-

tur, προάστιον. Suburbium. Suburbanum. Gallice, *Faux bourg*. ἐν τῷ προαστίῳ. In suburbano. iii. 142.

προαιδεῖσθαί τινα. Herodotea locutio. q. d. ante revereri aliquem. id est, Alicui reverentiam ante alios debere. ὃν ἐγὼ προαιδεῦμαι. Cui ego reverentiam ante alios debeo. Quem ego revereri debeo. iii. 140.

προβαίνειν. Procedere. Progredi. προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου. Ad ulteriorem orationis partem progrediar. i. e. In oratione pergens longius progrediar. i. 5.

πρόβλημα, τος, τό. Quicquid hosti objicitur, ut ejus vim, ac impetum excipiamus, sustineamus, propulsemus. Propugnaculum. Clypeus. Scutum. προβλήματα ἀντ' ἀσπίδων ἐποιεῦντο γεράνων δοράς. vii. 70. Valla: In locum clypeorum pelles gruum prætendebant. Æ. P. Pro clypeis pelles gruum gestabant, quas hosti objicerent, ut se tutarentur. vii. 76. προβόλους appellat Herodotus venabula, quæ hosti objiciuntur, et quibus vulnerari potest, quæ Pollux lib. v. c. 3. et 4. προβόλια sæpius appellat, ut et Xenophon.

προβοηθεῖν. V. H. Prius opem ferre. Opem mature ferre. πρὶν ὧν παρεῖναι ἐκεῖνον ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἡμέας καιρός ἐστι προβοηθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην. viii. 144. Prius quam igitur ille [barbarus] in Atticam veniat, tempus est, ut nos prius in Bœotiam ad opem ei ferendam eamus. vel, tempus est nos in Bœot. opis ferendæ causa proficisci.

προβόλαιον, ου, τό. V. H. Propugnaculum. Tutamen. In vulgatis Lexicis sine ullius auctoritate legitur hoc vocabulum. vii. 148.

πρόβολος, ου, ὁ. Præter vulgatas significationes, quas in Lexicis habemus, apud Herodotum accipitur interdum pro eo, quod Pollux lib. v. cap. 3. et 4. προβόλιον sæpius appellat, ut et Xenophon in Cynegetico. Latini venabulum vocant. Est autem telum oblongum, et longa ferrea cuspide munitum, quo venatores adversus feras utuntur; quod, quia feris objicitur, Græce πρόβολος, et προβόλιον dicitur. Gallice, *un épieu*. Προβόλους δύο λυκοεργέας ἕκαστος εἶχε. vii. 76. Valla: Bina singulis veruta ad lupos conficiendos apta. Stephanus, Venabula Lycii operis. Sed πρόβολος et pro venabulo, et pro veruto, commodissime sumi potest. Nam eadem arma et venationi, et militiæ servire possunt. Verutum vero (ut obiter hoc dicatur) penultima producta, a Nonio vocatur breve et acutum telum. Alii verutum esse tradunt hastile, quod veru præfixum habet, i. e. cuspidem ferream, quæ veru speciem habet. Lucanus lib. viii. ver. 681. Cæsaries compressa manu, Pharioque veruto. Cæsar et Livius variis in locis verutorum mentionem faciunt, et inter tela militaria recensent. Quinetiam veru, telum militare, longum, tenue, et ad similitudinem veru factum, a Virgilio inter arma pugnæ servientia ponitur. Æn. lib. vii. ver. 665. Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. Quare sive venabula sive veruta voces προβόλους, hoc saltem loco, res bene videtur habitura. Sed illud epithetum λυκοεργέας aliquam habet difficultatem. Si Vallam sequamur, dicemus hoc formatum παρὰ τὸ τοὺς λύκους ἐργάζεσθαι, τουτέστι κατεργάζεσθαι. Lupos subigere, conficere, interficere. Quam solam interpretationem in vulgatis Lexicis reperies, ubi mentio quidem Herodoti fit, sed liber non notatur. Verisimilior tamen etymologia videtur esse, παρὰ τὸ τοὺς λύκους ἔργειν, τουτέστιν εἴργειν, ἀμύνειν,

καὶ κωλύειν. Quod poeticum. A lupis arcendis. Quamvis autem hoc proprie significet, γενικῶς tamen accipietur etiam pro eo, quod ad quemlibet hostem arcendum, nec ad arcendum tantum, sed etiam ad vulnerandum, valet. Stephanus τὸ λυκοεργέας, pro λυκιοεργέας, καὶ ὑπὸ τῶν Λυκίων εἰργασμένους, καὶ πεποιημένους, accepit. Sed vereor ne hæc interpretatio nimium audax a Criticis censeatur. Eam tamen Suidæ verbis commode tueri possumus. Sic enim ille, Λυκιουργίς. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμοθεον κέχρηται τῇ λέξει. Δίδυμος δέ φησι, τὰς ὑπὸ Λυκίου κατεσκευασμένας φιάλας τοῦ Μύρωνος υἱοῦ οὕτως εἰρῆσθαι. ἔοικε δὲ ἀγνοεῖν ὁ γραμματικὸς ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γινόμενον. μᾶλλον δὲ ἀπὸ πόλεως, καὶ ἐθνῶν, ὡς κλίνη Μιλησιουργής. Μήποτε οὖν γραπτέον παρὰ Ἡροδότῳ ἐν τῷ ἡ. ἀντὶ τοῦ προξόλους δύο λυκοεργέας. ἵνα, ὥσπερ παρὰ τῷ Δημοσθένει, οὕτως ὀνομάζηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. Sed apud Suidam scribendum est, ut apud Harpocrationem scriptum exstat, Λυκουργεῖς. Sic et apud Demosth. ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. p. 1193. ed. Reisk. φιάλας Λυκουργεῖς δύο. Item, ἐν Λυκίᾳ, ut apud Harpocrat. Et illa verba μήποτε οὖν &c. sic sunt intelligenda. Ὅρα δὲ μήποτε καὶ παρὰ Ἡροδότῳ γραπτέον εἴη ἐν τῷ ἑβδόμῳ προξόλους δύο Λυκουργεῖς, ἀντὶ τοῦ ω. δ. Λυκοεργέας. Sed nihil apud Herodotum est mutandum. Nam quod Attice per contractionem a Demosthene dictum Λυκουργεῖς, id ab Herodoto κατὰ διάλυσιν τῆς ου διφθόγγου εἰς οε, καὶ τῆς ει εἰς εα, prolatum. Sic, Λυκοῦργος, Λυκόεργος. Si quid tamen conjecturis est tribuendum, ex verbis illis, ὑπὸ Λυκίου κατεσκευασμένας, item ex Harpocrat, illis verbis, τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα, non absurde conjiciat quis et apud ipsum Demosthenem fortasse scribendum Λυκιουργεῖς, et apud Suidam pro Λυκιουργὶς, Λυκιουργεῖς reponendum, et apud Herodotum Λυκιοεργέας legendum, ut supra demonstratum.

προβοσκος, ὁ. Herodoteum vocabulum. Pecoris pascendi vicarius. Quemadmodum autem dicimus Proquæstor, et Proconsul, sic etiam Propastor κατ' ἀναλογίαν dicere liceat. i. 113.

πρόβουλος, ου, ὁ. com. Qui pro aliquo consultat. Vel, Qui ante alios consultat. Senator. Princeps Senator. Primarius Senator. vi. 7. πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος. vii. 172. Valla: Græciæ provisores. Æ. P. Sic jam appellantur ii, quos singulæ civitates nomine publico ad publicum concilium mittebant, ut pro repub. consultarent. Non inepte dici possent, Legati pro Græcia consultaturi, Consultores Græciæ non voco, quia Consultoris nomen illi potius tribuitur, qui consulit alios, ut ab iis consilium accipiat, quam illi, qui pro alio consultat. Interdum tamen et pro eo sumitur, qui consilium alteri dat; ut ex illo trito versu patet, Malum consilium consultori pessimum.

προδέκτωρ, ορος, ὁ. N. H. Protector. Patronus. Præses. vii. 37.

προδηλεῖσθαι. Ion. et poet. Ante lædere. Auctorem esse cladis alicujus. δειμαίνω μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς, τὸν πεζὸν προδηλήσηται. viii. 68. Vereor ne navalis exercitus accepta clade pedestribus copiis sit cladis auctor, sit exitio.

πρόδηλος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Manifestus. πρόδηλα γὰρ ὅτι ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσι προόπτῳ θανάτῳ δώσειν. ix. 17. Manifestum enim [est] istos homines nos manifestæ morti daturos. i. e. Nos

ab his manifesta morte suþlatum iri constat.

προδιδόναι. Interdum hoc verbum apud Herodotum tribuitur fluviis, qui non satis aquarum habent, quas alicui vel hominum, vel brutorum, numero suppeditent, ut eorum sitim restinguant. Οὐδέν μοι θωῦμα παρίσταται προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων. vii. 187. Valla perperam, Quo minus miror proditum esse, fluenta quædam non suppeditavisse. Stephanus longe melius, Mirum mihi non videtur quorundam amnium fluenta defecisse tot hominum millia. Æ. P. Hoc verba sonant. Nulla admiratio mihi adstat, i. e. Nullo modo miror, Vel, Nullo modo mihi mirum videtur nonnullorum fluviorum fluenta [tantam hominum, ac brutorum animalium, multitudinem] prodidisse, [deseruisse, defecisse, tantæ multitudini sufficere, potum suppeditare non potuisse.] Est enim ἐλλειπτικὸν loquendi genus, et subaudiendum τοσοῦτον ἀνθρώπων, ὑποζυγίων, κτηνῶν, καὶ ζώων ἄλλων πλῆθος, ut patet ibid. Est autem metaphora sumta a rebus bellicis, in quibus amici et socii socios et amicos sæpe produnt, deserunt, nec opem ipsis debitam ferunt. Vide ἀντέχειν, ἀντισχεῖν, et ἀντιχρᾶν, ubi de re eadem verba fiunt. Idem verbum, munitionibus tributum, significat eas præter nostram spem non posse milites in iis conclusos tutari. τοῦ φρήγματος προδεδωκότος. viii. 52. Cum vallum [ipsos] prodidisset, i. e. præter exspectationem ipsos diutius tutari non potuisset. Vide φρῆγμα.

πρόδρομος, ὁ. com. Præcursor. Antecursor. Gall. *Avant-coureur*. i. 60. iv. 121, 122.

πρόδρομος, ὁ καὶ ἡ. com. Præcursor. Vel, Quæ præcurrit. ἀγγελίη πρόδρομος. ix. 14. Nuntius præcursor. i. e. (ut Valla vertit) properans.

προδύντος ἡλίου. Sic legitur vii. 149. Sed προ δύντος separatim scribendum videtur. Antequam sol occiderit. Ante solis occasum. Prisci Latini dixissent etiam, Ante Solem occasum, ut patet ex antiqui Juris fragmento, Sol occasos suprema tempestas estod. pro, Sol occasus suprema tempestas esto.

προεδρίη. Ion. pro com. προεδρία. Princeps in sedendo locus. In sedendo prærogativa. Gall. *Préséance*. i. 54. ἐν προεδρίῃ κατήμενος. In principe consessus loco sedens. iv. 88. vi. 57. ix. 73.

προελήλατο. 3. person. sing. præter. plusq. p. pass. Ion. et Att. formati a προελαύνω. μ. προελάσω. a προελάω, ῶ. aorist. 1. act. προήλασα. perf. προήλακα, et Ion. et Att. προελήλακα. perf. pass. προελήλαμαι. plusq. p. προεληλάμην, σο, το. Procedo. Progredior. ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο. ix. 44. Cum autem illius noctis [tempus jam] procul processisset. Vel, Cum autem nox jam multum processisset. Videtur enim subaudiendum χρόνος, ut ita locum intelligas, Cum autem tempus ad multam noctem processisset. Hæc enim ad verbum non satis commode reddi possent. Sic et Galli, *La nuit étant déjà bien avancée*. Vel, *Le temps de la nuit étant déjà bien avant*.

προεξαΐσσειν. V. H. Proruere. Ex aliquo loco in aliquem ante alios ruere. προεξαΐσσοντες κατ' ἕνα, καὶ δέκα. ix. 62. Et singuli, et deni, proruentes [in hostem.]

προεξανίστασθαι. com. Ante alios surgere. viii. 59.

προεξέδρη, ης, ἡ. N. H. Valla Prætorium vertit. vii. 44. Sed proprie sic appellatur sedes in aliquo loco prominens, et præter ceteras eminens, ac ulterius excurrens.

προεσάξαντο (ἐξεκομίσαντο.) Ion. neglecto augmento temporali, pro προεσήξαντο, πρότερον [εἰς τὴν Εὔβοιαν] ἐσήξαντο, ἐσεκομίσαντο. Importaverant. Est autem 3. plur. aor. 1. medii, a προεσάγω. Prius importo. viii. 20.

προες-έατε. Ion. pro com. προες-άκατε. unde κατὰ συγκοπὴν προέσατε, et inserto ε ante α, προες-έατε. Præstis. v. 49. cum genit.

προές-ηκας. οὐκ ὀρθῶς σεωϋτοῦ προές-ηκας. Ionismus, Gallicismo respondens. *Vous ne vous gouvernez pas bien.*

πρόθυρον, ου, τό. idem ac προπύλαιον. iii. 35. Ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων. Ad regii palatii vestibulum sedebat. iii. 140. vi. 91.

προϊέναι. com. Projicere. Negligere. Dimittere. προϊέναι ἑτοῖμοι ἔσαν. [Eum] dimittere parati erant. iii. 137.

προϊέναι. Projicere. Largiri. Profundere. χρήματα προϊέντα σφι. Pecunias ipsis largientem. i. 24.

προΐζεσθαι. Ion. et poet. pro com. προκαθέζεσθαι, vel προκάθησθαι. Ante alios sedere. Præsidere. viii. 67.

προΐσεσθαι. Vide καταπροΐξεσθαι.

προΐσχειν, et προΐσχεσθαι. Ionic. et poet. pro com. προΐείνειν. Prætendere. Prætexere. προϊσχομένη πρόφασιν. Speciosam causam prætexens. iv. 165. πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι. viii. 3. Pausaniæ insolentiam pro speciosa causa prætendentes. Vel, Speciosam causam prætexentes, ipsam scil. Pausaniæ [regis] insolentiam.

προΐσχεσθαι. Ion. et poet. pro com. προτείνειν. προτιθέναι. προϊσχόμενος [αὐτοῖς] ἔπεα. Cum ipsis conditiones proposuisset. i. 164. προϊσχομένους ἔπεα τάδε. Qui hæc verba proponebant. iii. 137. προϊσχόμενοι τάδε. vi. 9, 49, 86. § 1. προφασιν προϊσχομένους. Speciosam causam prætexentes. vi. 137. viii. 111.

πρόκα. Adverbium. Ion. et Herodoteum pro com. εὐθὺς, εὐθέως, παραχρῆμα, ἐξαίφνης. Statim. Confestim. Ex improviso. Repente. πρόκα φωνῆς ἀκούειν. viii. 65. Ex improviso vocem audire. Suidas. πρόκα τε τὴν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν. viii. 135. Statimque oraculi antistitem barbara lingua oraculum edidisse, vel responsum reddidisse. Apollon. Argonaut. lib. i. ver. 688.

προκατήμενος, ὁ. Ion. pro com. προκαθήμενος. προκείμενος. Ante sedens. Ante situs. προκατημένους πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος. vii. 172. Ante ceteram Græciam sedentes, positos, sitos. Qui sedes ante ceteras Græciæ regiones positas habemus.

προκατῆσθαι. Ion. pro com. προκαθῆσθαι. Præsidere. Præesse. Custodire. Tutari. Ἰώνων προκατῆσθαι. ix. 106. Ionibus præsidere, [præesse, eosque tutari.]

προκατίζειν. Ion. pro com. προκαθίζειν. Propalam sedere. i. 14, 97.

προκατοψόμεναι νῆες. viii. 23. Naves, quæ [classem hostilem] exploraturæ præmittuntur.

προκόπτειν. com. Proficere. Progressum facere. Gallice, *Profiter, avancer, faire profit, faire progres.* ἐς τὸ πρόσω οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πρηγμάτων. Nulla res proficiebat. Nullus in rebus progressus fiebat. iii. 56. Metaphora sumta ab illis, qui materiam aliquam ferro secantes progrediuntur.

προκόπτειν, et προκόπτεσθαι. com. Proficere. τῶν πρηγμάτων οὐδὲν προκοπτομένων. Cum res nihil proficerent. i. 190.

πρόκροσσαι νῆες. Eustath. αἱ κλιμακηδὸν ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις ὡρμισμέναι. ἢ γενεωλκημέναι θεατροειδῶς, παρὰ τὰς κρώσσας, ὁ δηλοῖ τειχομάχους κλίμακας. καὶ πρόκροσσοι λέγονταί τινες φέρεσθαι ἐπὶ τὸν κίν-

δυνον, ἦγουν βαθμηδὸν, εἴτουν κλιμακηδὸν, καὶ κατὰ σίχας. i. e. Naves scalarum instar collocatæ aliæ post alias. Ita junctæ et tamen ordine collocatæ, ut gradus in scalis videmus collocatos, et perpetua serie conjunctos. Suidas, πρόκροσσαι. ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ. Ἡρόδοτος. αἱ δὲ νῆες πρόκροσσαι ὁρμαίνοντο ἐς Πόντον ἐπὶ πεντήκοντα νέας. Sed apud Herod. vii. 188. locus ita legitur, πρόκροσσαι ὁρμέοντο ἐς Πόντον, καὶ ἐπὶ ὀκτὼ νέας. Et paulo superius dicit Herodot. αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν νεῶν ὥρμεον πρὸς τῇ γῇ. quare. τὸ ὥρμεον, καὶ τὸ ὁρμέοντο συνωνύμως ponuntur; at hoc, Ἀττικώτερον, καὶ Ἰωνικώτερον, illud vero, κοινότερον. Subjicit Suidas ἐτυμολογίαν, οἱονεὶ προκάρσιοί τινες οὖσαι, παρὰ τὸ κάρα. αἱ κατὰ κεφαλὴν συντιθέμεναι. Unde fortasse quis conjiciat idem hoc esse, ac τὸ μετωπηδὸν, de quo suo loco. Navis enim frons, et caput, est ipsa prora. Sic igitur naves intelligerentur, quæ in ordinem perpetua serie sunt digestæ, ita ut earum capita, sive frontes, i. e. proræ prominentes, altum versus spectent, paratæ ad impressionem faciendam in hostilem classem.

πρόκροσσος, ὁ καὶ ἡ. N. H. In caput propendens. In caput prominens. γρυπῶν κεφαλαὶ πρόκροσσοί εἰσι. Valla: Gryphinis capitibus altrinsecus obversis. iv. 152. Æ. P. Gryphorum capita sunt in anteriorem partem prominentia. vel, altera alteris obversa prominent. Quis dicatur πρόκροσσος, et quænam sint πρόκροσσοι νῆες docet Eustath. et Suidas. Eos consule.

προλέγειν. com. Prædicere. προλέγουσαι Κροίσῳ. Crœso prædicentes. i. 53.

προλεσχηνεύειν. Vide simplex λεσχηνεύειν.

προμαχεών, ῶνος, ὁ. Ion. pro com. προμαχῶν, et πρόζολος. Propugnaculum. i. 98, 164. iii. 151.

προμαντηΐη. Ion. pro com. προμαντεία. In oraculo consulendo prærogativa, et princeps locus alicui honoris causa datus. i. 54.

πρόμαντις, ὁ καὶ ἡ. Oraculi præses, sive vir, sive fœmina. Antistes. ἡ τοῦ θεοῦ πρόμαντις. i. 182. αἱ πρόμαντιες. ii. 55. πρόμαντις ἡ χρέουσα. Antistes, quæ responsa reddit. vii. 111, 141. τὴν πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν. viii. 135. Oraculi antistitem barbara lingua responsum reddidisse.

προμετωπίδιον, ου, τό. Frontale. Ornamentum, vel tegumentum, quod ante frontem ponitur. Interdum et ipsam frontis pellem significat, ut docet Jul. Poll. lib. ii. c. 4. § 46. quod Herod. confirmat his verbis. προμετωπίδια δὲ ἵππων εἶχον ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι, σύν τε τοῖσι ὦσι ἐκδεδαρμένα, καὶ τῇσι λοφιῇσι. vii. 70. Et equorum pelles ex frontibus cum ipsis auribus, et jubis detractas in capitibus gestabant. Valla vim Græcorum verborum non expressit. Vide nostrum Græcol. Xen. ind.

προμηθέεσθαι, εἶσθαι. Ion. et poet. Solicitum esse de re aliqua. Curam alicujus gerere. προμηθέεσθαι ἑωϋτοῦ ἐκέλευε. Sui curam eos gerere jubebat. ii. 172. προμηθεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γωβρύην. Solicitus, vel providè cavens ne Gobryam vulneraret. iii. 78.

προμηθέεσθαι. V. H. Rationem alicujus habere. Quod barbare dicitur, Habere respectum alicujus. Gallice, *Avoir égard à quelqu'un. Porter respect à quelqu'un. Respecter quelqu'un.* προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν Μασίστην. ix. 108. Valla: Fratris Masistis respectu. Æ. P. Fratris Masistæ rationem habens. Gall. Melius, *Respectant son frere Masistes.* Vel, *Lui portant respect.* Latine sic etiam aptissime locum hunc interpretari potes. Fratrem Masisten reverens. Hic enim hujus verbi Germanus videtur esse sensus.

προμηθείη, ης, ἡ. Ion. pro com. προμήθεια, καὶ πρόνοια. Providentia. iii. 36.

προμηθίη. Ion. pro com. προμήθεια. Providentia. Prudentia. Cura. Solicitudo. Ratio, quam alicujus provido ac solicito animo habemus. ὁ Κῦρος τὸν Κροῖσον ἐν πολλῇ προμηθίῃ εἶχε. Cyrus Crœsum admodum provide ac officiose tractabat. De eo valde solicitus erat. Magnam ejus curam gerebat. i. 88. iii. 36.

προναυμαχεῖν τινος. Ante aliquem, vel alicujus tuendi gratia, prælio navali dimicare. προναυμαχήσοντας Μιλήτου. Ante Miletum, vel pro Mileto, i. e. Mileti tutandæ gratia, prælio navali dimicaturos. vi. 7. προναυμαχήσεις Πελοποννήσου. viii. 60. Pro Peloponneso dimicabis.

προνηΐον, τό. Ion. et poet. pro com. πρόναον. Templi vestibulum. Lat. interpres suggrundam vocat. Sed non videtur hæc interpretatio huic loco satis apte convenire. i. 51, 92.

προνοίη, ἡ. Ion. pro com. πρόνοια. Providentia. ἐκ προνοίης. De industria. i. 120. Consulto. ἐκ προνοίης αὐτὰ ἐποίησε. viii. 87.

προνοιὴ Ἀθηναίη vocatur ἐπιθετικῶς. Minerva provida. Minerva, quæ sua providentia res humanas administrat. τὸ ἱρὸν τῆς προνοιίης Ἀθηναίης. viii. 37, 39. Valla vertit, Fanum Minervæ, quod est ante templum. Unde conjicio Vallam videri nactum esse codicem, in quo scriptum legeretur προνηΐης. προνηΐον vero (de quo suo loco) templi vestibulum significat. Hic ἱρὸν προνηΐης Ἀθηναίης vocaretur fanum, vel sacellum, quod est ante Minervæ templum, et Minerva figurate pro ipsius templo sumeretur. Quod parum probabile. q. d. Fanum protemplaris Minervæ. Sed longe verisimilius Ἀθηναίην προνοιὴν ἐπιθετικῶς appellatam, ob suam providentiam, qua in rebus mortalium regendis uteretur, ut Poetæ fabulantur.

πρόνοος, ὁ. Ion. et poet. Providus. ἀγαθόν τε πρόνοον εἶναι. Bonum est, expedit, tibi conducit, te providum esse. iii. 36.

πρόξεινοι, ων, οἱ. Ion. et poet. pro com. πρόξενοι. vi 57. Suidas, προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. Proxenos appellabant eos, qui [totius civitatis nomine] constituti erant, ut hospites ex aliis civitatibus venientes exciperent hospitio. Sed et pro publico alicujus civitatis hospite sumitur. ut viii. 143. Vide πρόξενος.

πρόξενος, ου, ὁ. com. Hospes alicujus civitatis publicus. Eustathius. πρόξενος, ὁ ὅλης τινὸς πόλεως ξένος, καὶ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, ἢ τῶν δήμων, ἐχειροτονοῦντο οἱ πρόξενοι. καὶ πρόξενος ὁ ὑπὸ πόλεώς τινος καταστάθεὶς προΐστασθαι τινῶν ξένων. ὅθεν τὸ προξενεῖν. Suidas, προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. καὶ προξενία, ἡ τῶν ξένων ὑποδοχή. &c. Hos Herodotus lib. vi. 57. προξείνους, libr. viii. 136. προξένους, appellat. Valla tamen hunc locum ita vertit, πυθόμενος ὅτι πρόξενός τε εἴη, καὶ εὐεργέτης ὁ Ἀλέξανδρος. Quia audiebat hospitalem, atque munificum esse virum. Æ. P. Quia audiebat Alexandrum publicum esse [Atheniensium] hospitem, et bene [de Atheniensibus] meritum. Nostram interpretationem ipsemet Herod. viii. 143. de eodem Alexandro verba faciens, ita confirmat. οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν, ἐόντα πρόξεινόν τε, καὶ φίλον. id est, Nolumus enim te quidpiam ingrati ab Atheniensibus pati, quorum publicus hospes, et amicus es. ξένος igitur, et πρόξενος, sive πρόξεινος, tam active, quam

passive sumitur. Nam (ut ex iis, quæ supra fusius declarata sunt) et eum significat, qui alium hospitio excipit, et humaniter tractat, et eum, qui ab alio excipitur, ac humaniter tractatur. Sed *ξένοι* potius de privatis, *πρόξενοι* vero de publicis hospitibus dicitur. *πρόξενοι* autem sunt appellati, *διὰ τὸ προϊστασθαι τῶν ξένων*, quod hospitum patroni essent, et patrocinium eorum gererent, ut ex Eustathii definitione colligitur. Vel, quod in ipsa electione (nam civium suorum publicis suffragiis hoc honoratissimum munus accipiebant) ceteris anteponerentur, *καὶ πρὸ τῶν ἄλλων πολιτῶν ξένοι τῶν ξένων* constituerentur.

προοπτέον. com. Prospiciendum est. *ἡμῖν τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστί*. Nobis tuo regno prospiciendum est. Oportet nos tuo regno prospicere, et consulere. i. 120.

πρόοπτος, ου, ὁ καὶ ἡ. N. H. Manifestus. Qui est ante nostrum aspectum, et oculos. *οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσιν ἡμέας προόπτῳ θανάτῳ δώσειν*. ix. 17. Homines isti nos manifestæ morti sunt daturi. Vel, Nos morte manifesta sunt sublaturi.

πρόουρος, ὁ καὶ ἡ. H. V. pro com. *πρόσουρος. πρόσχωρος*. Conterminus, confinis, et q. ante fines aliquos situs. Vicinus. ii. 12. Si modo codex sanus: alioqui dicendum esset *πρόσουρος*, ut *τὰ πρόσουρα Λιβύη*. ii. 18. iii. 97.

προοφειλόμενος, η, ον. com. Ante debitus. vi. 59. Ante existens. Ante intercedens. *ἡ ἔχθρη ἡ προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς τοιῆσδε*. v. s. Inimicitiæ ab Æginetis adversus Athenienses ante debitæ, vel existentes, ex hoc principio fuerunt. v. 82. sed hic est horum verborum sensus, et interpretatio elegantior: Inimicitiæ, quæ Æginetis cum Atheniensibus ante intercedebant, hinc initium duxerunt. Vel, Inimicitiarum, quæ Æginetis ante cum Atheniensibus intercedebant, hoc fuit initium. Vel, Inimicitiæ, quas Æginetæ adversus Athenienses ante gerebant, ex hoc initio exstiterunt. v. 89. hæc dilucidius dicuntur, *τῆς ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι γενομένης ἀρχὴ κατὰ τὰ εἰρηται ἐγένετο*.

προπάτωρ. ὁ προπάτορος. Primus pater. Generis auctor, qui et *γενάρχης*, ii. 169.

πρόπειρα, ης, ἡ. N. H. Periculum, quod de re aliqua fit ante quam aliquid aggrediamur. *ἐν Ἀθηναίοισι τὴν πρόπειραν ποιευμένους*. ix. 48. Valla: Relegato Atheniensibus periculo. Vulgata Lexica Græcolat. versionem Vallæ sequuntur, et Herodoti locum vitiose scriptum habent: sed correctionem hinc petere debemus. Sic autem hæc vertenda; In Atheniensibus periculum prius facientes [nostrarum virium, prius, inquam, quam vos ipsi nostram bellicam fortitudinem audeatis tentare,] i. e. Atheniensium periculo nostrum robur prius experientes, sive tentantes.

προπέμπειν. com. Prosequi aliquem vel honoris, vel officii, vel aliqua alia de causa. *ἐμὲ προπέμπων ἔξω πόλιος*. Me extra urbem prosequens. Gallice, *m'accompagnant, me faisant compagnie jusques hors de la ville*. i. 111. iv. 33.

προπεπευσμένος. vel *προπεπυσμένος*. Ion. et poet. et com. Qui ante aliquid audivit, intellexit, de re aliqua certior factus est. i. 21. Dictum *παρὰ τὸ προπυνθάνεσθαι*. v. 63. *προπυνθανόμενοι ταῦτα*. Cum hæc præsensissent. v. 102.

προποιεῖν. Ion. pro com. *πρότερον ποιεῖν. ὑπάρξαι. ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἔς σε*. Cum ego prior te beneficiis affecerim. i. 41. vii. 44.

πρόπυλον, ου, τό. com. Vestibulum,

quod alias πρωπύλαιον et πρόθυρον appellatur. ii. 91.

πρόῤῥιζος. Proprie dicitur de arboribus, quæ radicitus evelluntur. πολλοὺς ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψεν. Deus multos homines radicitus evertit. i. 32. ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος. Penitus obiit. Radicitus interiit. iii. 40.

πρός. Ion. cum genitivo, loco præpos. ὑπὸ, quod magis receptum. οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν. pro ὑπ' οὐδαμῶν. A nullis dicitur. i. 47. vii. 60. ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου. pro ὑπὸ Πεισ. Ignominia affici, contumeliose tractari a Pisistrato. i. 61. ταῦτα πρὸς Κυαξάρεω παθόντες. pro ὑπὸ Κυαξ. i. 73. λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων. pro ὑπὸ Περσέων. In nullo pretio a Persis habemur. In nullo pretio sumus apud Persas. i. 120. τετιμῆσθαι πρὸς Αἰγυπτίων. Ab Ægyptiis coli. ii. 75. κακόν τι πρὸς θεῶν λάβοι. Malum aliquod a Diis acciperet. ii. 139, 152. τὴν ἀρχὴν ἀπαιρεθῆναι πρὸς ἀδελφεοῦ. iii. 65. αἰσχρὰ πρὸς τῶν μάγων πεπονθότος. ibid. ἐπεπόνθεε πρὸς Καμβύσεω ἀνάρσια. iii. 74. καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων. A barbaris vocari. iii. 115. iv. 44, 45. v. 12, 20. vi. 106. vii. 135, 151, 153, 239, &c.

πρός τινος εἶναι. Ad aliquem pertinere. Pro aliquo facere. Alicui prodesse. ἐλπίσας πρὸς ἐωϋτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι. Oraculum illud pro se facere ratus, arbitratus. i. 75. πρὸς ἡμῶν ἐστί. viii. 60. Pro nobis facit. πρὸς ἐκείνων [ἐστί.] ibid. Pro illis facit. Vide γίνεσθαι πρός τινος.

πρὸς cum genitivo, pro ἐγγὺς, Prope. ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα. viii. 87. Ejus vero [navis] hostibus erat proxima. μάλιστα πρὸς, ἀντὶ τοῦ ἔγγιστα.

πρὸς cum genitivo loco accusativi. πρὸς μεσαμβρίης, pro πρὸς μεσαμβρίαν. Ad meridiem. iii. 107. πρὸς θαλάσσης ἐξεστρατεύσαντο. Ad mare cum copiis eductis iverunt. v. 15.

πρὸς. cum genitivo, Adversus, contra. φυλακαὶ καπέσασαν πρὸς Αἰθιόπων. Præsidia constituta fuerant adversus Æthiopes. ii. 30. πρὸς Ἀραβίων, καὶ Ἀσσυρίων. Adversus Arabes, et Assyrios. ibid. πρὸς Λιβύης. Adversus Libyam. ibid. φυλακὴν ἑωϋτοῦ ποιεύμενος πρὸς Αἰγυπτίων. Ad sui corporis tutelam præsidium adversus Ægyptios constituens. ii. 154.

πρὸς cum genitivo, pro accus. vel pro παρὰ cum dat. ἐλίπετο ἀθάνατον μνήμην πρὸς Ἑλλησποντίων. ἀντὶ τοῦ πρὸς Ἑλλησποντίους. vel παρὰ τοῖς Ἑλλησποντίοις. Immortalem sui memoriam apud Hellespontios reliquit. iv. 144. ἐπίφθονον πρὸς τῶν πλεόνων ἀνθρώπων. vii. 139. Apud plerosque mortales invidiosum.

πρὸς τὰ μέγιστα. Ion. et Herod. locutio, pro com. μάλιστα, maxime. παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα, ἀντὶ τοῦ συμφ. χ. μεγίστῃ. viii. 20. Accidit ipsis ut in maximam calamitatem inciderent.

πρὸς cum accus. loco τῆς διὰ cum eodem casu. i. 41. ed Steph. πρὸς τοῦτο τὸ κήρυγμα. pro διὰ τοῦτο τὸ κήρυγμα. Propter hoc edictum. iii. 52. πρὸς τὰ τοῦ Βαβυλωνίου ῥήματα, pro διὰ τά. Ob Babylonii verba. iii. 153. πρὸς τὴν συμφορήν, pro διὰ τὴν συμφορήν. Ob istam calamitatem. iv. 161. πρὸς ταῦτα. pro διὰ ταῦτα. vii. 163.

πρὸς τὸ παρὸν βουλεύεσθαι. In præsentia. Vel, Pro præsenti rerum statu, consultare de rebus aliquibus. i. 20. πρὸς τὰ παρεόντα. Pro præsenti rerum statu. i. 113.

προσάγειν ἔργον. Herodoteum loquendi genus a rebus bellicis petitum. Opus [ad rem peragen-

dam] admovere. Opus aliquod exsequi. Rem aliquam peragere. *ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ τὸ ἔργον προσῆγε.* ix. 92. Hæc autem simul dicebat, et opus [ad eas] admovebat. id est, Ita loquutus, rem pariter exsequi cœpit.

προσάντης, ὁ καὶ ἡ. com. Arduus. Acclivis. Adversus. Contrarius. Difficilis. Molestus. In contrarium nitens. *ἐπεί τε ὑμῖν λόγος οὗτω προσάντης κατίσταται.* vii. 160. Valla: Ceterum quoniam ista oratio vestra in contrarium nititur. Æ. P. Quoniam autem hæc mea oratio vobis adeo difficilis [et molesta] est. Lector præcedentia et sequentia Herodoti verba legat, ac perpendat, tunc facile videbit uter auctoris mentem melius intellexerit, ac expresserit.

προσβάλλειν. com. Oppugnare, militare verbum. Impetum facere. Invadere. Aggredi. *προσβάλλειν πρὸς τὸ τεῖχος.* Muros oppugnare. iii. 155, 158. *προσβάλλοντες, ἀπήλαυνον ὀπίσω.* vii. 211. [Eos] adorientes, [aggredientes, invadentes] retro repulerunt, [a se retro propulsarunt, repulerunt.] *τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλλουσαν.* ix. 25. Equitatum irruentem exceperunt. Equitatus irruentis impetum exceperunt, sustinuerunt. *προσέβαλλον πρὸς τὸ τεῖχος.* ix. 86. Ad muros adorti sunt. Muros adorti sunt.

πρόσβασις, ἡ. Accessus. *ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι.* Quo nullum homini accessum patere [ferunt.] iii. 111.

προσβολὴ, ῆς, ἡ. com. Oppugnatio. militare vocabulum. *προσβολὴν ποιεῖσθαι πέριξ τὸ τεῖχος.* Muros undique oppugnare. Oppugnationem circum muros instituere. iii. 158. *προσβολὰς καρτερὰς ποιεύμενοι.* Acriter oppugnantes. iv. 200.

προσγελᾶν τινά. Ion. et poet. pro com. *προσγελᾶν πρός τινα.* Vel, *προσγελᾶν τινι.* Alicui arridere. *τὸν λαβόντα τῶν ἀνδρῶν προσεγέλασε τὸ παιδίον.* Infans illi viro arrisit, qui eum ceperat, vel susceperat. v. 92. § 3. [Sic et apud Eurip. in Medea. v. 1159. *ἄψυχον εἰκὼ προσγελῶσα σώματος.* i. e. Inanimæ imagini arridens corporis. Intelligitur autem imago, quam in speculo cernimus. Sed Scholiastes Græcus eo loco *προσβλέπουσα* legit.]

προσγίνεσθαι. com. Accedere ad aliquem. Alicui se adjungere. *οὗτοί σφι σύμμαχοι οὐ προσεγένοντο.* Hi se socios ipsis non adjunxerunt. iv. 120. *Βουδίνων προσγενομένων.* Cum Budini se [ipsis] adjunxissent. ibid. *τότε σφι καὶ αὕτη προσεγένετο.* Tunc ipsis hæc etiam se adjunxit. v. 103, 104.

πρὸς δέ. Ion. pro com. *πρὸς δὲ τούτῳ*, vel *πρὸς δὲ τούτοις.* Præterea vero. i. 71. ii. 119. iii. 135. v. 20. *καὶ πρός.* v. 20. *πρὸς δέ.* v. 22. *καὶ δὴ πρός.* v. 67. *πρὸς δέ.* v. 124. vii. 64, 69, 72, 79. *καὶ πρός.* vii. 154. *πρὸς δέ.* vii. 166. *καὶ πρός.* vii. 184. viii. 40, 93. *καὶ πρός.* ix. 62.

προσδέκομαι. Ion. pro com. *προσδέχομαι, καὶ προσδοκῶ.* Exspecto. *οὐδὲν τοιοῦτο προσδεκομένους.* Nihil hujusmodi exspectantes. iii. 146. *οὐδὲ προσδεκόμενον κακὸν οὐδὲν πείσεσθαι.* vii. 156. Qui nullum malum se passurum exspectabat.

προσδέκεσθαι. Ion. pro com. *προσδέχεσθαι.* Exspectare. Existimare. *οὐδὲ προσεδέκοντο τοὺς Ἕλληνας προσελεύσεσθαι ἐς τὴν Ἰωνίην.* viii. 130. Nec exspectabant, [i. e. nec arbitrabantur] Græcos in Ioniam venturos. *προσεδέκοντο τὸν ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἥξειν.* ix. 6. Exspectabant exercitum ex Peloponneso venturum esse.

προσδοκέειν, εῖν. Ion. pro com. *προσδοκάειν, ᾶν.* et *προσδέχεσθαι.* Exspectare. Sperare. Putare. Existimare. *προσδοκέοντας ἀπολέεσθαι.* Se perituros exspectantes, vel

existimantes. vii. 156. (*οὐδὲ προσδεκόμενον οὐδὲν πείσεσθαι κακόν.* ibid.)

προσδόκιμος, ὁ καὶ ἡ. Qui exspectatur. *ὁ προσδοκόμενος.* com. *ἔγνωσαν στρατὸν ἀλλόθροον προσδόκιμον εἶναι Κροίσῳ.* Cognoverunt exercitum alienigenam Crœso exspectandum esse. Vel, ad Crœsum brevi venturum. i. 78. *ἐόντα προσδόκιμον.* Qui exspectabatur. iii. 123. *προσδόκιμον εἶναι ἐς τὴν Κύπρον.* Qui in Cyprum venturus exspectabantur. v. 108. *ἐπὶ Μίλητον στρατὸς ἦν προσδόκιμος.* Exercitus adversus Miletum venturus exspectabatur. vi. 6. *λέγοντες ὡς οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων προσδόκιμοι πᾶσιν εἶεν ἡμέρην.* vii. 203. Dicentes, quod ceteri socii omnes dies exspectarentur. Vel, Dicentes ceteros socios in singulos dies exspectari. Valla vero vertit, propediem exspectari. Sed vim Græcorum verborum non expressit. Galli melius Græcismum istum totidem verbis exprimunt, *Qu'on les attendoit tous les jours.* *ἐν προσδοκίμοισι κακοῖσι.* viii. 20. In malis, quæ exspectantur.

προσδόκιμός ἐστι. ix. 89. Exspectatur.

προσείκελος, η, ον. H. V. Assimilis, pro com. *ὅμοιος, προσφερής.* *τὴν Αἴγυπτον τῇ Ἀραβίῃ οὐ προσεικέλην εἶναι.* Ægyptum Arabiæ non assimilem esse. ii. 12. *τῆσι νυκτερίσι προσείκελα.* Vespertilionibus similes [feræ.] iii. 110. *κρητῆρσι προσεικέλους.* Crateribus similes. iv. 61. *τοῦ φοίνικος τῷ καρπῷ προσείκελος.* Palmæ fructui similis. iv. 177.

προσεκέατο. Ion. pro com. *προσέκειντο.* ix. 57. Vide *εατο* pro com. *ειντο.*

προσεμπικρανέεσθαι. Vide simplex *πικραίνειν.*

προσεμφερὴς, προσεμφερέστερος, προσεμφερέστατος. Vide *ἐμφερής.* Similis. iv. 2.

προσέρχεσθαι. com. idem ac *προσιέναι.* Refertur ad proventus, ac reditus, qui Gall. vocantur *Revenus.* *χρήματα, τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε.* vii. 144. Pecuniæ quæ ex metallis ad ipsos redibant.

προσεταιρίζεσθαι ἑωυτῷ τινα. Aliquem socium sibi adjungere. *ὁ Κλεισθένης τὸν δῆμον προσεταιρίζεται.* Clisthenes plebem sibi conciliat, et sociam adjungit. v. 66.

προσεταιρίζεσθαί τινα ἑαυτῷ. Aliquem sibi sodalem, socium, amicum adjungere, conciliare. iii. 70. *προσεταιρίσασθαι Δαρεῖον.* iii. 70. v. 66.

προσέχειν τοῖς γυμνασίοισι. ix. 33. Gymnicis certaminibus attentam operam dare.

προσεχὴς, ὁ καὶ ἡ. Herodoteum vocabulum. Vicinus. Attentus. Adhærescens. *οἱ προσεχέες Λίβυες.* Libyes vicini. iii. 13. *τοὺς προσεχέας.* iii. 89. [quos *πλησιοχώρους,* i. e. vicinos appellat. ibid.] *τῶν προσεχέων Αἰγύπτῳ.* Ægypto vicinorum. iii. 91, 93, 97. v. 123. vi. 14. vii. 59, 123. *τοῖσι προσεχέσι τούτοισι.* ix. 102. *τῶν προσεχέων.* ibid.

προσήκειν. com. Attinere. Pertinere. *οὐδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος.* viii. 100. Valla: Nihil ista ad Persas attinet culpa. Steph. Nullum enim rebus damnum attulerunt Persæ. Æ. P. Hæc enim clades [quam accepimus,] ad Persas nihil attinet. i. e. Cladis enim acceptæ culpa nullo modo Persis est tribuenda. Quod ex sequentibus colligitur, *ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι.* et viii. 101. *ὡς μοι Πέρσαι οὐδενὸς μεταίτιοι πάθεος εἰσι.* i. e. Quia Persæ tibi non sunt [ullius cladis] auctores. Et, Quod mihi Persæ nullius [acceptæ] cladis auctores sunt.

προσημαίνειν com. Antesignificare. *φιλέει δέ κως προσημαίνειν εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι, ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι.* vi. 27. Valla: Sed vide-

licet quoties ingentes sunt eventuræ calamitates vel civitati, vel nationi, solent signis prænuntiari. Bonus est sensus: sed genus loquendi videtur ἑλλειπτικὸν, et ὁ θεὸς subauditur, i. e. Deus autem quodammodo præsignificare, vel antesignificare, ac hominibus denuntiare solet, quoties, &c. vel Ἀττικῶς, καὶ Ἰωνικῶς, activum pro passivo προσημαίνεσθαι positum. Sed præcedentem conjecturam ipsemet Herodotus, suorum verborum optimus interpres, ita confirmat, ταῦτα μέν σφι σημήϊα ὁ θεὸς προσέδειξε. ibid. Sed hic (nisi fallor) προέδειξε legendum, ut προδεικνύναι et προσημαίνειν συνωνύμως ponantur. quam lectionem ipse sensus non solum indicat, sed etiam quodammodo clara voce flagitat. vi. 123. Infra vii. 37. Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔλλειψιν τῶν πολίων.

προσηνδραποδίσθαι. com. infin. præt. perf. et plusq. p. pas. a προσανδραποδίζομαι. Præterea in servitutem redigo, vel abstraho. viii. 29.

προσιέναι. Ad reditus ac proventus relatum. (unde πρόσοδος, ἡ. Reditus, Proventus. Gall. *Revenu.* φόρων πρόσοδος ἐπέτειος. Annuus tributorum reditus, iii. 89.) ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέναι. Statuit, vel imperavit tributa, quæ ad se redirent, quæ perciperet. iii. 89, 90. ἑπτακόσια προσῄει τάλαντα. 700 talenta [ad eum] redibant. iii. 91. χίλιά οἱ προσῄϊε τάλαντα. iii. 92. οὗτος Δαρείῳ προσῄει φόρος. Hoc tributum ad Darium redibat. Darius hoc tributum quotannis habebat. iii. 96. ἀπὸ νήσων προσῄϊε ἄλλος φόρος. ibid.

προσίεσθαι. com. Admittere. Probare. Expetere. Credere. τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσίετό μιν. Ion. et καθ' ὑπαλλαγὴν, pro τῶν μὲν δὴ οὐδὲν αὐτὸς προσίετο, v. s. Horum tamen [oraculorum] nullum ad ipsum ibat, ad ejus animum accedebat, ei placebat. pro, Nullum tamen horum ipse probabat. i. 48. pro quo, συνωνύμως, προσεδέξατο. ibid. τοῦτο οὐ προσίεμαι. Ad hoc non accedo. i. e. hoc non credo. i. 75. ξεινικὰ νόμαια Πέρσαι προσίενται μάλιστα. Peregrinorum ac externorum morum Persæ sunt studiosissimi. i. 135. οὐ προσίεντο τὴν προδοσίην. Proditionem non admittebant, non probabant, damnabant. vi. 10. τὴν διαβολὴν οὐ προσίεμαι. Istam calumniam non admitto, non credo. vi. 123.

προσίησαν. ix. 100. Si codex mendo caret, est 3. pers. plur. Ion. et poet. aor. 1. act. a προσιέω. ῶ. μ. προσιήσω. dor. α. προσίησα, ας, ε. 3. plur. προσίησαν. Alioqui dicemus esse tertiam imperfecti κατ' ἔκτασιν Ἰωνικὴν, ἀντὶ τοῦ προσίεσαν, ἀπὸ τοῦ προσίημι, τὸ προσέρχομαι. Accedo. Vel προσίεσαν legendum.

προσίσχειν. Ion. et poet. pro com. καΐλάγεσθαι. Appellere aliquo. προσίσχει τῇ Σάμῳ. V. Hom. 29. Ad Samum appulit. αὐτῇ προσίσχοντες. Ad eam [Græciam] appellentes. iii. 136. προσίσχει ἐς Κύζικον. Cyzicum appellit. iv. 76. τῇ γῇ προσίσχειν. Ad terram appellere. iv. 156. προσίσχον πρὸς τὰς νήσους. Ad insulas appulerunt. vi. 99.

προσίσχειν. Ion. et poet. Admovere. προσίσχε πρὸς τὸ δάπεδον τῆς πόλιος. Ad urbis pavimentum, vel solum, admovit. iv. 200. bis.

προσκεῖσθαί τινι. com. Alicui instare, aliquem urgere. τῷ Κύρῳ ὁ Ἅρπαγος προσέκειτο, δῶρα πέμπων. Harpagus Cyro instabat, dona mittens. i. 123. οἱ Πέρσαι τῷ οἴνῳ κάρτα προσκέαται. Persæ vino valde sunt addicti, et vino quodammodo incumbunt, imminent, i. e. valde appetunt. i. 133.

προσκεῖσθαί τινι. Herod. locutio. Alicui addici. τῷ τὸ ἐλάχιστον ἐπισταμένῳ προσέκειτο. Illi, qui minimo [auri pretio] contentus erat, [mulier] addicebatur. i. 196.

προσκεῖσθαί τινι. com. Alicui ad-

hærere, assentiri. τῷ αὐτὸς πρόσκειμαι. Cui ego assentior. iv. 11. προσκεῖσθαι variis modis acceptum. προσκέεται. Ion. pro com. προσκείται. Incumbit. Tribuitur. Convenit. τοῖσι τιμὴ αὕτη προσκέεται. Quibus hic honor convenit, vel, Quibus hic honor tribui solet. i. 118. ii. 83. τούτοις προσκεῖσθαι προξείνους ἀποδεικνύναι τοὺς ἂν ἐθέλωσι. His hunc honorem tribui proxenos creandi, quos velint. vi. 57. quinam sint πρόξεινοι, vide suo loco. τῷ προσκέετο τῶν ἀστῶν μάλιστα. v. s. Cui civium maxime adhærebat. i. e. cujus opera ex omnibus civibus maxime utebatur. vi. 61.

προσκηδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ. Apud Herod. viii. 136. accipitur pro eo, qui est affinis alicui, qui cum aliquo affinitatis vinculo est conjunctus. ὅτι οἱ προσκηδέες οἱ Πέρσαι ἔσαν. ibid. Quod Persæ cum eo affinitatis vinculo conjuncti essent. Valla vero sic locum istum vertit, Quia in eum propensi erant Persæ. Quare vocem προσκήδεες eodem modo videtur accepisse, quo docet. Eust. non raro sumi. Eum consule. Steph. Quod affinitate cum Persis junctus esset. Sed sensum, non verba exprimit. Nos utrumque præstamus.

προσκτᾶσθαι. com. Acquirere præterea. Adjungere, conciliare sibi. τὴν ἐκείνων γῆν προσκτήσασθαι πρὸς τὴν ἑωϋτοῦ μοίρην βουλόμενος. Illorum agrum ad suam ditionem adjungere cupiens. i. 73. Καρίης τὴν πολλὴν προσεκτήσαντο σφίσι. Magnam Cariæ partem sibi adjunxerunt, ad suam ditionem adjunxerunt. v. 103. vi. 44. προσκτήσασθαι τοὺς Ἀθηναίους. viii. 136. [Sperabat] fore ut Athenienses sibi adjungeret, vel conciliaret.

προσκυνέειν, εῖν. com. Adorare. προσκυνέειν βασιλῆα. vii. 136. Regem adorare.

προσλογιστέος, ὁ. N. H. Adnumerandus. Adjiciendus. Rationibus, vel numero alicui, addendus. Vulg. Lex. προσλογιστέα, adjicienda Dativo. Sed nullus auctor notatur. τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀγόμενον στράτευμα ἔτι προσλογιστέα τούτῳ τῷ ἐξηριθμημένῳ. vii. 185. Exercitus ex Europa ductus huic enumerato est præterea adjiciendus.

προσμιγνύειν, προσμιγνῦναι, προσμίξαι. com. Admiscere. Sese miscere. Manus conserere. Confligere. τοίσιν ἡ τῶν Θεσσαλέων ἵππος προσέμιξε. Cum quibus Thessalorum equitatus conflixit. v. 64. Est autem act. pro pass. προσεμίχθη, Att. vel accusat. personæ confligentis subauditur.

προσμίξαι. com. ἀντὶ τοῦ σχεῖν, καὶ προσορμίζεσθαι, ut vi. 97. Ad portum appellere. Aliquo appellere. προσέμιξαν τῇ Νάξῳ. Ad Naxum appulerunt. vi. 96. Hoc autem dicitur vel Ἰωνικῶς καὶ Ἀττικῶς posita activa pro pass. voce; vel subauditur τὰς ναῦς. προσέμιξαν τῇ Πελοποννήσῳ. Ad Peloponnesum appulerunt. vii. 168. προσέμιξε τῇ Ἀσίῃ. viii. 130.

πρόσοδος, ἡ. com. Accessus, aditus. πρόσοδον ἐποιέετο. vii. 223. Valla: E castris movit. Æ. P. Accessit. Vel, [Ad hostes] accedere cœpit. πρόσοδον ποιεῖσθαι. ix. 101. Accedere. pro quo com. dicitur προσέρχεσθαι. Sed hoc loco significatur ad pugnam, et ad congressum accessus.

προσόμουρος, ὁ καὶ ἡ. N. H. Vicinus. Confinis. Νασάμωσι προσόμουροι. Nasamonibus confines. iv. 173.

προσουδίζειν. com. Solo allidere. Humi jacere. Prosternere. τὸ παιδίον προσουδίσαι. Infantem solo sive terræ allidere. v. 92. § 3.

πρόσουρος, ὁ καὶ ἡ. H. V. [pro quo et πλησιόχωρος dicitur, vicinus. iii. 89, 97.] τὰ πρόσουρα Λιβύῃ. ii. 18. οἱ πρόσουροι Αἰγύπτῳ. Ægypto vicini. iii. 97, 102. v. 49.

προσπασσαλεύειν. com. Palis ligneis affigere. Defigere. σανίδα προσπασσαλεύσαντες, [αὐτὸν] ἀνεκρέ-

μασαν. ix. 120. Defixis [humi] asseribus, ipsum suspenderunt. Eustath. σανὶς ἰδίως ἐλέγετο, ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν, καὶ ἐν ᾗ τὰς δίκας ἐχάραττον. i. e. σανὶς pecuniari nomine dicebatur, in qua maleficos homines ligabant, et in qua judicia scribebant. Vide et vulg. Græcol. Lex. Hic tamen non asseres, at ligna longiora, trabesque videntur intelligi, quæ humi defigi, erigi, clavisque vel ferreis, vel ligneis, connecti, conjungique solent, ut fiat patibulum, in quo summo fures, latrones, aliique facinorosi homines suspenduntur. Hic enim περιφραστικῶς patibulum ab Herod. describitur. Ad tex. marginem legitur σανίδας in plur. quæ lectio longe melior. Si σανίδας pro asseribus accipias, longiores, et crassiores asseres intelliges, quos Herod. προσπασαλευθῆναι, i. e. clavis ligneis, firmitudinis causa, ne patibulum erectum concideret, inter se conjunctos fuisse dicet.

προσπλωτὸς, ἡ, ὁν. Ion. et poet. Navigabilis. Epithetum fluvii. iv. 47, 71.

προσποιεῖσθαι φίλους. Amicos sibi conciliare. φίλους προσποιήσατο. i. 6. φίλους προσποιήσατο Λακεδαιμονίους. ibid. [προσκτήσασθαι φίλους pro eodem dicitur. i. 56. et προστίθεσθαι. i. 53.]

προσποιεῖσθαι. com. pro quo et προσκτᾶσθαι. Acquirere, comparare sibi. προσποιησάμενος ξύλινον πόδα. ix. 37. Ligneo pede sibi comparato. Cum ligneum pedem sibi comparasset.

προσποιεῖσθαι. com. Subornare. προσποιέεται Κλεομένης Κόβωνα. Cleomenes Cobonem subornat. vi. 66. Quod autem hoc verbum jam ita sit accipiendum, ex sequentibus patet.

πρόσπολος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro com. θεράπων. Famulus. Minister. ii. 64.

προσπταλειν. Offendere. Cladem accipere. προσπταίσας μεγάλως. Accepta gravi, vel ingenti clade. Graviter offendere. Gravem offensionem accipere. (Sic enim Cic.) i. 16. πρὸς Τεγεήτας προσέπταισον. Apud Tegeatas cladem acceperant. i. 65. μεγαλως προσέπταισε. Gravem cladem accepit. ii. 161. iii. 40. προσέπταισον μεγάλως. v. 62. προσπταίσας πρὸς τοὺς Βρύγους. Cum cladem apud Brygos accepisset. vi. 45. μεγάλως προσέπταισαν. vi. 95. προσπταισάντων τῶν πρώτων. vii. 22. προσέπταισαν μεγάλως. vii. 170, 210. μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς. ix. 101. Valla: Ne Græcia Mardonio subjiceretur. Æ. P. Ne cladem a Mardonio acciperet. v. s. Ne circa Mardonjum offenderet.

προσπταίσας τῇ ναυμαχίῃ. ix. 107. Valla: Prœlio navali male gesto. Æ. P. Cum in navali prœlio cladem accepisset. Vel, Cum in pugna navali offendisset.

προσρεῖν. com. Affluere. Confluere. ἐκ τῶν δήμων ἄλλοι προσέῤῥεον. Ex oppidis [eo] alii confluebant, conveniebant. i. 62.

πρόσταξις, ιος, ἡ. Mandatum. Jussum. Jussus. προστάξει βασιλέος. Ctesias Pers. 45. Regis jussu.

προστάτης, ου, ὁ. Patronus. Defensor. Dux. Πέρσαι προστάτεω ἐπιλαζόμενοι, ἄσμενοι ἐλευθεροῦντο. Persæ ducem nacti, lubenter in libertatem se vindicarunt. i. 127.

προστῆναί τινι. Ante aliquem stare. Gall. *Se tenir debout devant quelqu'un.* τῷ Ἀστυάγεϊ πρόστας ὁ Ἅρπαγος. Cum Harpagus ante Astyagem stetisset. i. 129. προεστήκεε τῷ Κλεομένεϊ ἡ θυγάτηρ. Filia ante Cleomenem stabat. Vel, Filia Cleomeni assistebat, astabat. Gallice. *Elle se tenoit debout devant Cleomenes.* v. 51. Steph. ait παρεστήκεε legendum: sed nihil mutandum. Nam et ante idem loquendi genus ab Herod. videmus

usurpatum. Nunc autem eadem est hujus verbi constructio, quam et in προτιθέναι, et προπίνειν, et προφέρειν, et προλέγειν, aliisque sexcentis videmus, quæ cum accus. rei et dat. personæ construuntur. Quare nihil innovandum, nec temere textus corrumpendus, ut aliis doctiores acutioresque videamur. Alias, (quod magis receptum,) diceretur προσῆναί τινος. i.e. ante aliquem stare. Alicui astare. Verum quia προσῆναί τινος, significat etiam alicui præesse, patronum alicujus esse, principem alicujus esse; (unde προστάτης, patronus, præfectus, gubernator, princeps, et verbum προστατεῖν, patronum, præfectum, principem esse, et nomen προστασία, patrocinium, prætura, principatus;) ideo fortasse mutavit Herod. locutionis constructionem in hanc, quæ καινοπρεπεστέρα merito censetur, ut significationis ambiguitas de medio tolleretur.

προστάττειν. com. Imperare. Jubere. προσετετάχατο παρέχειν. Jussi fuerant præbere. i. 192.

προστιθέναί τί τινι. com. Imponere, imperare aliquid alicui. τό τοι προσέθηκα πρῆγμα. Rem, quam tibi imposui. Negotium, quod tibi dedi. Id, quod tibi imperavi. Gall. *La chose, de laquelle je vous ai donné charge.* iii. 62.

προστίθεσθαί τινι. com. Adjungere se alicui. Sequi alicujus sententiam. τῷ λόγῳ τῷ λεχθέντι καὶ αὐτὸς προστίθεμαι. Huic sententiæ et ego assentior. In eadem sum sententia. v. s. orationi habitæ et ego assentior. ii. 120. Vel, Iis, quæ dicta sunt, assentior.

προστίθεσθαι. Ion, et com. Addere, adjungere. εἴ τινα προσθέοιτο φίλον. pro προσθοῖτο. Si quem amicum sibi adjungeret. i. 53. προσθέηται συμμάχον, pro προσθῆται. ibid. φίλους προσθέσθαι. ibid. προσκτήσασθαι φίλους, pro eodem dicitur, i. 56. et προσποιήσασθαι. i. 6. φίλον προσθέσθαι. i. 69. iii. 74. v. 66. τῷ ἀστῷ προσθήσονται. Civi se adjungent, ei favebunt. ii. 160. ταύτῃ τῇ γνώμῃ προσέθεντο. iii. 83.

προστίθεσθαί τινι πόλεμον. Herod. locutio. Bellum alicui facere. Bellum alicui inferre. πόλεμόν οἱ προσεθήκαντο. Bellum ei fecerunt, intulerunt. iv. 65.

προστίθεσθαί τινι τί. Herod. locutio. pro com. συνιστάναι. Commendare aliquid alicui. οἱ Νάξιοι προσέθεντο Ἀρισταγόρῃ πρήσσειν ἤ δύναιτο ἄριστα. Naxii [rem] Aristagoræ commendarunt, ut [eam] gereret quam optime posset. Vel, ut quam commodissime posset, eam administraret. v. 30. Quamquam fortasse non esset absurdum, si τὸ προστίθεσθαί τινι jam sumeretur pro alicui adhærere, ac fidem habere. Sensus autem hic esset, Naxii fidem habuerunt Aristagoræ, eumque rem, quam commodissime posset, administraturum, sive confecturum existimarunt. Judicium liberum lectoribus relinquo. Præcedentia Herodoti verba nostram conjecturam videntur confirmare.

πρόσφατος, ὁ καὶ ἡ. com. Recens cæsus. Recens mortuus. Recens. νεκρὸς πρόσφατος. Recens cadaver. ii. 89. νεκροῦ προσφάτου. ii. 121. § 5.

προσφέρειν ἀνάγκην τινί. Necessitatem alicui afferre, vel imponere. Utrumque enim apud Cic. invenias. vii. 136. ἀναγκαίην οὐδεμίην ἡμῖν οἷοί τέ ἐστε προσφέρειν. vii. 172. Nullam necessitatem nobis imponere potestis.

προσφέρειν λόγον τινί. Aliquem compellare. Conditionem aliquam alicui afferre. Herodotea locutio. προσέφερε Δαρείῳ λόγον τοιόνδε. Talibus verbis Darium compellavit, iii. 134. v. 30. Ἀναξανδρίδῃ τάδε προσέφερον. His verbis Anaxandri-

den compellarunt. v. 40. οὐδὲ λόγους τῶν Πεισιστρατιδέων προσφερόντων περὶ ὁμολογίης ἐνεδέκοντο. viii. 52. Valla: Ne verba quidem Pisistratidarum conditionem deditionis offerentium admittebant. Æ. P. Ne v. q. Pis. de compositione [facienda] sibi ab ipsis oblata admittebant. Vel, Ne conditiones quidem a Pisistratidis sibi de compositione [facienda] oblatas admittebant. Vide ὁμολογίη. προσέφερε [τῷ βασιλεῖ] τὸν λόγον τόνδε. viii. 100. [Regem] ita compellabat.

προσφέρεσθαι. Apud Herod. interdum accipitur pro similem esse, Referre, repræsentare aliquid. προσφέρεσθαι ἐδόκεε ὡς ἐωϋτόν. Sui similis, vel, sibi similis esse videbatur. Ibi agitur de vultus figura. i. 116.

προσφέρεσθαί τινι λόγους. v. s. Verba alicui admovere. Aliquem compellare. Aliquem alloqui. προσηνέγκαλο αὐτῇ λόγους. V. Hom. 4. Ipsam verbis compellavit.

προσφέρεσθαι βίην τινί. Vim alicui afferre. ix. 108.

προσφερής, ὁ καὶ ἡ. V. H. idem ac ἐμφερής. pro com. ὅμοιος. Similis. ii. 105. τούτοισι προσφερές. His simile. iv. 33.

προσφιλής. com. Gratus. Carus. Dilectus. προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλεῖ. Grati fuerunt regi. i. 163. τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες ἐγένοντο. ibid.

πρόσφορος, ὁ καὶ ἡ. com. Commodus. Aptus. Conveniens. Utilis. τὰ πρόσφορα ἔχειν. Res, quæ [nobis] conducunt, habere. iv. 14. τὰ πρόσφορα τῇ στρατιῇ. Res exercitui convenientes, conducentes, utiles, necessariæ. vii. 20.

προσφυέως. Ion. et poet. pro com. προσφυῶς. Apte. Concinne. Scite. Ingeniose. i. 27.

προσχεῖν, ἀντὶ τοῦ προσσχεῖν, altero σ suavitatis gratia sublato, ut in δισύλλαβος, pro δισσύλλαβος. Appellere. ἐς Τύρον προσχόντας. Ad Tyrum appulisse. i. 2. προσχούσας. ii. 182. προσχόντων ἐς τὴν Σάμον. Cum Samum appulissent. iii. 48. πρὸς τὴν Σίφνον προσέσχον. iii. 58. προσχόντες. Ad littus appulsi. iv. 42. προσχόντας ἐς Λῆμνον. iv. 145. προσέσχε ἐς τὴν Θήρην. et προσχόντι. iv. 147. vi. 33. προσέσχον ἐς Κάρυστον. vi. 99, 119. προσχόντες τὰς νῆας, ἀπέβησαν ἐς τὸν αἰγιαλόν. ix. 99. Cum naves [ad littus] appulissent, in littus descenderunt. προσέσχεν εἰς τὴν Ἰθάκην. V. Hom. 8. Ad Ithacam appulit.

προσχέσθαι. Herod. verbum, pro com. πρυτείνειν, προτίθεσθαι, καὶ προσφέρειν. Offerre. Proponere. Gall. *offrir, faire des offres, présenter.* τὰ προέσχοντο. Lat. interp. vertit. Eorum postulata. Sed vertendum, Ea, quæ proposuerant. Conditiones, quas proposuerant, ac obtulerant. i. 141.

πρόσχημα, τό. com. pro quo et πρόφασις. Prætextus. Speciosa causa. vi. 44, 133. πρόσχημα ποιεύμενος ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει. Per speciem Athenas armis petendi. Vel, Simulans se adversus Athenas ire. Gall. *Faisant semblant d'aller contre la ville d'Athenes.* vii. 157. πρόσχημα ἡμέας ἐξαιτέονται. ix. 87. Valla: Per causam deposcendi nos. Æ. P. Per speciosam causam nos deposcunt. Subauditur autem κατά.

πρόσχημα, τος, τό. com. Eximia species, q. d. προέχον σχῆμα. Decus. Ornamentum. κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἡ Μίλητος τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα. Eodem tempore Miletus erat Ioniæ decus, et ornamentum. v. 28. Valla perperam vertit, eratque Ioniæ prætextum. Ut enim concedam alias hoc vocabulum hanc habere significationem, hoc tamen loco nullo modo hæc significatio tolerari potest.

προσχρήζειν. Vide simplex χρήζειν. προσχωρεῖν πρὸς τὰς ἀνθρωπηίας γνώμας. viii. 60. Ad humanas

sententias se accommodare. Vide γίνεσθαι, succedere.

πρόσχωρος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. Accola. Vicinus. μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων. ix. 15. Accolas Asopiorum accersiverunt.

πρόσω. Ion. et poet. Ultra. Longe. Procul. pro com. πόρρω. ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός. Cum nox jam esset progressa. ii. 121. § 4. iii. 25, 56, 77. ἐνέμετο πρόσω. Porro, longe grassabatur. iii. 133. ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος αἱ ἀγαθουργίαι ἐν Πέρσῃσι κάρτα τιμῶνται. Beneficia apud Persas ad honorum incrementa consequenda multum valent. iii. 154. iv. 123, 196. v. 13. vii. 30.

προσώτατα. Ion. pro com. πορρωτάτω. Longissime. ii. 103. iv. 43.

προσωτέρω. Ion. pro com. πορρωτέρω. Ulterius. Longius. ii. 103, 175. iii. 45. iv. 7, 16. v. 10. τὸ γὰρ προσωτέρω, πᾶν δεινὸν ἦν τοῖς Ἕλλησι. viii. 132. Quicquid enim ulterius erat, id omne Græcis erat formidabile.

προτεραῖος, ου, ὁ. com. pro quo dicitur et πρότερος. Prior. Præcedens. τῇ προτεραίῃ τῆς ὑστάτης καταστάσιος μελλούσης ἔσεσθαι. ix. 9. Valla: Pridie quam jam ultimum concilium fieret. Verba sonant, Die præcedente ultimum concilium, quod erat habendum. τῇ προτεραίῃ sub. ἡμέρῃ (τῇ ὑστεραίῃ.) ix. 8.

προτερεῖν. com. Præire. Præcedere. Anteire. προτερεόντων τῶν σὺν Παυσανίῃ. ix. 57. Pausaniæ militibus præeuntibus, [præcedentibus, et jam ante ceteros abeuntibus.] προτερεύων τῆς ὁδοῦ. ix. 66. vel [ut in margine scribitur] προτερέων τῆς ὁδοῦ. Itinere præcedens. Præcedens in itinere faciendo.

πρότερον πρὶν ἤ. Ion. et poet. locutio, pro simplici πρὶν ἤ. Prius quam. οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. viii. 8. Non prius emersit, quam ad Artemisium pervenit.

προτιθέναι. com. ἐς μέσον σφι προετίθεε τὸ πρῆγμα. Rem ipsis in medium proposuit. i. 206. τούτοις προθεῖναι δαῖτα. His convivium proponere. i. 207.

προτιμᾶν. com. Pluris æstimare. Pluris facere. Anteponere. τὸν ἂν ἐγὼ προετίμησα μεγάλων χρημάτων. Quem ego magnæ pecuniarum copiæ anteposuissem. i. 86. προτιμῶντες καθαροὶ εἶναι, ἢ εὐπρεπέστεροι. Puri, quam decori, esse malentes. ii. 37. προτιμῶν πολλοῦ ἐμοὶ ξεῖνος γενέσθαι. Multi faciens se jus hospitii mecum contrahere posse. iii. 21.

προτοῦ. com. Prius. Ante. q. d. πρὸ τούτου τοῦ χρόνου. ut v. 83. Ante hoc tempus. i. 103, 122. μᾶλλον ἢ προτοῦ. Magis quam ante. v. 55, 75, 87, 88. vii. 16. ix. 1.

πρόφασις, ἡ. Prætextus. Speciosa causa. κατὰ θεωρίης πρόφασιν. Per contemplationis speciem. i. 29. ii. 161. iii. 36. iv. 135, 145. vii. 150. ἐπὶ προφάσιος. Per prætextum.

πρόφαντον, ου, τό. N. H. sunt qui substantive sumant pro oraculo, quod aliquid alicui προφαίνει, καὶ προλέγει, i. e. præmonstrat, et prædicit. Quod non rejiciendum. In vulgatis Lexicis, Herodoti locus mutilus affertur, nec liber notatur. Sed adjectivum potius videtur. Sic enim Herod. v. 63. ὡς αἰεί σφι τὠὐτὸ πρόφαντον ἐγένετο. ἀντὶ τοῦ προεφαίνετο, προελέγετο. Quia semper ipsis idem præmonstrabatur, prædicebatur, aperte dicebatur. πρόφαντον γίνεσθαι, προφαίνεσθαι, προλέγεσθαι, φανερῶς λέγεσθαι, δηλοῦσθαι. verbum προφαίνειν habemus infra vii. 37. unde τὸ πρόφαντον deductum. Πρόφαντα δὲ σφι ἔν τε Δωδώνῃ, καὶ ἐν Δελφοῖσι ἐγίνετο. ix. 93. Valla: Erant autem illis pecora et in Dodona, et in Delphis. Unde

patet Vallam in codicem incidisse, qui pro *πρόφαντα*, habebat *πρόξατα*. Quamvis autem *περὶ προξάτων* hic ab Herodoto verba fiant, non est tamen necesse vulgatam lectionem mutare, cujus hæc est interpretatio. Dodonæ autem, et Delphis [hæc mala] ipsis declarata sunt. Sensus, Dodonæum autem, et Delphicum oraculum hæc mala ipsis eventura prædixit. Quod sequentibus Herodoti verbis confirmatur. *τὰ μὲν χρησήια ταῦτά σφι ἐχρήσθη*. Quæ vero mala significarunt oracula? *τὴν τῶν προξάτων, καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν καρπῶν ἀφορίαν*. Qua de re supra.

προφέρειν pro *διαφέρειν*. Excellere. Præstare. *εἶρια καλλονῇ προφέροντα*. Lanæ pulcritudine præstantes. iii. 106. *πλούτῳ καὶ εἴδεῖ προφέρων Ἀθηναίων*. Opibus, et forma præstantissimus Atheniensium. vi. 127.

προσφέρεσθαί τινι. Herodotea locutio. pro qua alias *συμβάλλειν τινὶ* dicitur. Cum aliquo dimicare, confligere. *Πέρσῃσι προσφέρεσθαι*. Cum Persis dimicare, confligere. v. 109, 111. *προσοισόμενοι τοῖσι ἐχθροῖσι*. Cum inimicis congressuri. vi. 101. *προσφέρεσθαι εὔποροι*. ix. 49. Valla: Comminus pugnare insueti. Steph. Valla sequutus est antiquorum codicum lectionem, in quibus *ἄποροι* pro *εὔποροι* scribitur. Æ. P. Ad congressum expediti. Vel, Ad pugnandum expediti. Vel, Ad hostem pugna comminus infestandum expediti. Illic enim agitur de sagittariis, qui ex equis sagittas in hostem jaculabantur, quos Herodotus eadem linea vocat *ἱπποτοξότας*, qui propter equos, quibus vehebantur, ad hostem sagittis comminus infestandum expeditiores erant, quam pedestres sagittarii. Ad hostem enim et celerius accedere, et ab eo celerius recedere, equis vecti poterant.

προφητεύειν. com. Prophetam, vel Vatem esse. Prædicere. Vaticinari. *οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ*. vii. 111. Qui sunt templi prophetæ, sive vates. Qui in templo sunt prophetæ, qui vaticinantur.

προφράζειν. Herodoteum verbum, pro com. *προλέγειν*. Prædicere. *πᾶν ἄν σοι προεφράζομεν*. Rem totam tibi prædiceremus, ac aperiremus. i. 120.

προφυλάσσειν. com. Ante aliquem locum excubias agere. Pro statione excubias agere. *εἶλε τὴν προφυλάσσουσαν ἐπὶ Σκιάθῳ τὴν Αἰγιναίην*. viii. 92. Valla: Illam videlicet, quæ speculatoriam in Sciatho Ægineticam ceperat. Æ. P. Cepit illam Ægineticam [navem,] quæ ad Sciathum pro statione stabat, [et excubias agebat.]

προχοή, ῆς, ἡ. idem ac *πρόχοος, ους, ου, ὁ*. De quo Eustath. Urna. Urceus. Ctesias Indic. 4.

πρόχυσις, ἡ. Ion. et poet. ac Herodoteum vocabulum. Profusio. Dictum et de rebus siccis. *οὔτε οὐλὰς κριθῶν πρόχυσιν ἐποιέετο θεῶν οὐδενί. ἀντὶ τοῦ, οὔτε οὐλὰς κριθῶν προέχεεν οὐδενὶ θεῶν*. Neque molas hordei ulli Deo profundebat. Nulli Deo molis hordei salsis rem sacram faciebat. i. 160. Alludit autem Herodot. ad *Οὐλοχύτας*, quod apud Homerum passim occurrit. *Οὐλοχύται δὲ κατὰ τὸν Εὐσάθιον, προθύματά τινα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐξ οὐλῶν, ἤγουν κριθῶν ἁλσὶ μεμιγμένων, ἅπερ εὐχαριστοῦντες, ἢ εὐφορίαν οἰωνιζόμενοι, οἱονεί τινας ἀπαρχὰς ἐπέχεον τοῖς βωμοῖς*. Vide et *οὐλαί*, unde *τοὺς οὐλοχύτας* dictos esse constat. *πρόχυσις τῆς γῆς*. Terræ profusio. Terra profusa. ii. 5, 12.

πρύμνη, ης, ἡ. Ion. pro com. *πρύμνα, ης*. Puppis. *ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο*. viii. 84. Valla: Quum

inhiberent remos. Bud. Quum in puppim inhiberent ut appulsuri. Æ. P. In puppim remigabant. Pro quo *συνωνύμως* dicitur et *πρύμνην ἀνακρούεσθαι*. Ὦ δαιμόνιοι, *μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε*; ibid. Valla: O dæmonii, quousque remos inhibebitis? Æ. P. O miseri, quousque in puppim adhuc remigabitis? Si codex sanus, *τὸ ἔτι* sic vertendum. Alioqui *ἐπὶ πρύμνην* legendum, ut et ante. Illud vero *ἀνακρούεσθε* dictum est *κατὰ χρόνου ἐναλλαγήν. ἀντὶ τοῦ, ἀνακρούεσθε*; Quid sit *πρύμναν κρούεσθαι* docet Græcus Thucydidis Scholiastes l. 1. p. 17. annot. ω. et p. 18. lin. 3. annot. δ. (ed. Steph.) dum explicat illa textus Græci verba, *οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο. πρύμναν κρούεσθαι* (inquit ille) *ἐστὶ τὸ κατ' ὀλίγον ἀναχωρεῖν, μὴ στρέψαντα τὸ πλοῖον. ὁ γὰρ οὕτως ἀναχωρῶν, ἐπὶ τὴν πρύμναν κωπηλατεῖ. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα μὴ δόξωσι φανερῶς φεύγειν, οὕτω κατ' ὀλίγον ὑπαπιόντες, ἢ ἵνα μὴ τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις δόντες, ῥᾷον τιτρώσκωνται.* i. e. *πρύμναν κρούεσθαι* significat paulatim recedere, [pedetentim se recipere,] non converso navigio. Qui enim sic recedit, [ac ita se recipit,] in puppim remigat. Hoc autem [viri nauticarum et militarium rerum periti] faciunt, ne palam fugere videantur, sic sensim, [et pedetentim] abeuntes, [atque se subducentes,] aut ne hostibus terga dantes, [ab ipsis] facilius vulnerentur. Inhibere vero remos, et remigium, si pro cohibere, retinere, et sustinere sumas, est id, quod a Thucydide *τὴν εἰρεσίαν ξυνέχειν* dicitur. quod alias *συνωνύμως τὰς κώπας ἐπέχειν* diceretur. (*ἐξορμᾷν τὴν ναῦν.*) Cic. ad Atticum. l. 13. Ep. 21. verbum hoc aliter accipit. Sic enim illic: *Inhibere* illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum. quamquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges jussi. Id non esse ejusmodi didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab *ἐποχῆς* remotissimum est. Ubi legendum, Id ab *ἐπέχειν* remotissimum est, vel *ἀπὸ τῆς ἀποχῆς*. Hanc lectionem ipsa Græcæ linguæ constructio flagitat.

πρυτανήϊα λευκά τινα, πότε, καὶ διὰ τί, ἐλέγετο. iii. 57.

πρωΐιος, ὁ. com. Matutinus, a *πρωΐ*. Mane. Consule Eustath. *περὶ δείλην πρωΐην.* viii. 6. Circa crepusculum matutinum. Circa diluculum.

πρωΐιος, ου, ὁ. com. Matutinus. Qui mane, qui mature, qui cito aliquid facit. *ὁ Ξέρξεω ναυτικὸς στρατὸς ἔαρος ἐπιλάμψαντος, πρωΐιος συνελέγετο ἐς Σάμον.* viii. 130. q. d. Navalis exercitus Xerxis, cum ver illuxisset, vel apparuisset, festinus, sive celer, in Samum conveniebat. i. e. Primo vere confestim ad Samum [insulam] convenire cœpit. *πρωΐιος*, et *πρωΐμος* (*ὄψιμος.*) Festinus, celer. (Tardus, serotinus.)

πρῶτον χρημάτων πάντων. Ante res omnes. Sic et Gallice, *Devant toutes choses.* vii. 145. In primis.

πταίειν. Vide *προσπταίειν.*

πταίρειν. com. fut. *πταρῶ.* aor. 2. *ἔπταρον.* Sternutare. *καί οἱ ἐπῆλθε πταρεῖν.* Eique accidit, ut sternutaret. vi. 107.

πταῖσμα, τος, τό. Calamitas. Clades. Cicero belli offensionem appellat. vii. 149.

πτεροῦν, μ. πτερώσειν. com. Alas addere. Alas adaptare. Pennis instruere. Pennas accommodare. *πτερώσαντες τὸ βιβλιόν.* viii. 128. Cum libello alas accommodassent,

[addidissent, adaptassent.] Vel, Cum literis illis pennas, [et alas] addidissent, vel adaptassent, [ita demum eas in locum, de quo convenerat inter ipsos, emittebant.] Vel, Literas illas pennis adaptatis alligatas ejaculabantur.

πτώσσειν. Ion. et poet. pro com. φοβεῖσθαι. Formidare. Metuere. Timere. ix. 48. Varias hujus verbi significationes apud Eustathium vide. Consule et Suidam.

πυγών, πυγόνος, ὁ. com. Cubitus. ii. 175.

πύελος, ου, ἡ. Urna. Urceus. Vas, in quo servatur aliquis liquor. τὴν πύελον ἐλαίου οὐκ ἴσχυσε πληρῶσαι. Ctesias Pers. 21. Urnam oleo replere non potuit.

πυλαγόραι, ῶν, οἱ. vii. 214. com. et πυλαγόροι, ων, οἱ. vii. 213. Dicebantur legati, qui a singulis Græciæ civitatibus ad Amphictyonum concilium, quod ad Thermopylas habebatur, nomine publico, et de repub. acturi mittebantur. Vide πυλαία apud Suidam, et alios. [Hinc τὸ πυλαγορεῖν, τὸ ἐν τῇ Πυλαίᾳ ἀγορεύειν, ἢ ἐν τῇ Πυλαίᾳ αἱρεῖσθαι, Demosth. περὶ στεφάνου. p. 279. ed. Reisk. ἡ πυλαγόρου εἶναι. Consule nostrum Græco-lat. indicem in omnes Græcos oratores.] ὑπὸ τῶν πυλαγόρων τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομένων οἱ φυγόντι ἀργύριον ἐπεκηρύχθη. vii. 213. Valla: Cujus profugi Pylagoræ Amphictyones apud Pylæam congregati caput pecunia licitati sunt. Æ. P. Quem profugum Pylagoræ Amphictyones ad Pylæam congregati, pecunia in ejus caput per præconis vocem statuta, proscripserunt. Vel, Et in ipsius profugi caput a Pylagoris Amphictyonibus ad Pylæam congregatis pecunia per præconis voce est constituta, [si quis scilicet ipsum vel vivum, vel mortuum, ad ipsos adduxisset, aut etiam interfecisset, ubicumque terrarum eum nactus fuisset.] οἱ τῶν Ἑλλήνων πυλαγόραι οὐκ ἐπὶ Ὀνήτῃ τε καὶ Κορυδαλῷ ἀργύριον ἐπεκήρυξαν. vii. 214. Valla: Pylagoræ Græcorum non Onetæ et Corydali caput licitati sunt. Vide ἐπικηρύσσειν ἀργύριόν τινι.

Πυλαίη, ης, ἡ. Ion. pro com. Πυλαία, ας. Amphictyonum concilium, quod ad Pylas, sive Thermopylas haberi solebat. vii. 213. Vide Suidam, et vulgata Lexica. Consule et nostrum Græco-latinum indicem in omnes Græcos oratores.

πυλουρὸς, ὁ. Ion. pro com. πυλωρός. Portæ custos. Janitor. iii. 72, 118, 140.

πυλωρὸς, idem ac πυλουρός. iii. 77, 156.

πυνθάνεσθαι. Sciscitari. Quærere. Audire. Intelligere. com. τὰ θεοπρόπια ἐπύθετο ὁ Κροῖσος. Crœsus oracula audivit. i. 54. πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος. Cum illorum numerum intellexisset. ibid. ταῦτα πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος. Cum Crœsus hæc omnia audiret. i. 69. τὸν πάντα λόγον τῶν πομπῶν πυθέσθαι. Rem totam intellexisse ex iis, qui ipsum deduxerant. i. 122. πυθέσθαι μοι δοκέει Μελάμπους τὰ περὶ τὸν Διόνυσον παρὰ Κάδμου. Melampus mihi videtur ex Cadmo audisse quæ ad Dionysum pertinent. ii. 49. τὸ τῆς Χέμμιος οὔνομα πεπυσμένον παρὰ τῆς μητρός. Audito Chemmios nomine ex matre. ii. 91. ἐπυνθάνοντο τῶν Ἠλείων. Eleos interrogarunt. ii. 160.

πυργοῦν. fut. πυργώσω. Ion. et poet. In altum tollere. Turris instar erigere. com. dicitur ὑψοῦν. Consule Suidam. Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μηδ' ὀρύσσετε. Latin. interpres, Isthmum neque aggerate, neque fodite. Pro neque aggeribus excitatis munite, neque fodite. i. 174. [Apud. Hom. Od. Λ. v. 262. πυργοῦν accipitur pro tur-

ribus exstructis circumdare, ac munire. Οἱ πρῶτοι Θήβης ἔδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο, Πύργωσάν τ'. ἐπεὶ οὔ μεν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο Ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην.

πυρὶ νέμειν. Vide νέμειν πυρί. vi. 33.

πυρίη, ης, ἡ. Ion. pro com. πυρία. Fotus. Fomentum. Suffitus ex aliquibus aromatibus, ac odoribus accensis igne. iv. 75.

πυρπολέειν, εῖν. et πυρπολέεσθαι, εῖσθαι. Ion. et poet. pro com. καίειν, καὶ πυροῦν. Incendere. Cremare. Flammis vastare. ἀγγέλλων πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. viii. 50. Nuntians [barbarum] ipsam [Atticam] totam igne vastare.

πυρφόρος, ου, ὁ. com. Ignifer. Qui fert ignem. Valla: Sacrificulus. viii. 6. Quod non temere damnandum. Sic enim alias εἰδικώτερον hoc accipi potest, ut sacrificulorum munus indicetur, quod in sacrificiis faciendis exercebant, quæ ministerium ignis requirebant.

P.

Ῥαδινάκην οἱ Πέρσαι καλέουσι τὸ ἔλαιον. vi. 119.

ῥαπίζειν. com. Virgis cædere. vii. 35. [Sic et apud Matthæum accipitur pro virgis, vel bacillis cædere. cap. 26. vers. 67.] ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανισάμενοι ῥαπίζονται. viii. 59. Valla: In certaminibus ii, qui ante alios surgunt, colaphis cæduntur. Æ. P. Virgis cæduntur, sive bacillis feriuntur. Quamvis autem Valla suam versionem alibi tueri commode possit, hic tamen (nisi me fallit judicium) eam defendere probabiliter non potest. Sed eum Suidas ad hoc verbum ita vertendum videtur impulisse. Sic enim ille, Ῥαπίσαι. πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί. ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόρρης. At idem ait ῥαπὶς, ῥάβδος. unde ῥαπίζειν, τὸ ταῖς ῥαπίσι, τουτέστι ῥάβδοις δέρειν, καὶ τύπτειν. Virgis, baculis, bacillis cædere, percutere, ferire. Quod fiebat ab illis, qui (ut Jul. Pollux lib. 4. cap. ult. ἐν τῷ περὶ ἱερῶν ἀγώνων, fuse docet,) μαστιγονόμοι, καὶ ῥαβδοῦχοι, καὶ ῥάβδῳ κοσμοῦντες, καὶ μαστιγοφόροι, vocabantur. Horum munus erat, spectatores in officio continere. Suidas: Ῥαβδοῦχοι ἦσαν ἐπὶ τῆς θυμέλης ῥαβδοφοροι τινὲς, πρὸς εὐταξίαν τῶν θεατῶν. ἢ, ῥαβδοῦχοι, οἱ κριταὶ τοῦ ἀγῶνος, οὓς αἰσυμνήτας λέγουσιν. Vide Eustath. in voce ῥάπις, ῥάπιδος. et in χρυσορράπις Ἑρμῆς. Item in ῥάβδος, et ῥαβδοῦχος.

ῥάπτειν φόνον ἐπί τινι. v. s. Suere cædem adversus aliquem. i. e. Cædem ei moliri. Mortem alicui machinari. οἱ βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησι ἀνδράσι φόνον ἔρραψαν. ix. 17. Barbari cædem Græcis moliti sunt. Barbari mortem Græcis machinati sunt.

ῥέεθρον, τό. Ion. pro com. ῥεῖθρον. Alveus. Fluentum. Fluxus. ποταμὸς ἐκτραπόμενος ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥεέθρων. Fluvius ab antiquo, pristinoque alveo aversus, et alio traductus. i. 75, 186, 191. ii. 11. ποταμὸν τὸ ῥέεθρον ἐπιλιπόντα. Fluvium, qui suum alveum deseruit. vii. 58, 130. ix. 51.

ῥεούμενοι ἰδρῶτι. Herodoteum loquendi genus. Sudore fluentes. vii. 140.

ῥεῦμα, τος, τό. com. Fluxus. ῥεύματα ἰσχυρὰ κατὰ θάλασσαν ὡρμημένα. viii. 12. Impetuosi aquarum fluxus in mare delati.

ῥήγνυσθαι. De verbis sæpe dicitur, quæ initio quidem intra dentium claustra præ metu continentur, tandem vero propter animi impatientiam, aut propter injuriæ, periculique majoris, magnitudinem, cum quodam impetu hinc erumpunt. Vide ἐξερράγη. viii. 74.

ῥηϊδίως. Ion. et poet. pro com.

ῥᾳδίως. Facile. a nomine ῥᾴδιος, unde ῥᾴδιος κατὰ κρᾶσιν. a ῥαΐδιος vero, verso α in η, fit ῥηΐδιος Ionic. a quo ῥηϊδίως deductum.

ῥῆξαι φωνήν. Ion. et poet. Rumpere vocem. Sic enim et Virgil. Æn. ii. v. 129. Composito rumpit vocem, et me destinat aræ. Idem Æn. lib. xi. v. 377. Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces. Hoc autem proprie significat vocem magna cum vi, magnoque cum impetu emittere. ὑπὸ δέους, καὶ κακοῦ ἔῤῥηξε φωνήν. Præ metu, maloque, vocem rupit. i. 85. ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι. quam vocem rupturi essent. ii. 2. φωνὴν ῥήξας. v. 93.

ῥῆσις, ἡ. com. Dictio. Mandatum. ἔπεμπον ἀπερέοντα Κύρῳ Λακεδαιμονίων ῥῆσιν. Miserunt qui Cyro Lacedæmoniorum mandatum referret. i. 152. ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις. Scytharum responsum. vel, Mandata a Scythis responsi loco missa. iv. 127.

ῥητὸς, ἡ, όν. com. Dictus, a, um. Statutus. Præscriptus. Certus. ἐς χρόνον ῥητὸν παρεῖναι. Ad diem dictam, ad diem statutam, et certam, adesse, præsto esse. i. 77.

ῥηχίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ῥαχία, ας. Galen. in Exeg. apud Hippocr. Inundationem exponit. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ῥηχίη οἷον πλημμύρα τὶς ἐστιν. Nam (inquit ille) ῥηχίη velut quædam exundatio dicitur. Suidas, Ῥαχίαν, οἱ Ἀττικοὶ, τὴν ἀκτὴν, καὶ τὸν τόπον αὐτὸν, ὦ προσαράττει τὸ κῦμα. Θουκυδίδης οὕτως. οἱ δὲ Ἴωνες τὴν ἄμπωτιν, καὶ τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης. Etymol. Ῥαχία, ἐστὶ πετρώδης τόπος, περὶ ὃν περιῤῥήγνυται ἡ θάλασσα, καὶ ὁ κλύδων, καὶ ἡ θαλάσσης ὁρμὴ, ὅθεν τὸ νώτιον ὀστῶδες ῥαχὶς καλεῖται, ὡς ἀπὸ τῆς ῥαχίας τῆς πέτρας. Consule Thucyd. Græco-lat. indicem. Herod. viii. 129. τὴν ῥηχίην, καὶ τὴν πλημμυρίδα, συνωνύμως posuit pro maris æstu, et restagnatione, sive maris exundatione. Gallice, *Débordement d'eau.*

ῥηχὸς, οῦ, ὁ. N. H. (pro quo com. ῥαγμὸς, οῦ, ὁ. vii. 142.) ἡ ἀκρόπολις ῥηχῷ ἐπέφρακτο. Arx vallo septa erat.

ῥιζοῦν. com. Proprie dicitur de arboribus, quæ radices in terram altius agunt, ac proinde se corroborant, et confirmant. μεταφορικῶς Confirmare. Stabilire. Corroborare. τὴν τυραννίδα ἐῤῥιζωμένην ἔχειν. Tyrannidem stabilitam, bene fundatam, firmatam habere. i. 60. ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα. Tyrannidem stabilivit. i. 64.

ῥῖπος, εος, ους, τό. V. H. Crates. κατερῤῥαμμένη ῥίπεϊ καλάμων. ii. 96. Valla: Putaminibus arundinaceis strata. Stephanus, ex arundinum resegminibus consuta. Sed Herodotus hic θύρην κατερῤῥαμμένην ῥίπεϊ καλάμων videtur appellare Crates ex resectarum, ac abjectarum, arundinum ligaminibus, vinculisque, ad januæ similitudinem, vel formam, et magnitudinem, conflatas, atque consutas. Sic etiam in sequentibus θύρης nomen accipiendum, pro Cratibus sc. ad januæ formam compactis.

ῥιπτέειν, εῖν. Atticum, Ion. et poet. pro com. ῥίπτειν. Jacere. Projicere. iv. 188. ἀναῤῥιπτεῖν κινδύνους. Pericula suscipere. Periculis caput objicere. vii. 50. ἐῤῥίπτεον ἑωϋτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω. viii. 53. Se ipsos de muro deorsum projiciebant.

ῥίψ, ῥιπὸς, ὁ. Ion. ac poet. Flexile vimen. Ramus salignus. Ῥιπὶ κατασεγάζουσι [τὸν νέκυν.] Cadaver salignis ramis contegunt. perperam enim Valla vertit, pallio contegunt. iv. 71. Alias sic appellari possunt quævis arborum folia, quæ jaciuntur. Consule Eustathium in voce ῥίψ.

ῥοιὴ, ῆς, ἡ. Ion. pro com. ῥοιά. Malum granatum. iv. 143.

ῥύεσθαι. Ion. et poet. pro com.

φυλάττειν. Custodire. Tueri. τὴν σφετέρην χώρην ῥυόμενοι. vii. 217. Suum agrum tuentes. τὴν Ἑλλάδα ῥυόμενον. viii. 114. Qui Græciam tuebatur.

ῥύεσθαι. Ion. et poet. pro com. ἐλευθεροῦν. σώζειν. εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι. Si quis deorum ipsum esset liberaturus ne vivus cremaretur. i. 86. Ῥύσασθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. Ipsum ex præsenti malo liberare. i. 87. ῥύσασθαι. iii. 119. τούτους ἐῤῥύσατο. Hos liberavit. Hos servavit. iii. 132. ῥυοίατο, pro ῥύοιντο. Custodirent, vel, servarent. iv. 135. τινὰς ἐῤῥύσαντο. Quosdam liberarunt, vel servarunt. iv. 164. ῥύονται σφεας. Ipsos servant. iv. 187. ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ τῆς δουλοσύνης. Ionas ex servitute eripite. v. 49. τὴν ἀκρόπολιν ἐῤῥύετο. Arcem custodiebat. Arcem tuebatur. v. 100. Συρηκοσίους οἱ Κορίνθιοι ἐῤῥύσαντο. vii. 154. Syracusanos Corinthii servarunt. Καί σε ἐγὼ ῥύσασθαι οὐ δυνήσομαι. viii. 65. Et ego te liberare, vel mortis periculo eripere, non potero. ἐῤῥύσατο. viii. 90. ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης. ix. 90. Græcos ex servitute liberare.

Σ.

Σ non solum Dorice, sed etiam Ionice in δ sæpe verti, ut ὀσμή. Odor. quod com. ὀδμή. quod Doric. et Ion. vide suo loco. i. 80. sic in verbis, κεχώρισαι, hinc Ionica tertia plur. κεχωρίδαται. i. 140. fit enim a 3. sing. κεχώρισαι, inserto α. κεχωρίσαται, verso σ in δ, κεχωρίδαται. ἴδμεν, pro ἴσμεν. Scimus. i. 142, 178, 193. ii. 12, 157. vii. 111.

σάγαρις, ιος, ἡ. H. N. Gladius Persicus. bipennis, aut ensis, quo Amazones utebantur. iv. 5. Alii securim vocant. iv. 70. Herodotus, vii. 64. de Scythis verba faciens, dicit, ἀξίνας καὶ σαγάρεις εἶχον. id est, Bipennes et gladios habebant. Valla tamen ἀξίνας vertit, Dolabras, et σαγάρεις, bipennes. De his consule Suidam.

σαγηνεύειν. H. V. Quod proprie significat retibus sive verriculis irretire, circumdare, capere; metaphorice vero, diripere. Τὴν Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι. Cum Samum diripuissent Persæ. iii. 149. οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους. σαγηνεύουσι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Barbari tanquam sagena, sive verriculo, circumdabant, atque capiebant homines. Sic autem eos tanquam sagena, sive verriculo, circumdatos capiunt. vi. 31. quod συνωνύμως dicit Herodotus, ibid. ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους.

σακκέειν, εῖν. V. H. pro quo com. σακκίζειν, et σακκελίζειν dicitur. Per saccum transmittere, et excolare. γενικῶς vero sumitur pro excolare, quod ὑλίζειν, et διυλίζειν alias appellatur. percolare. per colum transfundere. Gaza, et post eum Hermolaus, saccelare vertit. qua de re pluribus in vulgatis Lexicis. σακκέουσι ἱματίοισι. Vestibus excolant. Excolandi gratia per vestes transmittunt. iv. 23.

σᾶν. Δωριέες τὸ σᾶν καλέουσι, Ἴωνες δὲ σίγμα. i. 139.

Σαρδών, ῶνος, ἡ. Ion. et poet. pro com. Σαρδώ, όος, οῦς. Vel Σαρδών, όνος. Σαρδὼ νῆσον μεγίστην. Dictum κατ' ἀποκοπήν, pro Σαρδῶνα. v. 106, 124. vi. 2.

σαρκίζειν. V. H. Sed nec a Valla, nec ab ullo alio, quod sciam, hujus verbi significatio declaratur. μετὰ δὲ, σαρκίσας βοὸς πλευρῇ, δέψει τῇσι χερσί. ὀργίσας δὲ αὐτὸ, ἅτε χειρόμακτρον ἐκτηται. iv. 64. Valla: Deinde pellem detrahit, et ubi sicut bovis corium manu-

bus mollivit, tanquam mantile possidet. Sed hæc a verbis Græcis valde sunt remota, nec quid σαρκίζειν, nec quid ὀργίζειν hoc loco significet, aperte declaratur: quid etiam sibi velint hæc βοὸς πλευρῇ, non indicatur. Ego vero, nisi fallor, existimo τὸ σαρκίζειν hic idem esse ac τὸ σαρκάζειν, quod magis usitatum. σαρκάζειν autem interdum accipitur pro, carnes carpere, vellere, avellere, detrahere, quæ significationes huic loco optime videntur convenire. Consule Œcon. Hippocr. in verbo σαρκάζειν, ubi multas hujus verbi significationes observatu dignas videbis. πλευρὴ vero hic sumi commode potest non pro latere, sed pro costa, quæ cultri vices præstabat. Hic autem locus ita vertetur; Postea vero, quum bovis costa [acuta scilicet, ac usum cultri præstante,] carnes [ab amputato hostis capite] detraxit, [capitis pellem] manibus subigit, [ac mollit.] Ubi vero ipsum [caput egregie] subegit, [ac mollivit, tunc ipsam capitis pellem ita subactam, atque mollitam,] ut mantile [ad manus abstergendas] possidet. Nam non ὀργίσας, (ut in Henrici Stephani codice scriptum exstat, quod ab ὀργίζω deductum,) sed ὀργάσας legendum arbitror. quid autem sit ὀργάζειν, et ὀργάζεσθαι, docet Eustathius et Œconom. Hippocrat. et vulgata Lexica. Consule ὀργίσας in nostro Ionico Lexico. Si quis meliorem hujus loci sensum ac interpretationem suppeditare possit, ac velit, ei magnam habebo gratiam, καὶ τῶν διδάκτρων χάριν οὐκ ἄχαριν, ἔπαινον, ἀρετῆς ἀκόνην, ἀποδώσω. Illud vero αὐτὸ, ad significatum, non ad κεφαλὴν, refertur. Vel δέρμα subaudiendum, quod ex sequentibus facile colligitur. iv. 64. ὃς γὰρ ἂν πλεῖστα δέρματα χειρόμακτρα ἔχοι, ἀνὴρ ἄριστος οὗτος κέκριται. Id est, Qui autem plurima [hujusmodi] mantilia ex [hostilium capitum excoriatorum] pellibus confecta habuerit, is vir fortissimus, [ac præstantissimus] judicatur. Δέρματα χειρόμακτρα dictum figurate, pro χειρόμακτρα ἐκ δερμάτων τῶν πολεμίων κεφαλῶν δεδαρμένων πεποιημένα. Stephanus in suo compendiosissimo indice verbum σαρκάζειν agnoscit, aitque ex Doctissimi Camerarii sententia significare Tondere, seu Vellere. Hoc ipsum exemplum affert: non σαρκίσας tamen, at σαρκάσας legit. Quid vero significent ista, σαρκάσας βοὸς πλευρῇ, non declarat. Sed ex iis, quæ supra prolixe a nobis sunt dicta, patet quomodo locus hic sit accipiendus.

σατραπήη. Ἀρχὴ τῆς χώρης, τὴν οἱ Πέρσαι σατραπήην καλέουσι. i. 192. ἀρχὰς κατεστήσατο, τὰς αὐτοὶ καλέουσι σατραπήας. iii. 89.

σάττειν. μ. σάξειν. com. Onerare. Onus imponere. Refercire. Replere. Instruere. Munire. τὸ τεῖχος ἐσάξαντο. Muros muniverunt. v. 34. Ὑρκάνιοι κατάπερ Πέρσαι ἐσεσάχατο. Hyrcanii ut Persæ erant instructi. vii. 62, 70, 86.

σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ. Ionic. et poet. Suidas. σαυρωτῆρσι, τοῖς σύραξι, τοῖς ὄπισθεν τῶν δοράτων. et σαυρωτῆρι. σύρακι, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν οὐρίαχον. Eustathius vero, Σαυρωτὴρ, τὸ ὀπίσθιον τοῦ δόρατος σιδήριον, ὃ κατὰ γῆς πηγνύμενον οἱονεί τινα σαυρὸν, εἴτουν σκόλοπα, ἵστασθαι ποιεῖ τὸ δόρυ, ὅθεν καὶ οἱονεὶ σαυρωτὴρ λέγεται. Valla, vii. 41. Herodoti locum, ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας, vertit, pro coronis gestabant mala punica argentea. Sed Stephanus, qui hanc interpretationem jure damnat, meliorem non affert. pro argentea tamen, reponit aurea. Verum σαυρωτὴρ

est posterior hastæ cuspis, quæ in terram a militibus defigi solet, quum sunt defatigati, vel quum somno se dare volunt; quod faciunt, ut eam semper habeant paratam, si confligendum fuerit. Sic dicta, quod hasta longioris pali in terram defixi, ac erecti, speciem habeat. Sic etiam appellatur ferreum vel ligneum instrumentum mucronatum, et concavum, in quod posterior hastæ cuspis inseritur, ut mundior conservetur, et a rubigine defendatur. Hæc posterior hujus vocis significatio huic loco magis videtur convenire. Sensus autem hic erit, pro sauroteribus (vocabulum enim Græcum non inepte jam retineri potest, quod nullum Latinum id commode possit explicare,) mala punica aurea gestabant hastarum posteriori cuspidi inserta. Hoc autem isti videntur fecisse cum ornatus, ac regiæ magnificentiæ ostentandæ causa, tum etiam ut his aureis malis punicis cuspidem tegerent, ne quis forte in ipso itinere concitatius faciendo, in conferta militum turba, a socio subsequente cuspide per imprudentiam in præcedentis dorsum impacta, sauciaretur. Quod non raro contigisse constat. Hoc nostro seculo plerique milites suarum hastarum extremas partes hac ipsa de causa, quoties prælii nullum impendet periculum, ligneis pomis munire, vel etiam ligneis thecis oblongis tegere, solent.

σαφέως. Ion. et poet. pro com. *σαφῶς*. Aperte. Manifeste. Certo. i. 21. ii. 31, 44, 121. § 1. ix. 7.

σαφηνέως. Ion. et poet. pro com. *σαφῶς*. Aperte. Manifeste. Certo. i. 140. iii. 122. vi. 82.

σεληναῖος, η, ον. Ion. et poet. Lunaris. Clarus. Lumine lunari illustratus, et clarus. *σεληναίη νυξ*. Nox, quæ propter lunæ lumen est clara. Nox clara. *Θύννοι δ' οἰμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός*. Thynni autem venient lunæ per lumina noctu. i. 62. Æ. P.

σεμνοῦν. Herodoteum vocabulum. Exornare. Illustrare. Magnificum et augustum reddere. Magnifice prædicare. *σεμνοῦν τὰ περὶ Κῦρον*. Cyrum laudibus extollere. Cyrum laudibus augustiorem reddere. i. 95.

σεωῦτοῦ. Ion. pro com. *σεαυτοῦ*. Tui ipsius. i. 45. *σεωῦτῷ*, pro *σεαυτῷ*. Tibi ipsi. i. 108.

σημαίνειν. Ion. et poet. pro com. *κελεύειν*. Imperare. Jubere. *ἐσήμαινε παραρτέεσθαί τε πάντα, καὶ εὐκρινέα ποιέεσθαι*. ix. 42. Jussit omnia præparari, et ordine recte disponi.

σημάντωρ, ορος, ὁ. Ion. et poet. pro com. *ἡγεμών*. Dux. Imperator. vii. 81.

σιδήριον, ου, τό. N. H. pro com. *σιδηροῦν ἐργαλεῖον*. Instrumentum ferreum. Ferramentum, spiculum. *ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε*. ix. 37. Valla: Ferro, quod illatum fuit, potitus. Æ. P. Instrumento ferreo, quod [in carcerem] forte fuerat illatum, potitus est. Cultrum autem ferreum, vel limam intelligere videtur, sed cultrum potius. Subjicit enim Herodotus, *σαθμησάμενος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεται οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωῦτοῦ*.

σιδηρόδετος, ου, ὁ. N. H. Ferro ligatus. Ferro vinctus. *ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ*. ix. 37. Valla: In ligneis, et ferratis soleis vinctus erat. Herodotus hoc loco *ξύλον σιδηρόδετον* vocat ligneas compedes ferreis laminis munitas, quibus fugitiva mancipia, vel homines facinorosi in carcerem a Magistratu conjecti, constringi solent, ne fugiant. Hoc ex sequentibus patet, *σαθμησά-*

μενος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεται οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωϋτοῦ.

σιδήρου κόλλησις. Ferri compactio. Ferruminatio. i. 25.

σιναμωρεῖν. V. H. Corrumpere. Fœdare. Vastare. πάντα ἐσιναμώρεον. Omnia vastabant. viii. 35.

σίνεσθαι. Lædere. Nocere. Damnum dare. i. 17. οὐδὲν σίνεται τὸν Τροχῖλον. Trochilum non lædit. ii. 68. οὐδὲν εἶχον σίνεσθαι. Nullum damnum dare poterant. iv. 123. σίνεσθαι τὸν στρατόν. Exercitum lædere. v. 27, 74, 81. vi. 97. οὔτ' ἄν τι τοὺς πολεμίους μέγα ἐσινέατο. Nec ullo magno detrimento hostes afficerent. vii. 147. οὔτ' ἐσίνετο γῆν τὴν Ἀττικήν. ix. 13. Nec agrum Atticum lædebat. ἐσίνοντο πᾶσαν τὴν στρατιήν. ix. 49. Totum exercitum lædebant. οἱ ἵππεες σφέας μὴ σινοίατο. ix. 51. Ne equites se læderent. σινομένων τὴν ἄλλην Ἀττικήν. ix. 73, 87.

σῖνος, εος, ους, τό. Ion. et poet. pro quo et βλάβος, εος, ους. com. vero βλάβη. Damnum. Detrimentum. Clades. μέγα τι σῖνος ἔσαι τῇ βασιλῆος στρατιῇ. viii. 65. Magnum aliquod damnum erit regis exercitui. Exercitus regis magnam, sive gravem aliquam cladem accipiet. Apud Nicandrum in Theriacis reperitur et παροξυτονούμενον idem vocabulum eodem significatu, priore correpta. Ῥεῖά κε τοι μορφάς τε, σίνη τ' ὀλοφώϊα θηρῶν. Schol. τὰ βλαπτικὰ τύμματα τῶν θηρῶν. Eodem etiam modo scriptum legitur, et eodem significatu, apud Aristot. hist. animal. lib. v. c. 15. Æschyl. in Agamemnone. v. 397. pro splendore σίνος usurpat. αἰνολαμπὲς σίνος. Schol. σίνος, τουτέστι σέλας. Idem ibid. v. 572. pro pulcritudine sumit. ἔμπαδον σίνος. Schol. τὸ ἑδραῖον, ἤγουν τὸ περιεξλημένον ἡμῖν κάλλος. Aristoph. Schol. ἐν Νεφέλαις. v. 1066. in voce Σιναμωρουμένη, τὸ σίνος ἀντὶ τοῦ αἰδοίου sumit, et τοὺς Σιληνοὺς hinc dictos tradit.

σιπταχόρα. Nomen Indicum arboris. Ctesias Ind. 19. quod Græce, Dulce. Suave. περὶ τοῦ σιπταχόρου. Ind. 22.

σιτεῖσθαι. com. pro quo et ἔδειν, et ἐσθίειν, et τρώγειν alias dicitur. Edere. Comedere. Vesci. Nutriri. σιτέονται ὅσα ἐθέλουσι. Comedunt quæcunque volunt. i. 71, 94, 133. οὐδὲν ἄλλο σιτέονται, εἰ μὴ ἰχθῦς. Nihil aliud edunt nisi pisces. i. 200. σιτέονται ῥίζας. Edunt radices. i. 202. καρποὺς σιτέεσθαι. Fructibus vesci. i. 202, 216. ii. 47, 77, 92. iii. 22. κατασιτέεσθαι τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας. Patres defunctos comedere. iii. 38. ἰχθύας σιτέονται. Piscibus vescuntur. iii. 98. κρόμμυα σιλέονται. iv. 17. ταύτας σιτέονται. iv. 23. οὐδὲν σιτεόμενος. iv. 36. σιτέονται σαύρους. iv. 183, 184. vi. 57. viii. 115. ix. 118, &c.

σιτεύειν. V. H. Quod in Lexicis vulgatis nullius auctoritate confirmatum legitur. Frugibus impinguare. Pinguefacere. Saginare. κτήνεα ἐσίτευον. Pecudes saginabant. vii. 119.

σιτοδηίη, ης, ἡ. Ion. pro com. σιτοδεία. Rei frumentariæ penuria. i. 22. pro eodem dicitur et σιτοδείη. i. 94.

σῖτον αἱρέεσθαι. Ion. pro com. σῖτον αἱρεῖσθαι. Cibum capere, sive sumere. vii. 120.

σιτοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ. com. Pistor, et Pistrix. Μίην ἕκαστος σιτοποιὸν ἐξαιρέετο. Unam unusquisque pistricem eximebat. Singuli singulas pistrices eximebant. iii. 150.

σιτοφάγος, ου, ὁ. com. Qui frumento vescitur. iv. 109.

σιτοφόρος, ὁ καὶ ἡ. com. Bajuli, vel jumenti epithetum. Qui frumentum, qui commeatum portat. κάμηλοι σιτοφόροι. Cameli commea-

tum portantes. i. 80. Sic ἡμίονοι σιτοφόροι. Muli, qui frumentum portant. iii. 153.

σκαπτὴ ὕλη. vi. 46. Valla materiam fossitiam interpretatur. Quia Herodotus dicit, ἐκ μὲν τῶν ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ χρυσέων μετάλλων. &c. Ad marginem notatur ἐκ Σκαπτῆς ὕλης. Sed nisi nomen loci proprium esset, majusculo Σ non scriberetur. Ego suspicor unica voce scribendum ἐν Σκαπτησύλῃ. Meam conjecturam Stephanus aperte confirmat his verbis, Σκαπτησύλη, πόλις Θρᾴκης μικρὰ, ἀντικρὺ Θάσου. τὸ ἐθνικὸν Σκαπτησυλῖται. Videtur autem hanc ipsam nobis indicare, de qua hoc loco Herodotus verba facit, quod ex sequentibus Herodoti verbis facile colligitur, ἐκ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ Θάσῳ, &c.

σκέπη, ης, ἡ. com. Tegmen. Operimentum. Velamentum. Species. Prætextus. Tutamen. Defensio. ἐν σκέπῃ φόβου. Per metus speciem. Metus prætextu. i. 143. ἵνα ἡ Ἑλλὰς ᾖ ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. vii. 172. v. s. Ut Græcia sit in belli tegmine. id est, Ut hoc modo tegatur, ac defendatur a bello. ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. vii. 215. Valla: Ad arcendum bellum in præsidio erant. Æ. P. In loco ad bellum arcendum apto, tutoque erant. Vel, Erant a bello tuti.

σκευάζειν. com. Instruere. Ornare. Gallice, *Equiper. Accoutrer.* Αὐτὴν σκευάσαντες πανοπλίῃ. Cum ipsam omni armatura instruxissent, ac ornassent. i. 60. σκευάσας αὐτούς. Cum eos instruxisset. i. 80. σκευάσαντες τὴν ἀδελφεὴν ὡς ἄριστα. Cum sororem quam optime ornassent. v. 12. τῇ τῶν γυναικῶν ἐσθῆτι σκευάσας αὐτούς. Ipsos muliebri veste ornatos [introduxit.] v. 20. vi. 58.

σκευάζειν. com. Apparare. Condire. Gall. *Apprêter, accoutrer.* De cibis dictum, qui parantur ad edendum. σκευάσαντες αὐτὸν ὥσπερ ἐώθεσαν καὶ τὰ θηρία σκευάζειν. Cum ipsum [puerum a se concisum] parassent, ut et ferinas carnes parare consueverant. i. 73, 207.

σκευὴ, ῆς, ἡ. Ornatus, us. Gall. *Accoutrement. Ornement.* ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ ϛάντα. Stantem cum omni suo ornatu. i. 24. ἐνδύντα πᾶσαν τὴν σκευήν. Cum omnem suum ornatum induisset. ibid. σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. Cum toto suo ornatu. ibid. εἰ λάβῃς πᾶσαν τὴν ἐμὴν σκευήν. Si omnem meum ornatum, vel omnem meam vestem sumas. Gall. *Si vous prenez tous mes accoutrements et ornements;* vel, *tous mes vêtements.* vii. 15. Nam vii. 16. dicit συνωνύμως, τὴν ἐσθῆτα, pro τὴν σκευήν. vii. 16, 17, 62, 66, 71, 73, 77.

σκευοφόρος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui sarcinas et impedimenta fert. σκευοφόροι κάμηλοι. Cameli sarcinas portantes. i. 80. οἱ σκευοφόροι. Calones. vii. 40.

σκίδνασθαι. Ion. et poet. pro quo com. σκορπίζεσθαι. Spargi. Dispergi. Diffundi. Vide Eustath. ἅμ' ἠλίῳ σκιδναμένῳ. viii. 23. Valla: Simul atque refulsit Sol. Verba sonant, Una cum Sole sparso, vel, qui spargebatur, i.e. Simul ac Sol exoriri, suosque radios spargere per ætherem cœpit. Quod loquendi genus a Virgil. sic exprimitur Æn. lib. ix. v. 459. Et jam prima novo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile, Jam Sole infuso, jam rebus luce retectis. Et Æn. xii. v. 113. Postera vix summos spargebat lumine montes Orta dies; quum primum alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

σκιητροφεῖν. Ion. pro com. σκια-

τροφεῖν. In umbra nutriri. In umbra vitam traducere. iii. 12. ἐσκιητροφέοντο. In umbra vitam traducebant, umbraculis fruebantur. vi. 12.

συναμωρέειν, εῖν. Herodoteum verbum, pro com. βλάπτειν. κακοῦν. δῃοῦν. φθείρειν. Lædere. Vastare. Maleficio afficere. Ἑλλάδος μηδεμίην πόλιν συναμωρέειν. Nullam Græciæ civitatem maleficio afficere. i. 152. Sunt tamen qui σιναμωρεῖν per ι scribendum putent. Consule σινάμωρον apud Suidam. Herod. ipse lib. viii. 35. sic habet scriptum, πάντα ἐσιναμώρεον. Omnia vastabant.

συνάπας, αντος, ὁ. N. H. Simul omnis. Universus. τοῖσι συνάπασι ἄλλοισι. Ceteris universis. v. 49.

συναπισ-έατο. Si codex sanus est, hoc Ionice dictum, pro com. συναφίσαντο. Quod observandum propter ὡς præcedens. Jam enim τὸ ὡς cum imperfecto junctum dices, cum frequentius occurrat cum optativo, vel subjunctivo, non raro etiam cum futuri indicativo, causam finalem, ut appellatur, significans. ὡς ἂν ἐκόντες αὐτῷ οἱ Μιλήσιοι συναπισ-έατο. Ut Milesii secum ultro deficerent [a rege Persarum.] v. 37. Sed suspicor legendum potius συναπισ-αίατο, pro συναφίσαντο. quod Ἰωνικῶς dictum. Error autem natus videtur ex ipsa pronuntiandi ratione, quam plerique vel doctissimi viri suavitatis gratia sequuntur, nullum discrimen statuentes inter ε simplex et αι diphthongum. Quoties enim utrumque scribitur, toties manifestum utriusque discrimen apparet. Vide ἐπανισ-αίατο.

συνάπτειν πόλεμον. Bellum movere adversus aliquem. i. 18. Bellum conflare. Pro eodem dicitur et νεῖκος συνάπτειν. q. d. controversiam certamenque conflare. ὅτε μοι περὶ Καρχηδονίους νεῖκος συνῆπτο. vii. 158. Cum mihi bellum contra Carthaginienses esset conflatum. Vel, Cum bellum gererem cum Carthaginiensibus.

συνάπτειν. Confligere. Manus conserere. Est ἔλλειψις nominis τὰς χεῖρας. μελλόντων συνάπτειν. Cum manus essent conserturi. iv. 80. μελλόντων συνάψειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην. Cum castra, vel copias, ad prælium faciendum essent commissuri. v. 75.

συνάπτειν. com. Conjunctum esse. Contiguum esse. i. 98.

συναράσσειν. com. Collidere. Contundere. Confringere. συναραχθέντων τῶν πλοίων. vii. 170. Valla: Laceratis navibus. Æ. P. Collisis, vel confractis, navibus.

συνάχθεσθαί τινι. com. Cum aliquo dolere. Vulgo dicitur, Alicui condolere. Πιεζομένοισι ὑμῖν συναχθόμεθα. viii. 142. Vobiscum dolemus pressis. id est, Vestram vicem dolemus, qui [sic ab hoste] premamini.

συνδιακινδυνεύειν. com. Cum aliquo periclitari, periculum subire. Ejusdem periculi socium esse. vii. 220.

συνδιαφέρειν τί τινι. Aliquem in re aliqua ferenda, et toleranda, juvare. *οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πόλεμον συνδιήνεικαν.* Milesii Chios in bello gerendo adjuverunt. i. 18. v. 99. Est autem metaphora sumta ab iis, qui aliquem in aliquo onere ferendo juvant. pro eodem *συνωνύμως* dicitur, *τὸν πόλεμόν τινι συνεπελαφρύνειν.* i. 18. Aliquem in bello gerendo sublevare. Bellum enim onus est gravissimum. *προθύμως συνδιαφέρουσι τὸν πόλεμον.* Bellum alacriter nobiscum tolerant, vel administrant. v. 79.

συνδιαχειρίζειν. V. H. Contrucidare. Cum aliquo trucidare. Vide vulgata Lexica in *διαχειρίζομαι. τὰ λοιπὰ συνδιεχείριζον.* ix. 103. Reliquias [hostium, reliquos hostes] contrucidarunt.

συνδούμενος. ὁ συνδεόμενος. ὁ συνδεσμευόμενος. Qui colligatus, vel vinctus est cum aliquo. *Οἱ συνδούμενοι Κροίσῳ.* Ctesias Pers. 4. Qui cum Crœso vincti erant.

συνειλεῖν. V. H. Convolvere. Colligare. (*διεξελίσσειν.*) iv. 67.

συνειλεῖν. Herodoteum verbum. Cogere. Congregare. Compellere in aliquem locum, et in eo includere, sive concludere. *συνείλησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα.* Uxores liberosque in arcem coegerunt. i. 176. *ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας.* Cum in navium stationes, sive navalia, compulisset [omnes.] iii. 45.

συνενείκαιεν. Ion. et poet. 3. plur. opt. modi aor. 1. act. a *συνενείκω*, pro *συμφέρω.* Contulissent. vii. 152. ut *τύχαιεν.*

συνεξεπρήξαντο. Vide simplex *πρήσσειν*, et *πρήσσεσθαι.* vii. 169.

συνέπαινος, ὁ καὶ ἡ. V. H. Consentiens. Comprobans. Qui consentit. Qui rem aliquam comprobat. *συνέπαινοί εἰσι τῷ πεποιημένῳ.* Comprobant id, quod factum est. iii. 119. *συνέπαινοι ἔσαν οἱ Πέρσαι.* Persæ consenserunt. Hæc comprobarunt. v. 20. *δεῖ τούτοισι καὶ τὸν βασιλῆα συνέπαινον γίνεσθαι.* Oportet et ipsum regem ista comprobare. v. 31. *συνέπαινος ἐγένετο.* v. 32.

συνεπάψασθαι. Ion. pro com. *συνεφάψασθαι.* Simul attingere. Simul suscipere. Simul persequi. Simul aggredi. *τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοῦ συνεπάψασθαι.* Barbaricum exercitum mecum aggredi. vii. 158.

συνεπελαφρύνειν. Simul levare. Levare aliquem in aliquo onere ferendo. Aliquem juvare ita ut onus ejus levemus. *Τοῖσι Μιλησίοισι οὐδαμοὶ Ἰώνων τὸν πόλεμον συνεπελάφρυνον.* Nulli de Ionibus Milesios adjuverunt, ut bellum simul administrarent, et eos ejus onere levarent. In bello Milesios non sublevarunt. i. 18. quod ibid. dicitur *συνωνύμως, οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πόλεμον συνδιήνεικαν. παρὰ τὸ συνδιαφέρω.* aor. 1. Ion. et poet. *συνδιήνεικα.*

συνεπεπτώκεε ἔρις ἐοῦσα πρὸς Ἀργείους περὶ χώρου Θυρέης. Inciderat, [acciderat Spartanis] contentio cum Argivis de agro Thyreatico. i. 82. Vide *συμπίπτειν.*

συνεπισπόμενοι, συνέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος. ix. 102. Simul [eos] sequentes, in munitiones simul irruerunt.

συνέσπεσθαι. Ion. et poet. pro com. *συνέπεσθαι. συνακολουθεῖν.* Una sequi. Simul sequi. Comitari. *συνέσπετο Δωριεῖ.* Dorieum comitabatur. v. 47.

συνέσασαν τοιούτῳ πόνῳ. Herodotea locutio. viii. 74. In hoc labore constituti vel occupati erant.

συνεστεῶσα μάχη. Ion. pro com. *μάχη ἔτι ποιουμένη.* Prælium, quod adhuc committitur. *μάχης συνεστεώσης.* Dum prælium adhuc committeretur. Inter pugnandum. i. 74. Et *σύστασις.* ipse conflictus, et prælium quod inter ali-

quos committitur. vii. 167. Vel etiam hæc de stataria pugna dici possunt, quæ collato pede committitur. Vide *σύστασις*.

συνεστεῶτες λιμῷ. Herodoteum loquendi genus. vii. 170. Valla: Fame enecti. Æ. P. Qui fame premuntur. q. d. qui cum fame sunt constituti. Vel, Qui in fame sunt constituti. *Οὐ δυναμένους οὔτε ἑλεῖν, οὔτε παραμένειν, λιμῷ συνεστεῶτας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι*. ibid. id est, Cum neque possent [urbem obsessam] capere, neque [diutius ibi] permanere, quod fame premerentur, [ita demum aiunt eos ea urbe] relicta discessisse. *λιμῷ συστάντας, καὶ καμάτῳ*. ix. 89. Fame et labore confectos.

συνεστήκεε. 3. pers. sing. plusquamperf. act. pro com. *συνεστήκει*. Peculiari quodam modo positum apud Herodotum, pro Perstitit, Duravit, Perseveravit. *Τοῦτο δὲ συνεστήκεε μέχρι οὗ οἱ σὺν Ἐπιάλτῃ παρεγένοντο*. vii. 225. Valla: Eo usque perstiterint, dum ii, qui cum Epialte erant, adfuere. Æ. P. Hoc autem [certamen] duravit ad id usque tempus, quo, qui cum Epialte erant, advenerunt. Vel, Duravit donec Epialtæ socii advenissent, adfuissent.

συνεστηκυῖαι γνῶμαι. vii. 142. Sententiæ constantes, quæ firmæ sunt, neque variæ, neque fluctuantes. Valla, perplexæ. Sed Herodoti mentem non videtur intellexisse. Vide *γνῶμαι πολλαὶ* in voce *γνώμη*.

συνεστίη, ης, ἡ. N. H. Convivium. vi. 128.

συνεχέως. Ion. pro com. *συνεχῶς*. i. 67. Assidue. Frequenter. vii. 16.

συνηδέαται. Verbum Ion. formatum a tertia singul. perfect. pass. Attic. *συνῄδηται*. quod a *συνειδέω. ῶ. μ. συνειδήσω*. perf. act. *συνείδηκα*. pass. com. *συνείδημαι. συνείδησαι, συνείδηται*. Attice *συνῄδηται*, versa *ει* diphthongo in *η*, et Attice, ac Ion. sublato *ι* subscripto, *συνήδηται*, et posteriore *η* in *εα* Ionic. dissoluto, *συνηδέαται*. In vulgatis Lexicis Græco-latinis mentio fit hujus verbi, quod Herodoto tribuitur: sed locus ita legitur, *συνηδέαται τούτοισι*. Hos experti estis. Hos cognovistis. Herodot. Verum neque liber Herodoti notatur, neque locus integer sanusque affertur, neque formatio demonstratur, neque verbi vis indicatur. *συνείδειν*, sive *περισπωμένως, καὶ Ἀττικῶς, συνειδεῖν τι τινὶ*, significat, alicui rei alicujus esse conscium. *συνωνύμως* vero dicitur, *τὶ συνείδεσθαί τινί*. Quod barbari barbare dicerent, Aliquid consciri alicui. Sed hæc ad verbum Latine, ac eleganter, exprimi nequeunt. *Καὶ ὑμῖν μὲν ἐοῦσι Περσέων ἀπείροισι, πολλοὶ ἔκ γε ἐμεῦ ἐγίνετο συγγνώμη, ἐπαινεόντων τούτους, τοῖσί τι καὶ συνηδέαται*. ix. 58. Valla: Ceterum vobis Persarum inexpertis, sane quam ignoscebam, laudantibus istos vobis expertos. Æ. P. Et vobis quidem, qui Persarum estis imperiti, magna a me saltem venia dabatur, Laudantibus hos, quibus alicujus [præclari facinoris] essetis conscii. Vel, Ac vobis quidem, qui nullum Persarum periculum fecistis, ego facile ignoscebam, Laudantibus istos [Lacedæmonios,] quod fortasse aliquid [ab ipsis præclare factum] sciretis. [quod aliquod præclarum facinus ab ipsis editum sciretis.] Obiter autem observandum in Herodoti Græco textu pro vitioso vocabulo *πολλοὶ*, scribendum *πολλή*. Illud vero *ἐπαινεόντων* dictum, mutata constructione, pro *ἐπαινέουσι*, quod cum *ὑμῖν ἐοῦσι* præcedentibus est conjungendum, vobis, inquam, hos laudantibus. Videtur igitur *ἀνακόλουθον* esse.

συνηνείχθη. Ion. pro com. συνέζη. Accidit. a verbo συμφέρω, cujus aor. 1. act. Ion. et poet. est συνήνεικα, a συνενείκω. pass. perfectum συνήνεγμαι, et inserto ι, συνήνειγμαι, a συνέχω. unde Ion. συνέκω, ξω. aorist. 1. pass. ἠνέχθην. ἠνείχθην. συνηνείχθην. vel a συνενείκω, συνενείξω. Ion. Impersonaliter tamen accipitur quum significat aliquid accidere, vel accidisse. Sic hoc loco sumendum. συνηνείχθη τὶ τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα. Accidit ut quædam hujusmodi res fieret. Quiddam hujusmodi accidit. i. 19. Pro eodem dicitur et συνήνεικε. καί κοτε συνήνεικε ἑλεῖν σφέας μηδέν. Et semel accidit ut illi nihil caperent. i. 73. συνήνεικε γενέσθαι. Accidit ut fieret. i. 74. συνενειχθῆναι δέ οἱ τυφλὸν γενέσθαι. Ei autem accidisse ut cæcus fieret. ii. 111. συνήνεικε ἄλλο τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι. iii. 4, 10, 14, 42. συνήνεικε ὥστε καὶ ὑμέας εἰδέναι. Accidit ut vos quoque [hoc] sciretis. iii. 71, 129, 133. Οὐδὲν χρηστὸν σφι συνεφέρετο. Nihil boni ipsis contingebat. iv. 157. Δαρεῖον συνήνεικε ἐπιθυμῆσαι. Dario accidit ut cuperet. v. 12. πρῆγμα τοιόνδε συνηνείχθη γενέσθαι. v 33. τοιόνδε δή τι ξυνήνεικε γενέσθαι. vi. 23. συνηνείχθη γενέσθαι. vi. 86. § 1. συνενειχθῆναί οἱ. Ei accidisse. ibid. συνήνεικε θώϋμα γενέσθαι. vi. 117. vii. 4, 10. § 2. ξυνήνεικε ἀποθανεῖν. Accidit ut moreretur. vii. 117, 133. ἔμελλε τοιοῦτό σφι συμβήσεσθαι. οἷόν περ ἀπέβη. viii. 86. Valla: Ut non ab re fuerit talem eis rem contingere, qualis contigit. Æ. P. Futurum erat ut ipsis id accideret, quod accidit. Vel, Id ipsis eventurum erat, quod etiam evenit. τοιοῦτο αὐτῇ συνήνεικε γενέσθαι. viii. 88. συνήνεικεν ὧν οὕτω. viii. 90. Sic igitur accidit. τὰ ἄλλα αὐτῇ συνήνεικε ἐς εὐτυχίην γενόμενα. viii. 88. Cetera ipsi prospere cesserunt. v. s. Cetera ipsi ad felicitatem evenerunt. id est, feliciter successerunt.

συνηρεφὴς, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Contectus. Umbrosus. Opacus. Consitus. Obsitus. Refertus. Οὔρεα νιφάσι συνηρεφέα. vii. 111. Montes nivibus obsiti, et contecti. Ibidem, οὔρεα ἴδῃσι παντοίῃσι συνηρεφέα. Montes omnigenis arboribus, omnigena arborum materia, consiti, obsiti, referti. Vide verbum ἐρέφειν apud Eustath. et alios.

σύνθετον. ἐκ συνθέτου. Ex composito. iii. 86.

σύνθημα, τος, τό. com Compositum. Constitutum. Virgil. Æn. ii. v. 128, 129. Composito, adverbialiter. Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus Composito rumpit vocem. Livius ex composito. quod Græci dicunt ἀπὸ συνθήματος. v. 74. vi. 121. dicitur ἐκ συνθήματος.

σύνθημα, τος, τό. com. Signum, quod ex composito alicui datur. τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλεόντων. viii. 7. Signum ex composito, vel, de quo inter ipsos convenerat, ipsis appariturum erat, i. e. manifeste dandum erat ab illis, qui navibus circumvehebantur.

συνθήματος Ἥβης μεμνῆσθαι. ix. 98. Tesseræ Hebes recordari. id est, Tesseræ, quæ nomen Hebes habet.

συνίζειν. Ion. et poet. pro com. συνέζεσθαι. Considere. οὐδ' ἀρχαιρεσίῃ συνίζει. vi. 58. Nec magistratus considet. Nec ullus est magistratuum consessus. Gallice, *On ne fait*, vel, *On ne tient, aucunes assises de magistrat.*

συνιέναι. Convenire. Contrahi. Colligi. τῶν χρημάτων αὐτόθεν συνιόντων. Pecuniis, quæ illinc colligebantur. i. 64.

συνιέναι. com. Intelligere. Percìpere. συνέντα τοῦτο. Cum hoc intellexisset, cognovisset. i. 24. Καὶ

κωφοῦ συνίημι. Et mutum intelligo. i. 47. iii. 46. συνιέναι τὸ γεγονός. Rem gestam intelligere. iii. 63. Οὐ συνίεσαν ἀλλήλων. Se mutuo non intelligebant. iv. 113. συνῆκαν ἀλλήλων. iv. 114. συνεῖναι τὸ ἐθέλει λέγειν τὸ χρηστήριον. Intelligere quid significare velit oraculum. v. 80. συνῆκαν. Intellexerunt. v. 92. § 3. συνέντες. ibid. συνιεὶς τὸ ποιηθέν. Cum intelligeret id, quod factum fuerat. v. 92. § 7. συνιέντα. vi. 2. συνῆκε γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. ix. 110. Intellexit enim cujus [rei] causa [hoc illa] peteret.

συνιστάναι. com. Conciliare. Benevolentiam alicujus sibi conciliare. Aliquem sibi adjungere. ὁ τὴν Ἀσίην πᾶσαν συστήσας ἐωϋτῷ. Qui totam Asiam sibi conciliavit ac adjunxit. i. 103.

συνιστάναι. com. Conciliare. Conflare. Moliri. Machinari. ὡς συστήσων ἐπὶ τῷ μάγῳ θάνατον. Mago mortem conflaturus. Necem mago machinaturus. iii. 71.

συνιστάναι. com. Congregare. In unum cogere. συνέστησε αὐτούς. Ipsos in unum coegit. iii. 84.

συννενέαται. Ion. pro com. συννένηνται. a συννέω. συννήσω, τὸ συννηέω, ὦ. συννηήσω, τουτέστι σωρεύω. Coacervo. ii. 135. φρυγάνων φάκελοι συννενέαται. Sarmentorum, vel cremiorum, fasciculi congeruntur. iv. 62.

συννῆσαι. Ion. et poet. pro com. σωρεύειν. Coacervare. Congerere. συνένησε. Coacervavit. Congessit. i. 34. συννήσας πυρὴν μεγάλην. Constructo, congesto, ingenti rogo. i. 86.

συννοίη, ης, ἡ. Ion. pro com. σύννοια. Profunda cogitatio, quam quis in animi recessu cogitat. Mœror, qui nos cogitabundos reddit. ὁ δὲ, συννοίῃ ἐχόμενος, ἥσυχος ἦν. Ille vero, cum profunda cogitatione a mœrore profecta detineretur, quietus erat, quiescebat. Cogitabundus tacebat. i. 88.

σύνοδος, ἡ. Ion. pro com. πόρος, καὶ πρόσοδος. Proventus. Reditus. Vectigal. χρημάτων συνόδοισι. Pecuniarum proventibus. i. 64.

συνοίδεναί τι τινί. com. Rei alicujus alicui conscium esse. Scire, vel agnoscere aliquid ab aliquo factum. Συνοίδαμεν ὑμῖν ὑπὸ τὸν παρεόντα τόνδε πόλεμον ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι, ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν. ix. 60. Valla: Quos agnoscimus longe omnium, qui in hoc bello sunt, promtissimos esse ad nos exaudiendos. Æ. P. Agnoscimus vos in hoc præsenti bello [ceterorum omnium Græcorum] longe promtissimos esse, ita ut [in] his etiam [nobis] obtemperaturi sitis.

συνοικεῖν. com. variis modis sumtum. συνοικέειν ἀνδρί. Cum viro habitare. Viri alicujus uxorem esse, et cum eo habitare. i. 37. δεσποίνῃ τῇ ἐωϋτοῦ συνῴκεε. Suam dominam duxerat uxorem, et cum ea habitabat. i. 91. ἐς ὃ συνοικήσουσι. Donec viris nupserint. i. 93. συνοικεούσης τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης. i. 108. συνοίκεε τῇ ἐωϋτοῦ συνδούλῃ. i. 110. ἢν γυνὴ δοῦλῳ συνοικήσῃ. Si fœmina civis cum servo habitet, ejusque sit uxor. i. 173. συνοικέειν αὐτῇ. i. 196. ii. 120. iii. 31, 68. προσυνοικεῖν τινι. Cum aliquo ante habitare. προσυνοικήσασαν Καμβύσῃ. Quæ cum Cambyse ante habitarat, ejusque uxor fuerat. iii. 88. γυναικὶ ταύτῃ, τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ συνοίκεε. ix. 111. Cum hac muliere, cum qua nunc habitas, ne habita. ἐμὲ ἔα γυναικὶ τῇ ἐμῇ συνοικέειν. ibid. Me cum uxore mea habitare sine. οὔτε ἐκείνῃ ἔτι πλεῦνα χρόνον συνοικήσεις. ib. Nec diutius posthac cum ea habitabis.

συντάμνειν. Ion. pro com. συντέμνειν. Concidere. Præcidere. μεταφορικῶς vero sumi videtur interdum pro Breve facere. Breve reddere. Quod vulgo dicitur Abbreviare. Gallice, *Abréger*. Τοῦ χρόνου συντάμνοντος. v. 41. Valla: Exacto tempore pariendi. Sed hæc est verborum vis, et inter-

pretatio; Tempore abbreviato. id est, Cum autem pariendi tempus abbreviatum fuisset. Cum ipsum pariendi tempus brevius fuisset, quam scilicet omnes existimarant. Est autem Atticismus, vox activa pro passiva, *συνταμνοντος*, pro *συνταμνομένου*, vel *συνταμομένου*. Gall. *Le temps de l'enfantement étant abrégé.* Vel, *Étant plus court qu'on n'estimoit.*

συντάμνειν. dicitur sæpe de itinere, quod per aliquem locum brevius est, quam per alium. Itineris compendio uti. Plena locutio est, *συντάμνειν ὁδόν*. q. d. Iter concidere. *Συντάμνων ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην, τὸ δὴ πασῆς τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα*. vii. 123. Valla: Ab eo promontorio Ampeli prædicens mare, usque ad promontorium Canastræum, totam fere Pallenam prætervectus est. Æ. P. Ab Ampelo promontorio concidens iter, [itineris compendio utens,] ad Canastræum usque promontorium, quod supra totam Pallenam maxime eminet, &c. *συντάμνων*, sub. *ὁδόν*. Illud vero *τὸ*, ad significatum est referendum, pro *ἡ ἄκρα*. Infra compendium terrestre describens, vii. 124. Herodot. dicit (quod, licet *ὑπαλλαγὴν* habeat, tamen est integrum loquendi genus) *τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ*. pro, *τάμνων τῆς μεσογαίης τὴν ὁδόν*. id est, Secans locorum mediterraneorum viam, sive iter. Itineris compendio per loca mediterranea utens.

συνταχύνειν. Properare. Festinare. *ἡμέας συνταχύνειν ἀναγκάζεις*. Nos properare cogis. iii. 72.

συνταχύνειν τι. com. Aliquid cum aliquo socio accelerare. Et simpliciter, accelerare. *ταύτην τὴν ἐπιχείρησιν μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβούλως*. Hanc aggressionem ne adeo temere accelera. iii. 71. *τὸν βίον τινὶ συνταχύνειν*. Alicui vitam accelerare. ii. 133.

σύντομος, ὁ καὶ ἡ. Compendiosus. *τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ*. Viæ compendia. iv. 136.

συντρέχειν, et *συνδραμεῖν*. com. *ἀμφοτέρων ἐς τώυτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον*. In idem utriusque sententiæ concurrebant. i. 53. *νέφεα συνδραμέειν λέγεται*. Nubes concurrisse dicuntur. i. 87. *Σύντριζε ὁμῶς Μάραγόν τε, καὶ Ἄσβετον, ἠδὲ γ' Ἄβακτον*. V. Hom. 32. In Latina versione carmen hoc ita legitur p. 252. ed. Steph. *Σύντριζε ὁμῶς Σμάραγόν τε, καὶ Ἄσβετον, ἠδὲ Σαβάκτην*. Interpres Latinus hæc ita vertit; Irruat huc Smaragus, gravis Asbetus, atque Sabactes, Contere tu Pallas flammamque, et vasa camini. Sed si *τὸ σύντριζε* accipias pro imperativo *σύντριζε*, ut fecit Latin. interpres, hæc ita vertenda: Contere pariter, [o Pallas,] Maragumque, et Asbetum, et Abactum. Vel, Contere pariter Smaragumque, et Asbetum, et Sabactem, &c. Hæc autem erunt figulorum nomina, quibus hæc Homerus imprecabitur. At ex præcedenti versu patet hæc longe aliter intelligenda. Sic enim Homerus figulis se diras imprecaturum minabatur, nisi promissis stetissent, *Συγκαλέω δ' ἤπειτα καμίνῳ δηλητῆρας, Σύντριζε ὁμῶς Μάραγόν τε, καὶ Ἄσβετον, ἠδέ γ' Ἄβακτον*. &c. i. e. Convocabo vero postea camino dæmones infestos, [ad omnium] Contritionem pariter, Maragumque, &c. Hic vero est horum verborum Germanus sensus. Si vero vos figuli me deceperitis, nec vestram fidem erga me liberaritis, tunc ego omnes dæmones fornacibus infestos implorabo, ut vos omnes, et opera vestra simul conterant, comminuant, ac omnino perdant. Quinam autem erant isti dæmones fornacibus infesti? Maragus, Asbetus, et Abactus, et (ut in sequenti versu videmus)

Omodamus, quod arti figlinæ multa damna affert. Hæc nomina, licet ficta videantur ad terrorem figulis incutiendum, rebus tamen, de quibus hic agitur, optime conveniunt. Maragus enim, vel potius Smaragus significat et strepitum, qualem ex incendiis manantem audimus, et splendorem, qualem in incendiorum flammis cernimus. Asbetus, Inexstinctum, vel qui nequit exstingui, proprie significat, quod maximis incendiis tribuitur, quæ vires et opem humanam superant. Abactus, non nominatus, vel non nominandus, propter scilicet formidabilem numinis potentiam. Omodamus, crudeliter domans vocatur. Vide σμάραγος, et σμαραγεῖν apud Eustath. Ἄσβετος παρὰ τὸ α στερητικὸν, καὶ τὸ σβέσαι. τοῦ δὲ μέτρου χαρὶν τὸ σ ἐξεβλήθη, ἀντὶ τοῦ ἄσβεστος. Ἄβακτος, παρὰ τὸ α στερητικὸν, καὶ τὸ βάζω, βάξω, τὸ λέγω. Σαβάκτης, παρὰ τὸ σαβάζω, σαβάξω. τὸ Σαβαζίου, καὶ Βάκχου δίκην, ἤγουν βακχικῶς κινῶ. Ὠμόδαμος δὲ, παρὰ τὸ ὠμῶς, καὶ ἀνοίκτως δάμνειν, εἴτε δαμᾶν. Illud vero Σύντριβ᾽ est potius sumendum pro integro σύντριβα, quod sic formatur, ἡ σύντριψ, τῆς σύντριβος, τῇ σύντριβι, τὴν σύντριβα. σύντριψ autem apud Homerum hoc loco (quamvis apud nullos τῶν λεξικογράφων hoc nomen reperiatur, quod sciam,) ἰσοδυναμεῖ τῷ σύντριψις, id est, contritio, comminutio, estque ἔλλειψις Ionibus quoque familiaris. Subauditur enim præpositio πρὸς, ut ita res accipiatur, συγκαλέσω τοὺς καμίνῳ δηλητῆρας δαίμονας. πρός τι; πρὸς τὴν τῶν κεραμέων, καὶ πάντων τῶν κεραμικων ἀγγείων σύντριβα, τουτέστι σύντριψιν. Dicetur autem eodem modo, quo et ἡ χέρνιψ, χέρνιβος, apud Aristophanem in Avibus ver. 849. Vide Græca scholia. Vel σύντριβα masculeo genere positum dices in accusativo, qui communiter omnibus illis numinibus fictis serviet. σύντριψ autem formabitur, ut οἰκότριψ, οἰκότριβος, ὁ. Servus domi natus, q. d. ὁ ἐν τῷ οἴκῳ, εἴτε οἴκοι τετριμμένος, καὶ ἠσκημένος, domi tritus, i. e. exercitatus, et versatus. Hic autem σύντριψ vocabitur ὁ συντρίβων, ἢ συντρίβειν δυνάμενος, καὶ εἰωθώς. Qui conterit, qui comminuit, aut qui conterere et comminuere potest, et solet, quicquid nanciscitur. Vide sequentia. Nam nostram conjecturam aperte confirmant.

σύντροφος, ὁ καὶ ἡ. com. Simul nutritus. Simul educatus. Consuetus. Familiaris. Socius. τῇ Ἑλλάδι πενίᾳ σύντροφός ἐστι. vii. 102. Valla: Græcia paupertatis alumna fuit. Verba sonant, Paupertas cum Græcia fuit nutrita, vel educata. i. e. Græcia paupertati est assuefacta. Paupertas est Græciæ familiaris.

συντυγχάνειν τινί. Alicui occurrere. Incidere in aliquem. Cum aliquo colloqui. συντυχεῖν οἱ ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου. Ei Cyzicum eunti occurrisse. iv. 14. Alii vertunt, cum eo collocutum esse. quod et ipsum hoc loco bene habet.

συντυγχάνειν. com. pro quo et συμβαίνειν. Accidere. Contingere. τὰ συντυχόντα σφι παθήματα. viii. 136. Clades, quæ sibi acciderant.

συντυχίη. Ion. pro com. συντυχία. Felix fortunæ successus. i. 68. Felix casus. v. 41.

συντυχίη. Casus. Eventus rerum. Gallice, *Evénement. Accident.* συντυχίης δεινῆς Πολυκράτεα λαβούσης. Si gravis casus Polycrati contigisset. Si quid gravius ei accidisset. iii. 43. κατὰ συντυχίην. Casu. Forte fortuna. iii. 74.

συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο. Casus quidam hujusmodi accidit. Quiddam hujusmodi casu accidit. iii. 121. v. 41. συντυχίη τοῖσι μὲν κακὴ ἐπεγένετο, τοῖσι δὲ, ἡ αὐτὴ

αὕτη σύμμαχος. Casus autem aliis quidem malus ac infaustus accidit, aliis vero idem fuit adjutor, adjumento fuit. id est, Sed casu quodam accidit, ut eadem res aliis quidem infausta, aliis vero fausta esset, vel aliis quidem obesset, aliis vero prodesset. v. 65. εὔχετο μηδεμίην οἱ συντυχίην γενέσθαι. Precatus est ut nullus casus sibi contingeret, qualis, &c. vii. 54. κατὰ συντυχίην. ix. 21. Casu. Forte fortuna. ix. 91.

συντυχὸν ἔργον. Opus vulgare. i. 51.

συνωμότης, ου, ὁ. com. Conjuratus. Conjurationis socius. Οἱ συνωμόται Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Πέρσῃ. Græci, qui in Persas conjurarunt. vii. 148.

Συριηγενὴς, ὁ καὶ ἡ. N. H. Genere Syrius. iii. 140.

συρμαΐζειν. H. V. Purgare potione ex aqua et zea. accipitur et neutraliter, et active. Vel Attice activum pro pass. sumitur, quum dicitur, συρμαΐζουσι τρεῖς ἡμέρας. Per tres dies purgantur. ii. 77.

συνυφαίνειν. Vide simplex ὑφαίνειν.

συνῳδὸς, οῦ, ὁ. com. ὁ συνᾴδων, καὶ συμφωνῶν. Consonus. Consentiens. Consentaneus. χρηστήριον συνῳδὸν τῷ Ἠετίωνος. Oraculum cum Eetionis oraculo consentiens. v. 92. § 3. [Eurip. Medea, τάδ' οὐ ξυνῳδὰ τοῖσιν ἐξηγγελμένοις. Hæc non consentiunt cum iis, quæ nuntiata sunt. v. 1015.]

συνωνεῖσθαι. Coemere. Ἵππον συνωνέονται μυρίην. Decem equorum millia coemunt. i. 27.

συῤῥηγνύναι. com. de fluviis dictum. Cum magno impetu aliquo erumpere. Confluere impetuose. συῤῥηγνυσι ἐς τὸν Ἕρμον [ποταμόν.] In Hermum [fluvium] impetuose confluit. Illic de variis fluviis in hunc fluvium confluentibus verba fiunt. i. 80.

συσπεύδειν. com. Suo studio aliquem in re aliqua cum aliis adjuvare. Studiose cum aliis alicui favere, suamque operam navare. συσπεύδων Πανταλέοντι γενέσθαι τὴν Λυδῶν ἀρχήν. Impense favens Pantaleoni, ut Lydorum regno potiretur. i. 92.

σύστασις, ιος, ἡ. com. Conflictus. Congressus militum. Pugna stataria, quæ collato pede committitur. Alias συνωνύμως dicitur στάσις, vel ἡ συστάδην μάχη. vii. 167.

συστασιώτης, ὁ. Ion. Qui est ejusdem factionis. Earundem in seditione partium. v. 70, 124.

συστολαὶ Ion. familiares. ἔσαν pro ἦσαν. Erant. i. 31, 72, 74, 79. ἐπεπτώκεσαν, pro ἐπεπτώκεισαν. Ceciderunt. i. 64. ἐγεγόνεσαν, pro ἐγεγόνεισαν. i. 67. ἐώθεσαν, pro εἰώθεισαν. i. 73. ii. 151. συνῆεσαν, pro συνῆεισαν. i. 80. ἠλώκεσαν. i. 84. μέμνεο. ἐκ τοῦ μέμνησο, sublato σ, et correpto η. v. 105. βαθέας, βαρέας, βραχέας, θηλέας, pro βαθείας, βαρείας, βραχείας, θηλείας. Vide suo loco.

συστρέφειν. com. Ad rem militarem relatum. Conglobare. Globum facere. συστρέψαντες ἑωϋτούς. ix. 18. Cum se ipsos conglobassent. Facto globo. συστρεφόμενοι. ix. 62.

συστρέφειν. Peculiariter apud Herod. pro καταστρέψασθαι communi sumitur. Δηϊόκης τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε μοῦνον. Deioces solam Medicam gentem subegit. i. 101.

συχνὸς, ἡ, όν. com. Frequens. i. 58.

σφάγια, ων, τά. com. Victimæ, quæ mactantur, victimæ jam mactatæ. Sacrificia, quæ jugulatis victimis fiunt. τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι. ix. 45. v. s. Exercitui sacrificia non possunt grata fieri. i. e. Exercitui lætum faustumque rerum exitum sacrificia non portendunt. Exercitus litare non potest. ibid. Vide ἱρὰ καλὰ, et καλλιστρεῖν. Οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστά. ix. 61. Haud enim ipsis sacrificia bona erant, i. e. Victimarum cæsarum, ac immolatarum exta læ-

tum prælii exitum ipsis non portendebant. (*ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά.* ix. 62. *τῶν σφαγίων οὐ γινομένων.* ix. 61.) Cum litare non possent. v. s. Cum victimæ non succederent. Vel, Cum victimarum immolatarum exta lætum exitum non significarent. Vel, Cum victimarum exta non essent pulcra, et nihil fausti portenderent. Dicemus autem *χρηστῶν* subaudiendum, ut in præcedent. vel *καλῶν*, ut alibi passim.

σφαγιάζεσθαι. com. Hostias mactare. *ἐσφαγιάζετο αὐτῷ.* Hostias ipsi mactavit. vi. 76. *ταῦρον τῇ θαλάσσῃ σφαγιασάμενος.* Cum taurum mari mactasset. ibid. *ἐσφαγιάζοντο, ὡς συμβαλέοντες Μαρδονίῳ.* ix. 61. Victimas mactarunt, [sacrificium fecerunt] ut cum Mardonio congressuri, [conflicturi.] ix. 72.

σφάζειν. com. Jugulare. *σφάζονται.* Jugulantur. v. 5. *σφαχθεῖσα.* Jugulata. ibid. *σφάξας.* v. 25. *κατασφάξαι.* vi. 23.

σφακελίζειν, et *σφακελίζεσθαι.* Sphacelo laborare. Exedi carie, atque tabe, carne putrefacta, mortuaque propter exstinctum in ea calorem naturalem. iv. 28. vi. 136.

σφάλλεσθαι. com. Labi. Cladem accipere. *ἢν γὰρ σφαλλῇ.* Si enim labatur. Si cadat. Si cladem accipiat. Ibi de Græcia agitur. vii. 168.

σφέ. Ion. et poet. pro com. *αὐτόν.* Ipsum. iii. 53.

σφέα. Ion. et poet. pro *αὐτά.* Ipsa. in n. g. plur. i. 46, 89, 111, 112. iii. 111. iv. 25. v. 83, 85.

σφέας. Ion. et poet. pro *σφᾶς, καὶ ἑαυτοὺς* com. i. 4. *κατὰ σφέας αὐτοὺς ἦσαν ἀπρόσμικτοι.* Inter se ipsos nullo commercio utebantur. i. 65. ix. 51. et passim.

σφέας, αὐτούς. i. 5. Ipsos. est et Ion. et poet. i. 70, 71, 73, 126, 155. ix. 58. et passim.

σφεῖς. Ion. et poet. pro com. *αὐτοί.* Ipsi. vii. 168. viii. 7.

σφέων. Ion. et poet. pro com. *αὐτῶν.* Ipsorum. i. 31. *σφέων αὐτῶν.* Se ipsis. i. 73.

σφί. σφίσιν αὐτοῖς, αὐτοῖς, ἑαυτοῖς. Illud. Ion. et poet. Hæc vero communia. i. 2, 3.

σφὶ, αὐτοῖς. Ipsis. Ion. et poet. i. 1, 2, 22, 23, 24, 29, 31, 36. et passim alibi.

σφίν. Ion. et poet. sequente vocali. Ipsis. pro com. *αὐτοῖς. σφὶν ἔχρησε.* i. 67.

σφίσιν, ἑαυτοῖς. i. 4, 5, 27.

σφυρήλατος, ὁ καὶ ἡ. com. *ὁ διὰ σφύρας ἐληλαμένος.* Malleo ductus, malleo fabricatus, solidus. *εἰκὼ χρυσέην σφυρήλατον ἐποιήσατο.* vii. 69. Valla: Quam cum talari ex auro tunica effinxit. Sed parum commode locum est interpretatus. Stephanus fidelius, Imaginem ejus ex auro solido compactum habuit. Ego vero sic, Effigiem ejus auream malleo ductam fecit. i. e. Ex auro solido faciendum curavit. *σφυρήλατον* vero nunc opponitur *τῷ χωνευτῷ*, quod metallo liquefacto fusoque conflatur atque formatur.

σχεδίη, ης, ἡ. Ion. et poet. pro com. *σχεδία.* Suidas, *ἡ ἐκ τῶν παρατυχόντων, ἢ εἰκαίως πεποιημένη ναῦς. καὶ γέφυρα, καὶ ζεῦγμα.* Ratis tumultuaria. Tumultuarius pons. Pons ex ratibus conjunctis, opere tumultuario, factus. *Δαρεῖος ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σάμιον ἐδωρήσατο παισὶ δέκα.* Valla: Darius ponte sublicio delectatus, auctorem ejus Mandroclem Samium donavit decuplo. iv. 88, 89. Stephanus ad marginem notat, Græcum textum hic mendosum esse. Quod verum. Sed tamen ex vulgata lectione commodissimus sensus elici potest. Sic enim locus est vertendus: Darius delectatus ponte ex ratibus opere tumultuario conjunctis facto, Mandroclem Samium ejus auctorem donavit decem pueris, vel puellis, vel fa-

mulis, vel servis. παιδὸς enim vocabulum hæc omnia significat. Valla σχεδίην hic pontem sublicium vertit: sed aliud σχεδίη, aliud sublicius pons. Quid sint sublicæ, unde pons sublicius est dictus, notum vel pueris, qui in lingua Latina aliquem progressum fecerunt. At veram τῆς σχεδίης interpretationem, quam hic locus clara voce flagitat, a nobis aperte demonstratam habes. Inter cetera autem dona, quibus plerique delectantur, qui virtutem ac beatitudinem fœda voluptate metiuntur, sunt pueri, sunt puellæ. Famulis vero servisque donari, fructuosum, ac honorificum habetur, apud illos potissimum, apud quos priscum servitutis genus adhuc observatur. Δαρεῖος διέζη τὸν Βόσπορον κατὰ τὴν σχεδίην. Darius trajecit Bosporum per pontem ex ratibus conjunctis opere tumultuario factum. iv. 89. Quanquam σχεδίη simpliciter accipi potest pro ponte ex ratibus conjunctis facto, quin etiam pro quovis ponte, licet opere tumultuario non sit confectus. At in sequentibus ἀπ' ὧν δὴ Μανδροκλέης ἀπαρχὴν, &c. aliquid ad legitimam orationis constructionem deesse videtur. Sic tamen locus satis commode posset emendari. ἀπ' ὧν δὴ [τῶν δέκα παίδων] Μανδροκλέης ἀπαρχὴν λαζὼν, καὶ ζωγραψάμενος, &c. Deinde κατ' ἐπανάληψιν σαφηνείας χάριν subjecta dicemus hæc verba, ταῦτα γραψάμενος, ἀνέθηκε ἐς τὸ Ἥραιον, id est, Ex quibus [decem pueris, vel puellis, vel famulis, vel servis] cum primitias cepisset, et depinxisset totam, &c. Deinde, cum, inquam, hæc depinxisset, [horum omnium picturam in tabella pictam,] in Junonis templo, [posuit, Junonique] dedicavit. Primitias vero jam intellige vel selecta quædam puerorum corpora, Deo consecrata, ac pro primitiis oblata; vel ipsas pecunias ex pueris venditis contractas; unde primitiæ ad sacra facienda desumtæ. Δαρεῖος ἐκέλευσε τοὺς Ἴωνας τὴν σχεδίην λύσαντας, ἕπεσθαι κατ' ἤπειρον ἑωυτῷ. Darius Iones, soluto ponte, se terra sequi jussit. iv. 97. Quod autem σχεδίη ἀντὶ τῆς γεφύρας sumatur, patet cum ex præcedentibus, quæ iv. 88. dicuntur. Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε Μανδροκλέης Ἥρῃ, μνημόσυνον σχεδίης. tum longe dilucidius ex sequentibus, ubi dux Mitylenæorum Dario pontem solvi jubenti dicit, σὺ νῦν γεφύρην ταύτην ἔα κατὰ χώρην ἐς-άναι, φυλάκους αὐτῆς λιπὼν τούτους, οἵπερ μιν ἔζευξαν. iv. 97. [ἐς τὴν γέφυραν. iv. 98, 118.] φυλασσετε τὴν σχεδίην. Pontem servate. Pontem custodite. iv. 98. τῆς σχεδίης. v. 23. λύσαντας τὴν σχεδίην. vi. 41. διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι τὸν βασιλῆα. viii. 107. λύσοντας τὰς γεφύρας. viii. 108. λύσουσι τὰς σχεδίας. ibid. τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ γεφύρας λύειν. viii. 110. λύσοντας τὸν πόρον. viii. 111. hic τὸν πόρον pro ponte posuit Herodotus, per quem transibatur. ut etiam videtur accipiendum, viii. 117. Si quis tamen τοῦ πόρου nomine meatum, atque trajectum ipsum potius, quam pontem, censeat intelligendum, ei nequaquam acriter adversarer. Vide πόρος. τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. ibid. τὰς γεφύρας εὗρον διαλελυμένας, τὰς ἐδόκεον εὑρήσειν ἔτι ἐντεταμένας. ix. 114.

σχεῖν. Ion. et poet. pro com. καταλαβεῖν. Occupasse. τὴν ἀκρόπολιν ἔσχον. Arcem occuparunt. i. 59. v. 46.

σχεῖν, et compositum κατασχεῖν. com. Verbum nauticum, quod et neutraliter, et active sumitur, Appellere. Ad portum, ad littus ap-

plicare, admovere. ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασον. Naves ad Caucasum appulit. v. 33. Valla tamen vertit, Apud Caucasum continuit, et τὸ ἔσχε ἀντὶ τοῦ κατέσχε sumsit. Quod non temere damnandum. Nam et hoc modo commode sumi potest. [At vi. 92. ἔσχον ἐς τὴν Ἀργολίδα χώρην. Appulerunt. Appulsæ sunt.] ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες τὰς νέας. Cum ipsas naves ad hoc littus appulissent. vii. 59. σχεῖν [τὰς νῆας] πρὸς Σαλαμῖνα. viii. 40. Naves ad Salamina appellere. quanquam Valla vertit, Ut ad Salaminem sisterent classem: quod et ipsum bene hoc loco habere potest. Vide κατίσχειν, et κατασχεῖν. οἱ μὲν ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα. viii. 41. Alii quidem ad Salamina appulerunt. ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς νέας. viii. 42. Ad Salamina naves appulerunt.

σχεῖν, ἔχειν. Tenere. Retinere. Cohibere. ἔσχε τοὺς Ἕλληνας. viii. 110. Græcos retinuit.

σχεῖν ἐν γαστρί. V. Hom. 2. Dicitur de mulieribus, quæ cum viris congressæ conceperunt prolem, et in utero gerunt, q. d. In ventre habere, scil. prolem. Prægnantem, sive gravidam esse.

σχεῖν. com. Tenere. Obtinere. εἶχε τὴν βασιληΐην, οὐ κατὰ ἀνδραγαθίην σχών, ἀλλὰ κατὰ γένος. Regnum habebat, quod obtinuerat non propter aliquam virtutem, sed propter genus. v. 39. εὖ ἐπίστατο σχήσων τὴν βασιληΐην. Probe sciebat se regnum obtenturum. v. 42.

σχεῖν. Ion. et poet. pro com. κωλύειν. Impedire. Coercere. Reprimere. Ἀρισ-όδικος ἔσχε μὴ ποιῆσαι ταῦτα Κυμαίους. Aristodicus Cumanos impedivit ne hæc facerent. i. 158. εἰ μὴ νὺξ ἐπελθοῦσα [αὐτοὺς] ἔσχε. Nisi nox [ipsos] interventu suo repressisset. iii. 79. ἔσχε βουλομένους τιμωρέειν τοῖσι Ἕλλησι. vii. 171. Illos ad auxilium Græcis ferendum paratos cohibuit. ἔσχε τοὺς Ἕλληνας. viii. 110.

σχεῖν ἔρωτα. Herodotea, et poetica locutio, pro com. ἐπιθυμεῖν. v. s. Amorem, vel cupiditatem, vel desiderium habere. pro, Cupere. Desiderare. Desiderio rei alicujus flagrare. ἔρωτα σχὼν τῆς Ἑλλάδος τύραννος γένεσθαι. v. 32. Cum Græciæ tyrannus esse cuperet. Cum Græciæ tyrannidem affectaret.

σκήπτεσθαι. com. pro quo et προφασίζεσθαι. Prætexere specciosam aliquam causam. Simulare. v. 102.

σκῆψις, ιος, ἡ. com. pro quo dicitur et πρόφασις. iii. 72. Speciosa causa, quæ prætextus, sive prætextum, appellatur. Simulatio. Fictio. Excusatio. Causa. σκῆψιν ποιεύμενος τὴν ξεινίην τοῦ Ἰστιαίου. Histiæi hospitalem amicitiam prætexens. Vel, Per speciem juris hospitii, quod cum Histiæo ipsi intercedebat. v. 30. πρὸς τοὺς Ἕλληνάς σφι σκῆψις ἐπεποίητο, τῇπερ δὴ καὶ ἐχρήσαντο. vii. 168. Valla: Ad Græcos excusationem paravere, qua etiam usi sunt. Æ. P. Apud Græcos speciosam excusationem excogitarunt, qua etiam usi sunt.

σχοῖνος, ὁ. Ion. et poet. pro com. σχοινίον. Funis. Funiculus. μετωνυμικῶς materia pro forma rei. καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι. Et pulcrum campum fune metiri. σχοῖνος proprie junci genus dicitur, ex quo funes fiebant. i. 66.

σχοινοτενὴς, ὁ καὶ ἡ. com. Funibus extentus. Longus. Quem funibus extentis metimur. σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας. Cum funibus extentis, vel ad funiculum, alveos designasset. i. 189. σχοινοτενέες διέξοδοι. Transitus funibus extensis circumscripti. i. 199.

σχολαίτερα. com. Adverbium, pro

quo σχολαίτερον in singulari frequentius. βραδύτερον. ix. 6. Tardius. Segnius.

σώζεσθαι. com. Salvum pervenire. Vel, sospitem redire aliquo. σωθέντος ἐμεῦ ὀπίσω ἐς οἶκον τὸν ἐμόν. Ubi domum meam salvus rediero. iv. 97. Vide ἀποσώζεσθαι. viii. 92.

σῶς, σῶ, ὁ. Ion. et poet. pro com. σῶος. Sanus. Integer. Salvus. fit autem ἐκ τοῦ σόος. κατὰ κρᾶσιν. iii. 124.

σῶσι. V. Herod. pro com. σώζουσι, vel ἐκ τοῦ σώουσι poet. κατὰ κρᾶσιν καὶ τροπὴν σῶσι. Servant. Quod autem Iones ου in ω sæpe vertant, vide ὦν pro οὖν. i. 200.

σώτειρα, ας. Ion. et poet. Servatrix. ii. 156.

σώχειν. Ion. et poet. pro com. τρίξειν. Terere. κατασώχουσι πεῤὶ λίθον τρηχύν. Ad asperum lapidem atterunt. iv. 75. τὸ κατασωχόμενον. Id, quod atterendo abrasum fuerit. ibid.

T.

T Ion. pro com. σ. παρέξει τοι, σοί. Tibi præbebit. i. 9. μή τι τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάξος. Ne quid damni ab ea tibi contingat. ibid. νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παιρουσέων. Nunc cum duæ viæ tibi sint propositæ. i. 11. οὕτω τοι ἀπέῤῥιπται. Adeo tibi est despecta, et contemta. i. 32. παριδών τοι, pro σοί. i. 38. τὸν γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα. i. 38, 39, 41, 42. οὔ τοι, pro οὔ σοι. i. 66. τάδε τοι, pro σοί. i. 89. ἐπαναστησόμενόν τοι. Insurrecturum in te. Gal. *Qu'il s'élevera contre toi.* ibid. δεινοί τοι ἔσονται. Tibi formidabiles erunt. i. 155. ἐπικαλέω τοι. Invoco tibi, in tuum auxilium. i. 199. ἀπαλλάτονται. ibid. pro ἀπαλλάσσονται com. ut ibid.

τ, Ion. sequente aspirata tam in compositis, quam in non compositis vocabulis, at separatis, in θ non verti, ut communiter fit. κατελεῖν, pro καθελεῖν. i. 4. κατ' ἡσυχίην, pro καθ' ἡσυχίην. i. 9. μετίετο, pro μεθίετο. i. 12. προκατίζων, pro προκαθίζων. i. 14. μετιέντας pro μεθιέντα. i. 24. μετελς, pro μεθείς. i. 33. κατ' ὁδὸν, pro καθ' ὁδόν. i. 41, 122. καταιρεθεῖσα, pro καθαιρεθεῖσα. i. 46. κάτοδος, pro κάθοδος. i. 60, 61. κατυπέρτερος, pro καθυπέρτερος. i. 65, 67. κατύπερθε. i. 67. κατεσήκεε, pro καθεσήκει. i. 80. καταγίζειν, pro καθαγίζειν. i. 86. κατιρώσας, pro καθιρώσας. i. 92. κατεῖλε, pro καθεῖλε. i. 95. ἐμετείθη, pro μεθείθη. i. 114. μετεσεώσης, pro μεθεσώσης. i. 118. κατάπερ. vii. 62, &c.

τ, Ion. pro θ, com. ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. Hinc. Illinc. i. 2, 9, 17. αὖτις. Iterum. pro com. αὖθις. i. 54, 56. ἐνθαῦτα, pro ἐνταῦθα. i. 61. et passim eadem occurrunt.

Ταξιτί. Scythice Vesta nominatur. iv. 59.

ταί. Ion. et poet. pro com. αἱ. ταὶ γυναῖκες. pro αἱ γυναῖκες. ii. 48.

τὰ κατὰ Μαντινέας τοσαῦτα. ix. 77. Hactenus de Mantineis.

ταλαιπωρίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ταλαιπωρία. Miseria. Labor. Ærumna. τοὺς ἀσθενεστάτους ἐς τὰς ταλαιπωρίας. Infirmissimos quosque ad labores ferendos. iv. 134. Valla hæc verba ἐς τὰς ταλαιπωρίας, non est interpretatus. Paulo post dicitur τοὺς καματηροὺς τῶν ἀνδρῶν. i. e. Laboribus defatigatos.

ταμάλιστα. Ion. Maxime. Quinetiam com. dicitur. ξεῖνος ἐς ταμάλιστα. Familiaris quam maxime. i. 20. ii. 78, 147, 148. iv. 7, 68, 104. ἐς ταμάλιστα, unica voce. v. 28. V. Hom. 2.

τάμνειν, et compos. Ion. pro com. τέμνειν. unde ἐπιτέμνειν. Secare. Incidere. ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται. Postquam brachia inciderint, secuerint. i. 74. ἀποτομνομένη. Interceptæ, vel erep-

tæ. Ablatæ. i. 82. ἐτάμνετο, pro ἔτεμνε. λίθους ἐτάμνετο. i. 186. ταμόμενοι. i. 194. ἀποτάμνουσι τὴν κεφαλήν. Caput abscindunt. ii. 39. ἀποτάμνοντες. ii. 92. περιτάμνονται. Circumciduntur. ii. 104. κατέταμνε. ii. 108. ἀποτάμνειν. ii. 121. § 2. § 5. iii. 8, 42, 118. κατατάμνειν. Concidere. iv. 26. bis. ἀποταμνόμεναι. iv. 34. ἀποτάμνοντες. iv. 62. ὄρκια ταμνομένων. iv. 70, 71. περιταμνόμενοι. iv. 159. συντάμνειν. v. 41. συντάμνων. vii. 123, 124. ἐκτάμνειν. viii. 105. Exsecare, castrare. pro eodem, ἀποτάμνειν dicitur. viii. 106. ἀποταμεῖν τὴν κεφαλήν. viii. 118. Caput amputasse.

τὰ πάντα πρῶτος. Omnibus in rebus primus. i. 34.

τὰ παρ' ἡμῖν, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν. Quantum res nostræ ferunt. Quantum ipsa rerum nostrarum conditio patitur, vel fert. i. 30.

τὰ περὶ τὸν Κῦρον. Ion. pro com. οἱ ἀμφὶ τὸν Κῦρον. ὁ Κῦρος. σεμνοῦν τὰ περὶ τὸν Κῦρον. Cyrum laudibus augustiorem reddere. (quod patet ex præcedentibus, τὸν Κῦρον ὅστις ἐών) i. 95.

ταρίχος, ου, ὁ. com. Piscis salitus, id est, sale conditus. ταρίχους ὀπτῶντι. ix. 120. Pisces salitos torrenti. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε, καὶ ἔσπαιρον, ὅκως περ ἰχθύες νεάλωτοι. ibid. Pisces saliti in igne jacentes subsultabant, et palpitabant, ut pisces recens capti. τὸν ὀπτῶντα τοὺς ταρίχους. ibid. τεθνεὼς, καὶ τάριχος ἐών, δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. ibid. Mortuus, et sale conditus, potestatem habet a diis eum ulciscendi, vel puniendi, qui [ipsum] injuria affecit.

ταρσοὶ τῶν κωπέων. viii. 12. Remorum palmulæ.

τάττειν, Ion. et poet. quinetiam com. pro quo frequentius τὸ ἐπιτάττειν, καὶ προστάττειν. Imperare. Jubere. τοὺς παρεόντας τάξας ὑπομένειν. Cum jussisset eos, qui aderant, remanere. iii. 25.

ταύτῃ. com. Adverbialiter sumtum pro οὕτω. Hoc modo. Sic. i. 120.

ταφὴ. Sepultura. ταφῆς τυχεῖν. Sepulturam consequi. Sepulturæ mandari. Sepeliri. i. 24. ταφῆς κυρεῖν. i. 112.

ταχίστην. τὴν ταχίστην. com. Celerrime. Citissime. i. 73, 81, 86, 111, 126. ii. 121. § 2. iv. 131, 135, 136, 151. vi. 7. vii. 48. τὴν ταχίστην. vii. 162. ix. 41. Plena locutio esset. κατὰ τὴν ταχίστην ὁδόν. ix. 66.

ταχυάλωτος, ὁ καὶ ἡ. N. H. Quod in vulgatis Lexicis non exstat. Qui cito capi potest. χώρην εἶχον εὐαίρετον, καὶ ταχυάλωτον. vii. 130. Regionem habebant, quæ facile citoque capi poterat.

τεθάφαται. Ion. pro com. τεθαμμέναι εἰσί, αἱ ἵπποι τεθάφαται. Equæ sepultæ sunt. vi. 103.

τέθηπα. Præteritum perfectum medium. Ion. et poet. a θάπτω. Obstupui. ii. 156.

τεθριπποδάτης, ου, ὁ. N. H. Qui quadrigis vehitur. iv. 170.

τεθριπποτροφέειν, εῖν. V. H. Equos quadrijugos alere. τεθριπποτροφήσας. vi. 125.

τεθριπποτρόφος, ου, ὁ. N. H. Qui quadrigas. i. e. equos quadrijugos alit. vi. 35.

τεθυμῶσθαι ἐς τοὺς κρέσσονας. Præstantioribus iratum esse. iii. 52.

τεῖν. Ion. Dor. et poet. pro com. σοί. Tibi. νικήσας ἀνέθηκε τεῖν περικαλλὲς ἄγαλμα. Victor dedicavit tibi pulcherrimum simulacrum. v. 60, 61. Alii tamen ὀξυτόνως τεῖν scribunt.

τειχέειν, εῖν. V. H. pro com. τειχίζειν. Muris cingere. Muris circumdare. Munire. τειχέοντος ἤδη Ἰσιαίου [τὴν πόλιν.] Histiæo [urbem] muris jam cingente, vel muniente. v. 23. τὴν Μύρκινον, τὴν Ἰσιαῖος ἐτείχεε. Myrcinum, quam Histiæus muniebat. v. 124. οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας. viii. 40.

Illi vero audiebant ipsos Isthmum munire. τὸ τεῖχος ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἐτείχεον. ix. 7. Murum in Isthmo exstruebant. τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχεον. ix. 8. Isthmum muniebant, vel muro muniebant.

τειχήρης, ὁ καὶ ἡ. com. Mœnibus conclusus. ποιήσαι τειχήρεις τινάς. Aliquos intra mœnia compellere. Mœnibus aliquos concludere, vel includere. i. 162.

τειχομαχέειν, εῖν. com. Muros oppugnare. οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχέειν. ix. 70. Quia muros oppugnare nesciebant.

τειχομαχίη, ης, ἡ. Ion. pro com. τειχομαχία, ας. Murorum oppugnatio. κατεσήκεε σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ix. 70. Acrior murorum oppugnatio ab ipsis est instituta. ἰσχυρὴ ἐγίνετο τειχομαχίη. ibid. pro eodem dicitur συνωνύμως.

τεῖχος, τό. Murus. Munitio. Urbs. Oppidum. com. ἔπεμπε ἐκ τοῦ τείχεος ἄλλους ἀγγέλους. Ex urbe alios nuntios, vel legatos misit. i. 81. τὸ Λυδῶν τεῖχος. Lydorum urbs. i. 83. ἁλισκομένου τοῦ τείχεος. Dum urbs caperetur. i. 85. τείχεα, τὰ νυν Ἐκβάτανα κέκληται. Urbem, quæ nunc Ecbatana vocatur. i. 98. ii. 118. iii. 155. vii. 107.

τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς. &c. Oraculum Atheniensibus redditum. vii. 141. Ejus interpr. infra vide. Hujus oraculi mentionem facit Arist. Rhet. lib. i. c. 16. § 3. Justinus lib. ii. c. 12.

τεῖχος, εος, ους, τό. com. Murus. Munitio. Urbs. τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων. ix. 41. Thebanorum urbs. [Quod aperte ix. 58. de re eadem agens Herod. τὸ Θηβαίων ἄστυ vocat.] ix. 66.

τειχοφύλαξ, κος, ὁ. Murorum custos. N. H. iii. 157.

τέλεος. com. Perfectus. Absolutus. Integer. Ad exitum perductus. ὄψις ὀνείρου τελέη. Insomnii visum perfectum, et ad exitum perductum. i. 121. τὰ τέλεα τῶν πρηγμάτων. Integræ, lectæque oves. Integræ victimæ. i. 183. Homer. passim ἑκατόμβας τελήεσσας vocat.

τελεοῦν. com. Absolvere. Perficere. πάντα ἐτελέωσε ποιήσας. Omnia perfecit, ac absolvit. i. 120. τοῦτο ἐτελεώθη. Hoc perfectum est. Hoc ad finem suum est perductum. i. 160.

τελεοῦν. Herodotea locutio. Voti compotem facere. ταῦτα ἐτελέωσέ μιν. Hæc ipsum voti compotem fecerunt. iii. 86.

τελευτᾶν. Finire. τελευτᾶν τὸν βίον. Vitam finire. Mori. i. 32. vii. 154. τὸν αἰῶνα τελευτᾶν. idem. i. 32. τὸν βίον τελευτᾶν. Vitam bene finire. ibid. τελευτᾶν ὑπό τινος. Ab aliquo cædi, cæsumque mori. i. 39. τελευτῶν τὸν βίον. iii. 73. Ἀριπείθης τελευτᾷ δόλῳ ὑπὸ Σπαργαπείθεος. Aripeithes a Spargapeithe per dolum cæditur, cæsusque vitam finit. iv. 78. τελευτήσαι τὸν αἰῶνα. ix. 17. Finire vitam. ix. 27. ἐτελεύτησαν τὸν βίον. V. Hom. i. 5.

τελευτᾶν. Finem aliquem ac exitum habere. αἱ πολλαὶ Πολυκράτεος εὐτυχίαι ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαν. Magna Polycratis felicitas hunc exitum habuit. iii. 125.

τελευτᾶν. Desinere. Terminari. ἐς τὴν τελευτᾷ. In quam desinit. iv. 39.

τελευτᾶν, neutraliter positum, et orationi tributum, quæ desinit in aliquem finem, quæ finem aliquem sortitur, et aliqua sententia clauditur. ἐτελεύτα δ' οὖν ὁ λόγος τῷ ἄρχοντι, μὴ τρέφειν τὸν Ὅμηρον, &c. V. Hom. 14. Quoniam Lat. interpres et præcedentem et hunc ipsum locum omisit, et sequentia sic est interpretatus, ut vel alium codicem nactus videatur, vel a Græcis verbis consulto recesserit, quod sensum a se utcunque nobis explicatum putaret; idcirco nos in gratiam τῶν

φιλελλήνων hæc Latinitate donabimus. Hinc autem et ipsum Homeri nomen ab illa [videlicet cæcitatis] calamitate Melesigeni [fertur inditum, quod ut constanter ei tribueretur, usus] evicit, [ac obtinuit.] Cumani enim cæcos appellant ὁμήρους. Quare cum prius vocaretur Melesigenes, hoc Homeri nomen [impositum ei] fuit. Et peregrini [nomen hoc] in varias regiones tulerunt, [et divulgarunt,] quoties mentionem ejus faciebant. Archontis igitur oratio in hanc sententiam desinebat, [hac sententia claudebatur,] non [oportere] alere Homerum. Vel, Hæc igitur erat sententia, qua Archon suam orationem claudebat, Homerum non alendum. Idem vero propemodum et reliquo Senatui visum est. Prætor vero, cum accessisset, [ad Homerum] et assideret ipsi, verba, quæ postulatis ipsius adversata fuerant, et S. C. [ipsi] narravit. Ille vero, cum [hæc] audisset, suam calamitatem deplorabat, &c. Vide χρήμη, et Ὁμηρος, et ἐπικρατεῖν, et διαφέρειν.

τελευτή. Finis. τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη αὐτῷ ἐπεγένετο. Ipsi pulcherrimus finis vitæ contigit. Gloriosissimam mortem obiit. i. 30. σφὶ τοῦ βίου δρίστη τελευτὴ ἐπεγένετο. i. 31.

τελέως. com. Perfecte. Absolute. Penitus. Omnino. Summe. i. 120.

τέλος, τό. Finis. ἐν τέλει τούτῳ ἔσχοντο. In hoc fine retenti sunt. pro, Hunc vitæ finem sunt sortiti. i. 31.

τέλος, εος, ους, τό. com. Magistratus. τοῖσι ἐν τέλεσι ἐοῦσι. ix. 106. Illis, qui in magistratibus erant, i. e. qui magistratus gerebant. Magistratibus.

τέλος, εος, ους, τό. com. Agmen militare. vii. 81.

τέλος, com. adverbialiter sumtum, [ut τὸ τελευταῖον. i. 91.] Ubi Ἀττικῶς ἡ πρόθεσις κατὰ subaudiri videtur. Tandem. Ad extremum. i. 76, 82, 96.

τέναγος, εος, ους, τό. com. Suidas, τενάγη, διάῤῥοχοι. κάθυγροι τόποι, πηλώδη, πελάγη, ἢ ἰλύς. ἐπιπολάζοντος ὕδατος οὐ πολλοῦ, καὶ βοτάνης ἐπιφαινομένης τῷ ὕδατι. Sed apud Suidam pro πηλώδη, et πελάγη, fortasse scribendum τὰ πηλώδη, καὶ πελαγώδη [χωρία.] Vide Polybii exemplum illic allatum. Dictum τέναγος (ut Schol. Pindari docet) παρὰ τὸ τέγγειν, τὸ βρέχειν, καὶ ὑγραίνειν. Sic autem proprie vocatur maris eluvies, atque limus, quod vadi tenax cœnum a Claudiano appellatur. Hinc vocabulum Gallicum deductum est, κατ' ἀποκοπὴν, *Tengue*, sive *Tangue*. nam utroque modo scriptum legitur, prior tamen ad Græcam vocem propius accedit. Locus cœnosus, locus obductus limo, qualia solent esse in multis regionibus mari proximis, propter maris æstum, et aquarum reciprocationem. Locus vadosus, palustris, lacunosus. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τέναγος γενόμενον, παρίεσαν ἐς τὴν Παλλήνην. viii. 129. Cum autem barbari locum illum vidissent factum esse lacunosum, in Pallenem concesserunt. Quid sibi velit hoc, ex Virg. verbis facile colligi potest. Sic autem ille τῶν γεωργικῶν lib. i. v. 113. quique paludis Collectum humorem bibula deducit arena? Præsertim incertis si mensibus amnis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo, Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ. Festus. Lacuna, aquæ collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. Scaliger. Pro lama perperam manuscripti limam, unde quidam λίμνην reposuerunt. Sed lama idem ac lustrum. Veterum Glossæ, Lamæ, πηλώδεις τόποι. Melius tamen lamæ collectiones

aquarum exponerentur. Hæc isti. Unde patet quid τοῦ τενάγους nomine sit intelligendum.

τέοισι. Ion. et poet. interrogative, pro com. τοῖσι καὶ τίσι. τέοισιν ὄμμασι. Quibus oculis? i. 37.

τέοισι. Ion. et poet. non interrogative, sed indefinite, pro com. enclitico τοῖσι, καὶ τισί. i. e. aliquibus. εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι. ix. 27. Si quibus aliis. εἴ τέοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον. viii. 113. v. s. Si quibus præclari alicujus facinoris conscius erat. id est, Si quod egregium facinus ab aliquo editum sciebat.

τέσσερες. Ion. pro com. τέσσαρες. ii. 31. τέσσερας. ii. 110. τεσσέρων. ii. 138, 158. τέσσερες, καὶ τεσσεράκοντα. iii. 10, 44. iv. 15. vii. 100. et passim.

τέτορες, οἱ et αἱ. Ion. et poet. pro com. τέσσαρες. Quatuor. ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες. vii. 228. Ex Peloponneso chiliades quatuor.

τετραγωνοπρόσωπος. ὁ καὶ ἡ. N. H. Quadrata facie præditus. θηρία τετραγωνοπρόσωπα. Feræ faciem quadratam habentes. iv. 109.

τετραμμένος, η, ον. com. ad animum interdum transfertur, et dicitur de eo, qui sententiam mutavit. ὁ δὲ, γνοὺς τετραμμένους σφέας. ix. 33. Ille vero, cum ipsos mutatos [esse, cum sententiam mutasse] cognovisset. ὁρέων αὐτοὺς τετραμμένους. ix. 34.

τέτρηται. κατὰ συγκοπὴν ἐκ τοῦ τετόρηται, a τορέω, ῶ. μ. τορήσω. Perforo. Ctesias Ind. 24. Vide τρῆσαι apud Eustath.

τετρωμένος, η, ον. com. Vulneratus, a, um. νέες τετρωμέναι. viii. 18. Naves vulneratæ.

τευ. Ion. pro του. et του pro τοῦ, καὶ οὗ. ἀπό τευ, pro ἀφ' οὗ. A quo. Nisi forte legas ἀπὸ τεῦ, pro ἀπὸ τοῦ, hocque pro ἀφ' ου. Quod probabilius. i. 7.

τεῦ; Ion. et poet. pro com. τίνος; Cujusnam? Interrogationi serviens. τεῦ ἐνδεὴς ὤν; Cujus rei indigens? v. 106.

τευ. ἐγκλιτικόν. Ion. pro com. του, καὶ τινός. Alicujus. συμβουλεύσαντός τευ. Cum quidam ei suasisset. i. 19. ὑπ' ἄλλου τευ. Ab alio aliquo. i. 39. ἄξιός τευ κακοῦ. Aliquo malo dignus. i. 115. ὅτευ, pro οὑτινος, οὗ. Cujus. i. 119. ἐκ συνθέτου τευ. Ex composito. iii. 86.

τεύχειν, καὶ τεύχεσθαί τι. Ion. et poet. pro com. τυγχάνειν, εἴτε τυχεῖν τινός. Πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. ix. 109. Illam enim impetraturam esse [dixit] quæcunque petiisset.

τεύχεσθαι βίης. Herodotea locutio, pro com. βίαν πάσχειν, et βιάζεσθαι. Vim pati. ἐπίστατο βίης οὐ τευξομένη. ix. 108. Se nullam vim passuram sciebat. Sibi nullam vim allatum iri sciebat.

τεχνάζειν. com. pro quo alias τέχνην τινα ἀσκεῖν. Artem aliquam exercere. τεχνάζειν ἐπιστάμενος. Artem exercere sciens. Artis exercendæ notitiam habens. iii. 130.

τεχνάζειν. com. Uti dolis. Agere dolose. Dolos moliri. Astute loqui. vi. 1.

τέῳ. Ion. et poet. pro com. τῷ, καὶ τίνι. τέῳ τρόπῳ; Quonam modo? i. 11. vii. 234. τέῳ μόρῳ? Quanam morte? i. 117. τέῳ δυνάμει; Qua potentia? quibus viribus?

τέῳ. ἐγκλιτικὸν μόριον. pro τῳ, καὶ τινί. Aliquo. ἀλλά τεῳ τρόπῳ, pro com. ἀλλά τινι τρόπῳ. Sed aliquo modo. i. 110. v. 86. vii. 210. καί τεῳ φυλασσόντων. ix. 120. Et cuidam custodum.

τέῳ, nón ἐγκλιτικὸν μόριον, pro τῳ, καὶ τινί. Alicui. ἄλλῳ τέῳ, pro ἄλλῳ τινί. Alicui alii. i. 129, 181. πολλῷ τέῳ. ii. 48.

τέων. Ion. et poet. pro com. τινῶν. Aliquorum. v. 57.

τέως. Ion. poet. et com. Aliquan-

diu. Ad aliquod tempus. i. 11, 58, 82, 86, 94.

τέως. Ion. et poet. pro com. ἕως. Donec. Quamdiu. iv. 165.

τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπαι Ξέρξῃ. ix. 109. Sic locum istum arbitror legendum, τὴν δὲ (κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι) πρὸς ταῦτα εἶπαι Ξέρξῃ, δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω; Valla: Ad hoc illa respondens (debebatur enim toti familiæ infortunium) Dabisne, inquit, mihi quicquid a te petiero? Æ. P. Illam vero (oportebat enim universæ [ejus] familiæ infortunium dari) ad hæc Xerxi respondisse [ferunt,] Dabisne mihi quicquid a te petiero? Facilis fuerit typographi lapsus, propter affinitatem particulæ τὴν cum τῇ. Subauditur autem verbum φασί. Vulgata lectio durum habet ἀνακόλουθον, quod levissima mutatione possumus emendare, quemadmodum ante monuimus. πανοικίῃ vero, nunc accipiendum ἀντὶ τοῦ, πάσῃ οἰκίῃ, τουτέστι πανὶ τῷ ἐκείνης οἴκῳ. Vel adverbialiter est sumendum, pro quo dicitur συνωνύμως πανοικὶ, et πανοικεὶ, cum tota familia, nullo relicto. Vide vulgata Græco-latina Lexica. Sed si dicamus esse adverbium, aliquid ad locutionem absolvendam videbitur desiderari, αὐτῇ scilicet, ut locum sic intelligas, κακῶς γὰρ αὐτῇ ἔδεε πανοικίῃ, τουτέστι σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, γενέσθαι. ἀντὶ τοῦ, αὐτῇ, καὶ ὅλῳ τῷ αὐτῆς οἴκῳ. id est, Ipsi et universæ ejus familiæ.

τῇ. Ion. et poet. pro com. ᾗ. ἔστι τῇ με νικᾷς. Est qua parte me vincis. id est, Hac in re. Hoc modo me vincis. i. 40. τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος. Ubi, vel, Qua parte, Quo in loco nullus custos erat collocatus. i. 84. iii. 64.

τῇ. Ion. pro com. ᾗ, ἥπερ, ὥσπερ. Ut. Quemadmodum. ii. 120. vii. 209.

τῇ. Ion. et poet. pro com. οὕτω. Sic. Ita. (τῇ περ. Ut. Quemadmodum. i. 86. τῇ αὐτῷ πάντα ἀποξεσῄκεε. Sic omnia ipsi evenerunt. ibid.)

τῇ. Ion. et poet. pro com. ᾗ, πῶς, ὅπως. Quonam modo. i. 120.

τῇ ἐμοὶ δοκέει. Ut mihi videtur. ii. 120. τῇ γε μοι φαίνεται. idem. vii. 139.

τήκειν. com. Liquefacere. ἡμιτάλαντον ἀπετάκη. Semitalentum liquefactum est. i. 50.

τὴν ἀρχήν. Initio. In primis. τοῦτο οὐκ ἐνδέκομαι τὴν ἀρχήν. Hoc ego in primis non admitto, non probo. iv. 25.

τῇπερ. Ion. et poet. pro com. ὥσπερ. Ut. Quemadmodum. τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε. Quemadmodum ille dixit. i. 86.

τῇπερ. Ion. et poet. pro com. ᾗπερ. δθι (αὐτοῦ. αὐτόθι. Ubi. Illic. i. 30.)

τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων. vii. 168. Primo quoque die. Sic et Galli, *au premier jour*. Pro, Quam primum.

τὴν πρώτην. Ion. ac Att. κατ' ἔλλειψιν τοῦ ὁδόν. Primum. Initio. Principio. Vel, Primo quoque tempore. Confestim. i. 153. iii. 134.

τῇ τε ϛήσονται τὸν πόλεμον. vii. 236. Hic bellum sistent.

τιάρη, ης, ἡ. Ion. pro com. τιάρα, ας. Persicus pileus. περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας, καλεομένους πίλους, ἀπαγέας. vii. 61. Valla: Circa capita gestabant pilea, (quas vocant tiaras) impenetrabilia. Æ. P. Circa capita gestabant tiaras impenetrabiles, qui vocantur pilei. Quid sit ἀπαγῆς, vide suo loco. Virgil. Æneid. lib. vii. v. 247. tiaram masc. g. profert. More daret populis, sceptrumque, sacerque Tiaras. Vide Servium et Suidam.

τιθέναι. τὰ μὲν ἄνω, κάτω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω τιθέναι. Omnia evertere

ita ut ea, quæ summa erant, infima faciamus, et quæ infima, summa. iii. 3. Gall. *Mettre ce, qui est dessus, dessous, et ce, qui est dessous, le mettre dessus.*

τίθεσθαι, variis modis positum. ἐν τιμῇ τίθεσθαι. In pretio habere. Colere. Honorare. iii. 3. (ἐν ἀτιμίῃ ἔχειν. ibid.) τίθεσθαι ψῆφον. Suffragium ferre. Suo suffragio censere. iii. 73. τίθεσθαι γνώμην. Sententiam ferre. iii. 80. Auctorem esse rei alicujus. Suadere aliquid sua sententia. τοῦ γνώμην θεμένου μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Qui sententiam tulerat, qui suaserat, ne Græciæ bellum inferretur. vii. 82. γέλωτά μὲ ἔθευ, pro ἔθου. vii. 209. Me risum fecisti. Me derisisti. Valla vero, Me derisui habuisti. τὰ σεωϋτοῦ τιθέμενος εὖ. vii. 236. Res tuas bene constituens. Rebus tuis bene consulens. ἡμῖν χάριν θέσθε. ix. 60. v. s. Nobis gratiam facite, vel tribuite. i. e. Hoc nobis gratificamini. χάριτα Μασίστῃ τιθέμενος. ix. 107. Masistæ gratificans. Vel, Masistæ gratiam iniens.

τιμωρέειν, εῖν. com. cum dat. positum sæpe significat opem alicui ferre. Vide et alias hujus verbis significationes, quæ alibi declarantur. Ἴωσι τιμωρέειν. Ionibus opem ferre. i. 141. ἐωϋτοῖσι τιμωρέειν χρῄζων. Rogans ut sibi ferrent opem. i. 152. τιμωρέειν Ἴωσι. ibid. τιμωρέοντες τῷ θεῷ. ii. 63. τιμωρέουσαν ἀδελφεῷ. ii. 100. iii. 47. ὑπεδέκοντο Σκύθῃσι τιμωρήσειν. Se Scythis opem laturos promiserunt. iv. 119. τιμωρήσειν ἐωϋτῇ κελεύουσα. Eum orans ut opem sibi ferret. iv. 165. οὐκ ἔφασαν τιμωρήσειν σφίσι. Dixerunt se ipsis opem non laturos. v. 103. ἄλλοισι τιμωρέοντας. vii. 150, 155, 157, 165, 168, 169, 171, 189. viii. 144. ix. 6.

τιμωρεῖν τινι. Alicujus injurias ulcisci. Injurias, quas quis accepit, ulcisci. Gall. *Faire vengeance des injures, et torts, qu'on a faits à quelqu'un.* τιμωρέων τῷ πατρί. Patris injurias ulciscens. Gall. *Vengeant les injures faites à son pere.* i. 103. θέλων τιμωρῆσαι τῷ παιδί. Pueri injurias ulcisci volens. i. 115. τὰ τέκνα τιμωρέοντα τῷ γονεῖ [ἀποθανόντι.] Filii parentis [defuncti] injurias ulciscentes. iii. 109. vii. 155. Λεωνίδῃ δὲ, τῷ μὲ κελεύεις τιμωρῆσαι, φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι. ix. 79. τῷ Πρωτεσιλάῳ τιμωρέοντες. ix. 120. Protesilaum, [i. e. injurias Protesilao factas,] ulciscentes.

τιμωρέειν, εῖν, et τιμωρέεσθαι, εῖσθαι. Ulcisci. Vindicare. i. 14. ἐτιμώρεον. Ulti sunt suas injurias. i. 18. [τούτους] τιμωρεύμενος. Hos ulciscens. iii. 49. ἀντὶ τούτων Περίανδρος Κερκυραίους ἐτιμωρέετο. Pro his [maleficiis] Periander Coreyræos ulciscebatur. iii. 53. σφέας τιμωρήσομαι. iii. 145. vii. 4.

τιμωρεῖσθαι ἔς τινα. Herodotea locutio. Ulcisci aliquem. Alicujus injurias ulcisci. Injurias alicui factas ulcisci. τετιμώρησαι ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδην. ix. 78. Leonidem patruum tuum ultus es. i. e. Injurias Leonidæ patruo tuo factas ultus es. pro quo συνωνύμως dicit Herodotus. ix. 79. Λεωνίδῃ δὲ, τῷ μὲ κελεύεις τιμωρῆσαι, φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι. ψυχῇσί τε τῶνδε ἀναριθμήτοισι τετίμηται αὐτός τε, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. Valla: Leonidæ autem, cui me jubes parentare, affirmo et ipsi, et ceteris, qui apud Thermopylas occubuerunt, magnifice esse parentatum, innumerabilibus horum funeribus. Æ. P. Leonidæ vero (cui factas injurias me persequi, [ac ulcisci] jubes) injurias illatas affirmo graviter [a me] vindicatas esse. Vel, aio magnifice [a me] vindicatas esse. Horum [enim Persarum, et aliorum hostium] innumerabilibus funeribus

honoratus, [decoratusque] est cum ipse, tum ceteri, qui ad Thermopylas occubuerunt.

τιμώρημα, τος, τό. Ultio. Vindicta. ἐκ τῶν Μενελάω τιμωρημάτων. Valla: Ob defensionem Menelai. vii. 169. Æm. P. Ob ultionem Menelai. i. e. Dum Menelai injurias ob Helenam a Paride raptam ulcisci voluistis. Vide sequentia.

τιμωρητὴρ, ῆρος, ὁ. Ion. et poet. pro com. τιμωρὸς, οῦ. et τιμωρητὴς, οῦ. Vindex. Ultor. v. 80.

τιμώρη, ης, ἡ. Ion. pro com. τιμωρία, ὠφέλεια, βοήθεια. Auxilium. ut sæpius et apud Thucydidem. Consule nostrum Græco-latinum indicem. μαθὼν δὲ ὡς ἄλλοισι δι-δοὺς τῶν ἀστῶν εὑρήσεται τιμωρίην. Valla: Sed quum sensit eadem nonnullis civium Mæandrium elargiri, quomodo puniri deberet excogitavit. Stephanus, Sed quum intellexit eum hæc aliquibus aliis civium donaturum, et inde mulctatum iri. Uterque nec verba nec Herodoti mentem intellexit, ideoque locum hunc male vertit. Vertendum enim, Cum autem intellexisset fore ut [Mæandrius hæc pocula et argentea et aurea,] ceteris civibus largiendo, auxilium [a Lacedæmoniis] impetraret, [ad Ephoros profectus, satius esse dixit ut hic hospes Sparta excederet, &c.] Hic est Germanus hujus loci sensus, ac interpretatio, quam ipsa Herodoti verba præcedentia paulo nobis indicant. Cur enim Mæandrius ex insula Samo profugus Lacedæmonem se contulerat? Cur et Lacedæmoniorum regi, et ceteris civibus hæc munera largiri volebat? Ut illos his sibi conciliaret, ut muneribus istis auxilium ab illis impetraret, ac in patriam rediret, et pristinum imperium recuperaret. Observandum autem hoc locutionis genus, quod et Herodoteum et Thucydideum esse constat. εὑρίσκειν, vel εὑρίσκεσθαι τιμωρίην παρά τινος. q. d. Auxilium ab aliquo invenire, i. e. impetrare συνωνύμως dicitur a Thucydide, ὠφέλειαν εὑρίσκειν, εὑρίσκεσθαι, εὑρήσασθαι. Vide suo loco. ἔσχοντο τῆς τιμωρίης. vii. 169. Ab auxilio ferendo abstinuerunt, vel (ut Valla) supersederunt.

τιμωρὸς, ὁ. Vindex. Ultor. ii. 141. vii. 5. τιμωροὺς Μενέλεῳ. vii. 171. Menelai vindices. Injuriarum Menelao factarum ultores.

τίνεσθαι. V. H. pro quo com. τίνυσθαι. τιμωρεῖσθαι. Ulcisci. Punire. Pœnas de aliquo sumere. τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. ix. 120. Illum ulcisci, qui fecit injuriam. De illo pœnas sumere, qui injuria [aliquem] affecit.

τίνυσθαι. com. Ulcisci. v. 77. ἀποτίνυσθαι. vi. 65.

τίς. com. pro πᾶς τις. Quilibet. Omnis. Quivis. κακολογίης τῆς ἐς Δημάρητον περιέχεσθαί τινα τοῦ λοιποῦ κελεύω. vii. 237. Quemlibet a maledictis posthac in Demaratum spargendis abstinere jubeo.

τίσασθαί τινα. Aliquem ulcisci. Gall. *Se venger de quelqu'un.* τίσασθαι τὸν Κανδαύλεα. Candaulem ulcisci. i. 10. τίσωνταί σε. Te ulciscantur. i. 27. τίσασθαι ἐθέλων ὑπὲρ Ἀστυάγεος Κῦρον. Cyrum propter Astyagem ulcisci cupiens. i. 73. τίσασθαι Ἀστυάγεα ἐπιθυμέων. Astyagem ulcisci cupiens. i. 123, 124. τὸν ποταμὸν ἐτίσατο Κῦρος. Cyrus fluvium ultus est. i. 190. τοὺς μάγους τισαίατο. iii. 75, 120, 127, 145. iv. 4, 118, 139.

τίσιν διδόναι. Herodotea locutio, pro com. διδόναι δίκην, εἴτε δίκας. Dare pœnas. ἵνα δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων. viii. 76. Valla: Ut vicem redderent præliorum ad Artemisium gestorum. Æ. P. Ut præliorum ad Artemisium factorum pœnas darent, vel rependerent.

τιμῆσις Ion. familiaris. ἀνά τε ἕδρα-

μον, pro ἀνέδραμον. i. 66. iii. 78. ἀπ' ὧν ἔδοντο, pro ἀπέδοντο. ii. 39. κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. ii. 47. ἀπ' ὧν ἔδωκαν. ii. 87, 88. ἀπὸ μὲν ὤλεσας, pro ἀπώλεσας. iii. 36. ἐμὲ ἐκκομίσας αὐτόν, pro ἐμαυτόν. iii. 122. κατὰ ῥ' εὐξάμενοι, pro κατευξάμενοι. iv. 103. ᾗσιν ὧν ἔθηκαν, pro προσέθηκαν οὖν. iv. 196. κατὰ μὲν ἔσυραν, pro κατέσυραν. v. 81. ἀπὸ δ' ἔθανε, pro ἀπέθανε δέ. vi. 114. μετὰ δὴ βουλεύεαι, pro μεταβουλεύεαι. vii. 12. ἀνά τε ἔδραμε, pro ἀνέδραμέ τε. vii. 15. ὡς δ' αὕτως, pro ὡσαύτως δέ. Similiter vero. vii. 86. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, pro ἀπάγων πάντα τὰ χρήματα. vii. 164. κατὰ μὲν ἔκαυσαν. viii. 33. pro κατέκαυσαν. Ἀνὰ πάντα πυθέσθαι. viii. 77. pro ἀναπυθέσθαι. ἀπὸ μὲν ἔθανε. viii. 89. pro ἀπέθανε. κατὰ μὲν ἔλευσαν. ix. 5. pro κατέλευσαν μέν.

τό. Ion. et poet. pro com. ὅ. Quod. i. 1. Hoc autem et in reliquis casibus, numerisque eodem modo dicitur. τῶν, pro ὧν. i. 1, 2. τά. ἅ. i. 5. τῶν. ὧν. i. 6, 8. τοῖσιν. οἷς. i. 8. τῷ. ᾧ. i. 9. τά. ἅ. i. 11. τῶν. ὧν. i. 14. τοῖς. οἷς. i. 18. τά. ἅ. i. 21, 22. τό. ὅ. Quod. i. 31, 32. τά. ἅ. i. 32. &c.

τὸ ἀπὸ τούτου. μετὰ τοῦτο. Postea. Posthac. i. 4, 130. viii. 23.

τοαρχαῖον. Ion. pro com. πάλαι, vel τὴν ἀρχήν. Olim. Antiquitus. vii. 154.

τόγε ἐμόν. Ion. pro com. κατά τήν γε ἐμὴν δύναμιν. vel κατὰ τόγε δυνατὸν ἐμοί. Quantum in me saltem fuerit. i. 108.

τοδεύτερον. com. Iterum. Secundum. i. 79, 120. iii. 159. iv. 14, 140, 142, 145. v. 28.

τὸ ἐμὸν. Res meæ. Rerum mearum status. Plena locutio est. τὸ ἐμὸν πρῆγμα. Οὕτω τὸ ἐμὸν ἔχει, ὦ Πέρσα. Sic se res meæ habent, o Persa. iv. 127.

τὸ ἐνθεῦτεν. Ion. pro com. μετὰ τοῦτο. Postea. i. 75. Posthac. i. 95, 109, 119, 162. et passim. dicitur et unica voce, τοενθεῦτεν. v. 116.

τὸ ἐόν. Ion. pro com. τὸ ὀρθὸν, καὶ δίκαιον. κατὰ τὸ ἐόν. ὀρθῶς. δικαίως. πυνθανόμενοι τὰς δίκας ἀποξαίνειν κατὰ τὸ ἐόν. Cum audirent judicia juste exerceri. i. 97. Vel, Cum audirent causas juste decidi, juste terminari.

τὸ ἐόν. Ion. pro com. τὸ ὄν. τὸ ἀληθές. Id, quod est, Res ipsa. Ipsa rei veritas. Res, quæ geritur. vii. 209.

τὸν ἐόντα λόγον λέγειν. Rem eam, quæ est, dicere. Verum dicere. Dicere id, quod est. i. 95. ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον. Rei veritatem declaravit. i. 116.

τοεπίπαν. Ion. pro com. παντελῶς. Omnino. Penitus. iv. 68. vi. 46. vii. 50. Plerumque. vii. 157. viii. 60.

τοί. Ion. pro com. σοί. Tibi. i. 9, 11, 32, 38, 39, 41, 42, 66, 89, 108, 110. ii. 115. iii. 119. et passim.

τοί. Ion. et poet. pro com. articulo οἱ. i. 186.

τὸ κατ' ὑμέας. Ion. pro τὸ καθ' ὑμᾶς. κατὰ τὸ πρῆγμα τὸ καθ' ὑμᾶς γενόμενον. vii. 158. Quantum in vobis fuit.

τόκος, ὁ. Ipse partus. Ipse pariendi actus. i. 111.

τὸ σύμπαν εἶναι. Ion. pro com. κατὰ τὸ σύμπαν. vii. 143. In summa.

τοῖσι ὁδοῖσι. vii. 114. Legendum videtur τῇσι, quod Ion. pro com. ταῖς. Si codex est sanus, observandum nunc præter morem etiam in plurali, non solum in duali, masculeum articulum cum nomine fœmineo junctum. Consule Eustath. in Ἄρθρα ἀρσενικὰ προτιθέμενα θηλυκῶν δυϊκῶν οἷον τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε. p. 723, 19. et Scholia Græca in Soph. Electram v. 977. in τώδε τὼ κασιγνήτω. pro, τάδε τὰ κασιγνήτα. Has sorores.

τοῖς. Ion. pro com. οἷς. Quibus. i. 18. τοῖσι. i. 34.

τοκεὺς, ἑος. Ion. et poet. Pater. οἱ τοκέες. Parentes. i. 122. τοκῆες alibi. iii. 52.

τὸ μηδέν. com. Qui nullius est pretii. Qui nullus amplius est, ut Comici loquuntur. ἀντ' ἀνδρός με ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι. viii. 106. Qui pro viro me nihil amplius esse fecisti. Cur? Eunuchus enim, si cum viro conferatur, nihil videtur esse. Nam nec mas, nec fœmina est, ut canit Ovid. Hei mihi, quod dominam nec vir, nec fœmina, servas. Idem in Ibin, Deque viro fias nec vir, nec fœmina, ut Atys.

τόν. Ion. et poet. pro com. ἐκεῖνον, vel αὐτόν. Ipsum. Illum. i. 24.

τόν. Ion. et poet. pro com. ὅν. Quem. i. 5, 7. τοῦ. οὗ. i. 14. τόν. ὅν. i. 14, 19, 32.

τόνος, ὁ. Tonus. Tenor, τόνος ἑξάμετρος. pro carmine hexametro videtur sumi, quod certo vocis tono pronuntiatur. ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε. i. 47, 62. ἐν τριμέτρῳ τόνῳ. Versu trimetro, sive senario. i. 174. v. 60.

τόνος, ου, ὁ. Apud Herodotum interdum accipitur pro funibus, ut Valla vertit. ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων. vii. 36. Ut stabiliret funes armamentorum. Sed τὸν τόνον τῶν ὅπλων ad verbum vocat Herodotus ipsam armorum intensionem. ἀντὶ τοῦ τὰ ὅπλα σχοινίοις ἐντεταμένα. Arma funibus intenta. Gall. melius, *Tout l'équipage bandé avec cordes et cables.* Vel τόνος hic accipitur ἀντὶ τοῦ σχοινίον ἐντεταμένον, καὶ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ σχοινίον. Funis intentus. Funis. *Corde bandée, Corde.* ibid.

τόξευμα, τος, τό. com. Sagitta. ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. His sagittis percussi. iv. 132. quod enim jam τοξεύματα vocatur, id ibid. συνωνύμως δὲ οἱ vocatur. Τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας. viii. 128. Circa sagittæ crenas. τὸ τόξευμα λαβόντες. ibid. Capta sagitta. βάλλεται τοξεύματι. ix. 22. Sagitta vulneratur. τοξευμάτων πολλὰ ἀπίεσαν. ix. 61. Multas sagittas emittebant. ἐτρωματίσθη τοξεύματι. ix. 72. Sagitta vulneratus est.

τόξευμα, τος, τό. com. Sagittæ jactus. ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται. Quantum sagittæ jactus pervenit. Ad sagittæ jactum. iv. 139. ἐπεὰν οἱ βάρβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα. vii. 226. Ubi barbari sagittas emiserint, ejaculati fuerint. vii. 218. ix. 49.

τοξοφόρος, ὁ. com. Sagittarius, qui arcum fert. Arcitenens. Gallice, *Archier.* i. 103.

τοξοφόρων Μήδων ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ. ix. 43.

τοπάλαι. πάλαι. Jampridem. Olim. i. 5. iv. 180. vii. 95.

τὸ παλαιόν. Antiquitus. Olim. i. 171, 173. τοπαλαιόν. iv. 11. v. 87. vii. 59, 89. viii. 31.

τοπαράπαν. Omnino. Prorsus. In omni parte. Penitus. i. 32, 61, 75. In summa. i. 193. iii. 66, 130. iv. 63, 124, 129, 164. ix. 33.

τὸ παραυτίκα. Statim. Tunc statim. i. 19. In præsentia.

τὸ πρίν. Ion. et poet. pro com. πρότερον. Prius. Ante. Olim. i. 129.

τὸ πρότερον τούτων. Ion. et com. Ante hæc. i. 65, 72. τὸ μὲν πρότερον ἦ Πέρσας ἄρξαι. Prius quam Persæ regnarent. i. 130. iii. 159. vii. 75.

τόρμος, ου, ὁ. Tignum, Valla. Alii rotæ modiolum esse dicunt, in quem axis inseritur. iv. 72.

τόρνος, ου, ὁ. com. Tornus Latine, Græca voce servata, vocatur. Est autem mechanicum instrumentum, quo vasa cavantur, tornantur, ac rotunda fiunt. Est et lignum rotundum atque turbinatum. γράφουσι τὴν γῆν κυκλοτερέα εὖσαν ὡς ἀπὸ τόρνου. Valla: Scribunt terram tanquam tornum, factam esse orbiculatam.

Sed Græca verba aliud sonant, ut torno elaboratam, esse orbiculatam. iv. 36.

τόρος, ου, ὁ. com. Funis. τοὺς τόρους ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο. ix. 118. Elixos lectorum funes comedebant. (τοὺς τόνους ed. Steph. 1570.)

τος. Nominum adject. in τος terminatio non pass. sed activa. Vide ἄκρτος.

τούς. Ion. et poet. pro com. οὗς. Quos. i. 11, 27.

τούς. Ion. et poet. quinetiam com. ἀντὶ τοῦ, αὐτοὺς, et ἐκείνους. τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι. Illos vero respondisse. i. 2, 3, 24, 86.

τοσοῦτο, ὥστε. Ion. [pro com. οὕτως, ὥστε. Ita, ut. Adeo, ut. iv. 159.] iv. 160.

τοτρίτον. com. Tertium. Gall. *Pour la troisieme fois.* i. 55.

τοὔτερον. Ion. pro com. τὸ ἕτερον. Attice. θάτερον. Alterum. i. 32.

τουτέων. Ion. Horum, harum, horum. pro com. τούτων. i. 50, 68, 70, 73, 105. ii. 38.

τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ. com. Partim quidem, partim vero. i. 161. ii. 135. iii. 132, 136. (159. mendose legi videtur, τοῦτον μὲν, pro τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ. ut cum ante, tum infra.) iv. 23, 142. v. 28. vi. 44. vii. 119, 156, 167.

τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ. ix. 110. Partim quidem, partim vero. Est autem ἑλλειπτικὸν loquendi genus. Subauditur enim vel κατὰ, vel διὰ, quod idem sæpe valet. q. d. Ob hoc quidem, ob hoc vero.

τράπειν. Ion. pro com. τρέπειν. Vertere. Flectere. ἐκτράπονται. Deflectunt. ii. 80. τράπουσι. Vertunt. Convertunt. ii. 92. ἐπιτράπειν. iii. 81. ἐπιτράψονται. iii. 155. τραφθέντες. iv. 12. ix. 56. Conversi. τράπεται. iv. 60. ἐπέτραψε. iv. 202. τράπονται. vi. 33. ἐκτράπονται. vi. 34. τράπομαι. vii. 18. ἐπιτράπω. vii. 52. [sic Δωρικῶς τράφειν, pro τρέφειν. Pind. Isthmiorum Ode 8. v. 35.]

τραφθέντες. Ion. pro magis usitato τρεφθέντες. ἐπιτραφθέντες, pro ἐπιτρεφθέντες. Quod frequentius occurrit. i. 7. Dicitur enim in act. perfecto com. τέτρεφα (unde Atticum τέτροφα) et τέτραφα. Sed a τέτρεφα formatur ἐτρέφθην in aor. 1. pass. a τέτραφα, ἐτράφθην. Demosth. περὶ στεφάνου. § 91. (si modo codex mendo caret,) perfectum Atticum τέτροφα, a τρέπω deductum usurpat. τὴν ἐλευθερίαν ἀνατετροφότες. Qui libertatem funditus everterunt. Æschin. ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. p. 27. l. 4. ed. Steph. pro eodem τέτραφα dicit. πόλεις ἀνατετραφότας. Qui urbes funditus everterunt. Idem ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, p. 76. l. 13. τὴν πόλιν ἀρδὴν ἀνατετραφότα. Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους, p. 94. l. 8. ποῖα οὗτος πράγματα οὐκ ἀνατέτραφεν; Et p. 104. l. 6. ταῦτα εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῷ τέτραφε.

τρέπειν. com. In fugam vertere. Fugare. τοὺς Ἀθηναίους τρέπουσι. Athenienses in fugam vertunt, fugant. i. 63. ἐτράποντο. In fugam versi sunt. i. 80. ὑπὸ νεῶν ὀλίγων εἰς φυγὴν τραπέσθαι. viii. 16. A paucis navibus in fugam verti. τῶν βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων. viii. 91. Barbaris in fugam versis.

τρέχειν περὶ ἑωυτοῦ. ἐλλειπτικῶς dictum videtur, ut subaudias ἀγῶνα, vel κίνδυνον. q. d. Currere de se ipso certamen, vel periculum. id est, De se ipso periculum aliquod adire, et de hoc vitando solicitum esse. Pro sua ipsius persona, pro suo capite incurrere, de quo fugiendo simus soliciti. In aliquod capitis periculum incidere, ad quod vitandum magna corporis animique contentione, studio, cursu, et celeritate, sit opus. vii. 57. Eodem modo et Euripides in Electra de Oreste dicit, versu 1264. ἐνταῦθα καὶ σὲ δεῖ δραμεῖν φόνου πέρι. sub. enim ἀγῶνα. i. e. Hic etiam oportebit

te currere de cæde certamen, i. e. judicii certamen, atque periculum subire. Quod συνωνύμως dicitur θέειν δρόμον περὶ ἑωϋτοῦ. q. d. Cursum de se ipso currere. μεταφορικῶς vero τὸν ἀγῶνα, καὶ κίνδυνον, i. e. Certamen, et periculum de suo capite inire, subire. In capitis periculo versari. ἅτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμου θέοντες. viii. 74. Valla: Utpote pro omni jam cursu currentes. Sed (nisi fallor) ibi legendum est δρόμον. Vertes autem, Quippe qui de summa rerum jam cursum currerent, i. e. periclitarentur. Vide apud Suidam Τρέχειν τὴν ἐσχάτην. ubi subaudiendum videtur ὁδὸν, q. d. Extremam viam currere, ut hic extremum cursum currere. Quod nihil aliud est, quam in extremo capitis discrimine versari. Dionysius Hal. Antiq. Rom. lib. iv. 209. 28. integram locutionem usurpat, κίνδυνον ὑπὲρ τῆς ψυχῆς τρέχειν, quum ita loquitur, Ἔρημα δὲ, καὶ ὀρφανὰ τὰ δύο ἡνία ταυτὶ παιδία καταλείπεται, κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ὑπὲρ τῆς ψυχῆς τρέχοντα. Idem lib. vii. 454. 9. τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγῶνα τρέχειν dicit. Idem ἐν τῷ Ἰσοκράτει, ex Wechelianis typis, pag. 98. 47. dicit, τὸν περὶ ψυχῆς κίνδυνον τρέχειν ἐν δικαστηρίοις. q. d. de anima, sive de vita, periculum inter judices currere. i. e. Capitis causam apud judices dicere. In capitis discrimine apud judices versari. Hom. Il. X. v. 161. ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Quemadmodum autem Ἀττικῶς dicitur λέγειν λόγον, ληξεῖν λῆξον, ἀγῶνας ἀγωνίζεσθαι, κίνδυνον κινδυνεύειν, sic etiam θέειν, τρέχειν, δραμεῖν δρόμον, κίνδυνον, ἀγῶνα. Quem Atticismum et Latini passim imitantur, ut, vivere vitam, currere cursum, certare certamen, peccare peccatum, &c. Illud etiam obiter observandum hic τὸ παντὸς ἐλλειπτικῶς dictum, subaudito nomine πράγματος; vel substantive sumendum pro rerum universarum summa. Sic et Thucyd. loquitur περὶ τοῦ παντὸς διακινδυνεῦσαι. De summa rerum belli fortuna periclitari. Consule nostrum Græcol. indicem. Pro quo συνωνύμως περὶ τῶν ὅλων sub. πραγμάτων διακινδυνεῦσαι, vel τὸν ἀγῶνα τρέχειν, alias eleganter diceretur. Πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτέων οἱ Ἕλληνες. viii. 102. Græci pro se ipsis sæpe multa certamina cursitabunt, i. e. pro suo capite multa pericula subibunt. Θέειν αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν. sub. ἀγῶνα, vel κίνδυνον. viii. 140. τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς. sub. δρόμον, vel ἀγῶνα, vel κίνδυνον. ix. 37. Vide θέειν τὸν περὶ ψυχῆς, apud Eustathium.

τρίβος, ου, ὁ, vel ἡ. Nam utrumque dicitur, ut docet Eust. Via trita. παρὰ τὸ τρίβειν, quod terere significat. ἐν τρίβῳ οἰκεῖσθαι. viii. 140. In via habitare. μεταφορικῶς accipitur pro in magno periculo versari. Metaphora sumta ab illis, qui in media via, nullis præsidiis aut ædificiis minuta, degunt, et qui propterea viatorum omnium insidiis, et injuriis, sunt obnoxii. Sed quod ab Herodoto dictum est obscurius, id a Dionysio Halic. Ant. Rom. lib. vi. 368. 22. multo dilucidius effertur. πρεσβεία ἀπὸ πάντων τῶν Ῥωμαίων ὑπηκόων παρῆν, ἀξιούντων σφίσι συμμαχεῖν ἐν τρίβῳ τοῦ πολέμου κειμένοις. i. e. Legatio ab omnibus P. Romani subjectis [missa] aderat, qui rogabant ut sibi in belli via positis opem ferrent, [neve se omnibus hostium conatibus objectos desererent, at suis auxiliis juvarent.] Idem lib. xi. 730. 38. Δεόμενοι βοήθειαν ἀποστεῖλαι σφίσιν διατάχεων, ὡς ἐν τρίβῳ τοῦ πολέμου κειμένοις. id est, Rogantes ut quam celerrime sibi in belli via positis auxilium mitterent. Idcirco Herod. viii. 140. dicit. Δειμαίνω

ὑπὲρ ὑμέων, ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν συμμάχων, αἰεί τε φθειρομένων μούνων, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. Quorum verborum hic est sensus. Vobis metuo, quia omnium sociorum maxime in [belli] via, [periculis omnibus expositi] habitatis, et soli semper aliquas clades accipitis, quia agrum possidetis, qui est ceu quoddam eximium præmium, inter varias variorum hostium vobis insidiantium acies positum, pro quo obtinendo non solum contra vos, sed etiam ipsi inter se, armis contendunt. Vide μεταίχμιον. Hoc autem loquendi genus habet παροιμίας quandam speciem illi non omnino dissimilem, ἐν τριόδῳ κεῖσθαι. In trivio situm esse. Quod adagium Suidas sic integrum explicat. ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἀμφιβόλων πραγμάτων. ἐπειδὴ ὁ ἐν τριόδῳ γενόμενος οὐκ οἶδε ποῖα χρήσεται ὁδῷ. Sed hoc de rebus incertis dubiisque dicitur, illud vero de manifestis magnisque periculis, in quibus aliquis versatur.

τριήκοντα. Ion. pro com. τριάκοντα. Triginta. Quinetiam ipsum Latinum vocabulum ex Græco Ionico videtur κατὰ συγκοπὴν formatum, quasi τρικήντα, verso κ in g. et η in i. quæ mutatio non est nova, nec ignota, illis saltem qui Græcas literas norunt. i. 14.

τριηκονταέτιδες σπονδαί. Triginta annorum fœdus. vii. 149. a Thucydide vocantur τριακοντούτεις σπονδαί. Tricennalia fœdera. Vide τριακοντούτης apud Suidam.

τριηκόντερος, ου, ἡ. N. H. Navis, quæ triginta remis agitur; ut πεντηκόντερος, quæ quinquaginta. iv. 148. utrumque simul exstat. vii. 97. viii. 21.

τριηρίτης, ου, ὁ. com. Qui triremi vehitur. Alii pro remigibus ipsis remos agentibus accipiunt. v. 85.

τριξὸς, ἡ, όν. Ion. et Herodoteum nomen, pro com. τρισσός. Triplex. τριξὰ ἐξευρήματα. Tria inventa. i. 171. τριξὰ χωρία. iii. 9. iv. 192.

τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας. ix. 85. Tres loculos [tria sepulcra] fecerunt.

τριτημόριον, ου, τό. com. τὸ τρίτον μέρος. Tertia pars. τὸ τριτημόριον τῆς βασιληίης. ix. 34. Tertia regni pars.

τριτημοίριος. H. V. pro com. τριτημόριος. Qui facit tertiam partem. Tertia pars. τριτημοιρίη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης. Assyria regio tertiam reliquæ Asiæ partem potentia facit. i. e. æquiparat. i. 192.

τριτημορὶς, ἰδος, ἡ. H. V. Tertia pars. i. 212. τοῦ στρατοῦ τριτημορίς. Exercitus tertia pars. vii. 121, 131.

τριφάσιος. Ion. et Herodoteum vocabulum pro com. τριπλοῦς. Triplex. τριφασίας λόγων ὁδοὺς φῆναι. Triplicem narrationis viam indicare. Tres narrationis vias declarare. i. 95. Lat. interpres vertit, Trifarias narrandi vias. quod bene, licet vox trifarius, a, um, apud Latinos parum in usu sit, nisi in adverbio, Trifariam, i. e. tripartito. Ab hoc autem τριφάσιος, et ipsum Latinum trifarius, est deductum; nec necesse est tripharius scribere, ut Henricus Stephanus ait, ut rectius origo vocis indicetur. Nam et fallo Latinum a Græco σφάλλω, rejecto σ. formatum constat, nec tamen ideo phallo scribitur. Sic a φὼρ, φωρὸς, fur, non autem phur. φὴρ, φηρὸς, Æolicum, pro communi θὴρ, fera, non autem phera. Idem et de multis aliis dici potest. σχίζεται τριφασίας ὁδούς. Trifariam dividitur. ii. 17. περὶ τοῦ ὕδατος ἔλεξαν τριφασίας ὁδούς. De aqua trifariam disseruerunt. ii. 20. βωμοὶ τριφάσιοι. Tres aræ. ii. 156. τριφασίας στρατηΐας. Tres expeditiones. iii. 17. τριφασίας βασιληίας. Triplex regnum. Tria regna. iv. 7. τριφάσια οὐνόματα. Triplex nomen. iv.

45. *τριφασίη μουνομαχίη.* Triplex singulare prælium. i. e. ter commissum. v. 1. vi. 119.

τρίχα. Ion. et poet. pro com. *τριχῶς.* Tripliciter. Trifariam. iv. 67.

τριχοῦ. V. H. Tripliciter. Tribus in locis. vii. 36.

τροπή. Fuga, in quam hostis vertitur. *τροπὴν ποιήσας τῶν πολεμίων. ἀντὶ τοῦ τοὺς πολεμίους τρέψας.* Hostibus in fugam versis. i. 30. *ἰδὼν τροπὴν τῶν ἐωϋτοῦ γενομένην.* vii. 167. Cum suorum fugam animadvertisset. Cum suos in fugam versos vidisset.

τροφὴ, ῆς, ἡ. Apud Herodotum interdum non pro ipso cibo, ac alimento; sed pro ipsa alendi, nutriendi, ac educandi, ratione sumitur. *διδοῖ τρέφειν τροφήν τινα τοιήνδε.* Dat [eos] hujusmodi quodam educationis, vel nutritionis, genere nutriendos. ii. 2.

τρόφιες, οἱ. N. H. Qui nutriti sunt, qui sunt jam adulti. *τρεῖς παῖδας ἔχω. τούτους, ἐπεὰν γένωνται τρόφιες,* &c. Tres habeo filios. Hi quomodo sint tractandi, [quomodo sint educandi,] quum jam adulti fuerint, quum jam adoleverint, dic mihi. iv. 9.

τροχάζειν. com. Currere. *παρὰ τὸ τροχάω, ῶ.* inserto ζ. quod a *τρέχω* formatur, ut a *πέτω, τὸ ποτάω, ῶ,* pro quo usitatius *τὸ ποτάομαι, ῶμαι.* vel *πωτάομαι, ῶμαι.* Volo, as, are. Consule Eustath. *ἐν τῷ ποτῶμαι, ἀντὶ τοῦ πέτομαι.* Sic a *νέμω, στρέφω, νωμάω, ῶ. στρωφάω, ῶ.* sed in his *τὸ ο* in *ω* versum, in *τροχάω, ῶ, τὸ ο* retinetur. *Τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε φεύγων.* ix. 66. Quam celerrime currebat fugiens.

τρύειν. Ion. et poet. *καταπονεῖν. κατατρύχειν. κακοῦν.* Atterere. Vexare. Malis afficere. *τετρύσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ.* Summis, vel extremis malis attritum, vel afflictum essé. i. 22.

τρύειν. Ion. et poet. Atterere. Atterendo absumere. *τετρυμένοι ταλαιπωρίῃσι.* Miseriis attriti. Vel, Defatigationibus afflictati. vi. 12.

τρύφος, εος, ους, τό. Ion. et poet. pro com. *διάκλασμα.* Fragmentum. Frustum. *παρὰ τὸ θρύπτειν, τὸ διακλᾶν.* Diffringere. *ἁλὸς τρύφεα.* Salis frusta. iv. 181.

τρώγειν. com. Edere. Comedere. i. 71. ii. 92.

τρῶμα, τος, τό. Vulnus. Plaga. Clades. pro com. *τραῦμα, τος.* Ion. positum. Nisi quis dicat a *τιτρώσκω,* deductum, foro, perforo, penetro, saucio. fut. *τρώσω,* a *τρώω,* quod a *τορέω, ῶ. κατὰ συγκοπὴν τρῶ, κατὰ παραγωγὴν τρώω,* ut a *ζῶ, ζώω,* a *πλῶ, πλώω,* a *ῥῶ, ῥώω.* Utrumque verisimile videtur. i. 18. *τρώματα μεγάλα Μιλησίων ἐγένετο.* Milesiis plagæ inflictæ fuerunt magnæ. Milesii magnas plagas, sive clades acceperunt. ibid. *ἀποθνήσκουσι ἐκ τῶν τρωμάτων.* Ex vulneribus, ob vulnera, moriuntur. ii. 63. *τελευτᾷν ἐκ τοῦ τρώματος.* Ex vulnere, propter vulnus inflictum mori. iii. 29, 64, 78. ix. 18. *μετὰ τοῦτο τὸ τρῶμα.* Post istam cladem. iv. 160. v. 121. vi. 132. *ἀναίτιοι τοῦ τρώματος τοῦ γεγονότος βασιλεῖ.* vii. 233. Qui a culpa cladis regi illatæ aberant. vii. 236. viii. 27, 66. ix. 90.

τρωματίζειν. Ion. pro com. *τραυματίζειν.* Vulnerare. Sauciare. *τρωματίσας ἐωϋτόν.* Cum se ipsum vulnerasset. i. 59. *τρωματισθείς.* Vulneratus. Sauciatus. iii. 64. *τρωματίζει τούτους.* Hos vulnerat. iii. 78. vi. 45. *κατατετρωματίσθαι.* vii. 212. *ἐτρωματίζοντο.* ix. 61. *ἐτρωματίσθη.* ix. 72.

τρωματίης, ου, ὁ. Ion. et poet. pro com. *τραυματίας, ου.* Saucius. Vulneratus. iii. 79.

τρώϋμα, τος, τό. Ion. pro com. *τραῦμα.* iv. 180. Vulnus. Fit autem vel *κατὰ διάλυσιν, καὶ τροπὴν, ἐκ τοῦ τραῦμα, τράϋμα, τρώϋμα,* vel *κατ' ἐπένθεσιν τοῦ υ, τρῶμα, τρώϋμα.*

τυκτά. Nomen Persicum, quod ab Herodoto ix. 110. sic explicatur: φυλάξασα δὲ [ἡ Ἀμηστρις] τὸν ἄνδρα τὸν ἐωυτῆς Ξέρξην βασιλήϊον δεῖπνον προτιθέμενον. τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς. Οὔνομα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ, Περσιστὶ μὲν, τυκτά. κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον. Valla: Observato itaque tempore, quo vir suus Xerxes regalem instrueret cœnam, quæ cœna semel quotannis eo die, quo rex creatus est, instruebatur. (Cœnæ nomen Persice Tycta, Græce τέλειον, id est, Perfecta, &c.) Æ. P. Cum autem [Amestris] observasset suum maritum Xerxem, qui regalem cœnam [aulæ suæ principibus] proponebat. [id est, Observato die, quo Xerxes suus maritus regalem cœnam aulæ suæ principibus proponebat, vel qua aulæ suæ principes excipiebat.] Hæc autem cœna quotannis semel paratur [eo] die, quo rex est natus, &c. Herodotus enim natalem regis diem intelligere videtur, quem diem illustres viri, principes, et reges, plurimi faciunt, et variis splendidissimarum epularum deliciis, variisque festivitatis, ludorum, chorearum, carminum, musicesque voluptatibus solenniter atque magnifice traducere consueverunt. Ut autem hunc Herodoti locum illustrem, nostramque conjecturam manifeste confirmem, unum afferam exemplum, de quo nullus sana mente præditus dubitare potest. Quod propter maximam rerum verborumque cognationem Lectori gratissimum fore confido. Sed Marcum Evangelistam de incesto Herodis amore verba facientem audiamus. Sic autem ille cap. 6. vers. 21. et deinceps, loquitur, Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρῴδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας. 22. Καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρῴδῃ, καὶ τοῖς συνανακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ, Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοι. 23. Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. 24. Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς, Τί αἰτήσομαι; ἡ δὲ εἶπε, τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, &c. Vide et Matthæum cap. xiv. versu 6. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρῴδου, &c. Quid vocas γενέσια; τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐγένετό τις, καὶ ἐν ᾗ δεῖπνόν τι δημοσίας εὐφροσύνης χάριν ποιεῖται.

τυλόω, ῶ. μ. τυλώσω. Callum obduco, Calli instar obduresco. Occalleo. Callis tego, callis munio. Ῥόπαλα ξύλων τετυλωμένα σιδήρῳ. vii. 63. Valla: Ligneas clavas ferro inductas. Sed Græci verbi vim non expressit. Sic enim Herodotus vocat ligneas clavas ferreis clavis munitas, qui clavi in ipsa clavarum lignea materia undique prominebant, ut callos in multorum rusticorum, ac aliorum, manibus, assiduo labore fatigatis, prominentes videmus. At vii. 69. ῥόπαλα τυλωτὰ vocat clavas nodosas, in quibus lignei nodi callorum instar eminebant.

τυμβοχοέειν, εῖν. Ion. et poet. pro com. θάπτειν. Tumulum struere. Tumulare. Sepelire. Humo aggesta humare, tegere. Αὐτὸν ἐτυμβοχόεε πᾶσα στρατιή. Ipsum totus exercitus aggesta humo tumulavit. vii. 117.

τύπος. ἀντίτυπος. Quid hoc sit, vide i. 68.

τυραννεύειν. Ion. poet. quinetiam com. Regnare. i. 14. ἐπὶ τούτου τυραννεύοντος. Hoc regnante. i. 15. τῷ Μιλήτου τυραννεύοντι. Mileti regi. Qui Mileti regnabat. i. 20.

ἐτυράννευσε Κορίνθου. Corinthi regnavit, rex Corinthi fuit. i. 23, 59, 64, 77, 163. iv. 137. v. 11, 12, 78, 92. § 5.

τύχη. com. Fortuna. Τῆς τύχης εὖ μετεσ-εώσης. Ion. pro com. μεθεσ-ώσης. Fortuna in bonum conversa. i. 118. ἐπὶ τύχῃσι χρησ-ῇσι. Felici fortunæ successu. Bonis avibus. Gall. *A la bonne heure.* Vel, *Avec bon heur.* i. 119. οὐκ ἂν κοτε ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκνεο. Nunquam ad tantum fortunæ, ad tantam fortunam, ac felicitatem, pervenisses. i. 124.

τύχος, ου. ὁ. com. pro quo et τύκος. Poeticum tamen potius, quam solutæ orationis. Latomorum cœlum. Instrumentum, quo Latomi lapides cædunt, scalpunt, poliunt. Eurip. Herc. Fur. vers. 944. Βάθρα Φοίνικι κανόνι, καὶ τύκοις ἡρμοσμένα. Herod. vii. 89. τύχους μεγάλους. Valla: Grandes bipennes. Quod ab Eustathio confirmatur, qui dicit, Τύχος, λιθοξοϊκὸν σιδήριον, ὅθεν ἀποτυχίσαι, τὸ ἀπελεκίσαι. Vide apud eundem, τυκίζειν, et τυκίον. Euripid. ἐν Τρωάσι, versu 814. Κανόνων τυκίσματα Φοίβου vocat Trojæ muros, quos ad regulam dirigens cum Neptuno exstruxit. Hoc autem παρὰ τὸ τυκίζω.

τῷ. Ion. et poet. pro com. ᾧ, Cui. i. 23. et passim etiam pro quo. ut ἐν τῷ, pro ἐν ᾧ. In quo. vii. 122.

τἄγαλμα. τὸ ἄγαλμα. Simulacrum. ii. 42, 138, 141. iv. 181.

τῷ ἐόντι. Ion. pro com. τῷ ὄντι. i. 30. (quod et τῷ ἀληθεῖ λόγῳ. Re vera. i. 14. v. 41.) vii. 237.

τωθάζειν. Cavillis insectari. ii. 60.

τῶν. Ion. et poet. pro com. ὧν. Quorum. i. 23, 26, 29.

τὼ ἀπὸ τούτου. pro τὸ ἀπὸ τούτου. Postea. i. 199.

τὠρχαῖον. Ion. pro com. τὸ ἀρχαῖον. Antiquitus. Olim. A priscis temporibus. i. 173. ix. 45.

τωὐτό. Ion. pro com. τὸ αὐτό. Idem. i. 1. ἐν τωὐτῷ μένειν. In eodem rerum statu permanere. i. 5. ἐς τωὐτό. i. 13. ἐς τωὐτὸ συνέδραμον. In idem concurrebant. i. 53. συνελέχθησαν ἐς τωὐτό. In idem, in unum eundemque locum collecti sunt, convenerunt. i. 97. vii. 145.

Υ.

Ται. Ion. terminatio 3. pers. plural. præter. p. pass. pro com. υνται. κατακεχύαται. Sparsæ sunt. ii. 75. ἐνιδρύαται, pro ἐνίδρυνται. ii. 156. Formatur autem a 3. sing. desinente in υται. inserto α inter υ et τ.

ύατο. Ion. terminatio 3. pers. plural. imperf. pass. pro com. υντο. ut ἐξευγνύατο, pro ἐξεύγνυντο. Sic ἱδρύατο, pro ἵδρυντο, ab ἵδρυμαι, τὸ ἱδρύομαι. Collocor. Fundor. Sedeo. Collocatus sum. Fundatus, situsque sum. ἐναπεδεικνύατο, pro ἐναπεδείκνυντο. ix. 58. Formatur autem hæc 3. plural. a tertia singul. desinente in υτο. inserto α inter υ et τ.

ὕβρισμα, τος, τό. com. idem quod ὕβρις. Contumelia. Insolentia. vii. 160.

ὑγιηρὸς, ὁ. N. H. pro com. ὑγιὴς. ἑος. Sanus. Integer. Incolumis. λέγουσί σφεας εἶναι ὑγιηροτάτους. Ipsos maxime sanos esse dicunt. iv. 187. ὑγιηρότατοι. ibid.

ὑδρεύεσθαι. com. Castrense verbum. Aquari. Aquam ex aliquo loco haurire. συνετάραξαν τὴν κρήνην, ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα. ix. 49. Conturbarunt fontem, unde totus exercitus aquabatur. [Quod loquendi genus ab Herodoto verbis aliis sic explicatur, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ σφι οὐκ ἐξῆν ὕδωρ φορέεσθαι. ibid. Ex fluvio ipsis non licebat aquam ferre.]

ὑδρῆιον, τό. Ion. et poet. pro com. ὑδρία. Urna. Vas aquarium. iii. 14.

ὑδροποτεῖν. com. pro quo et ὕδωρ πίνειν. Aquam bibere. i. 71.

ὕεσθαι. Pluviis irrigari. ἡ τῶν Ἀσσυρίων γῆ ὕεται ὀλίγῳ. Assyriorum ager exiguis pluviis irrigatur. i. 193. ii. 13. ὕετ' ἂν ταῦτα τὰ χωρία. Hæc loca pluviis irrigarentur. ii. 22. νομένης τῆς χώρης. ii. 25. ὕσθησαν αἱ Θῆβαι. iii. 10. ὑσθεῖσαι. ibid. τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου ὕεται. ibid. ὕσθησαν. ibid. iv. 50, 198.

ὑετώτατος ἄνεμος. Apud Herodot. Ventus maxime pluvius vocatur. Ventus, qui maxime pluvias ciere potest, ac solet. ii. 25.

ὑμέας, pro ὑμᾶς. Ion. Vos. i. 53. iii. 71. Vide ἐας. Ion. terminatio.

υἱὸν ποιεῖσθαι. V. Hom. 4. Filium facere, i. e. adoptare.

ὑπάγειν ὑπὸ δικαστήριον. Herodotea locutio, pro com. ἄγειν, vel ὑπάγειν ἐς τὸ δικαστήριον. In judicium adducere. vi. 72. νοστήσαντά μιν ὑπῆγον οἱ ἐχθροὶ ὑπὸ τοὺς ἐφόρους. Ipsum reversum inimici ad Ephoros deduxerunt, vel, citaverunt. vi. 82. pro eodem dicitur ἐσάγειν ὑπὸ δικαστήριον. vi. 104. αὐτὸν θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον. vi. 136.

ὑπακούειν. com. Parere. Morem gerere. Obtemperare. Imperio, ac potestati alicujus subjectum esse. Οὗτοι τῶν Ἰνδῶν Δαρείου βασιλῆος οὐδαμᾶ ὑπήκουσαν. Indi isti Dario regi nunquam paruerunt. nunquam imperio ipsius subjecti fuerunt, ut imperata facerent. iii. 101. οἱ δ' ὑπακούσαντες. Illi vero cum morem [ipsi] gessissent. iii. 148. iv. 119, 201.

ὑπαιρέεσθαι, εἶσθαι. Ion. pro com. ὑφαιρεῖσθαι. ταῦτα τὰ ἀγάλματα ὑπαιρέονται αὐτέων. Hæc simulacra ipsis surripiunt. v. 83.

ὑπαλλαγὴ Ionibus familiaris. Ut, Μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους Καμβύσῃ ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτεα τῆς πληρώσιος, ἀντὶ τοῦ, ἐς τὴν πλήρωσιν τῶν ὀκτὼ ἐτέων. iii. 67. τὸν Συλοσῶντα κατέλαβε εὐτυχίη. ἀντὶ τοῦ, ὁ Συλοσῶν κατέλαβε εὐτυχίην. iii. 139. Vide καταλαμβάνειν. Ἀνενεικάμενος τὰ ἔχων ἐξεχώρησε. ἀντὶ τοῦ, ἔχων τὰ ἀνενεικάμενος ἐξεχώρησε. iii. 148. ὅσπερ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι. ἀντὶ τοῦ, ὃν λόγος ἔχει, &c. v. 66. Vide λόγος. Rumor. τὸν Κλεομένεα εἶχε αἰτίη. v. 70. pro ὁ Κλεομένης εἶχε αἰτίην. ut v. 70, 71. περινέειν ὕλη τὸ ἄλσος. ἀντὶ τοῦ, περινέειν ὕλην τῷ ἄλσει. Vide περινέειν ἐν τῷ Νέειν. νεῖν. vi. 80. τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, pro, τὴν ὁδὸν τῆς μεσογαίης τάμνων. vii. 124. ix. 89. παρεκρίθησαν διαταχθέντες. viii. 70. ἀντὶ τοῦ, διετάχθησαν παρακριθέντες. In exercitu ex variis gentibus collecto, quum prælium est committendum, gentes a gentibus discernuntur, et confusionis vitandæ causa in suos quæque ordines digeruntur, utque mutuam opem sibi quam primum ferre valeant, aliæ prope alias a peritis imperatoribus in acie collocantur. Hæc est horum verborum vis, hic sensus.

ὑπαντιάζειν. Vide simplex ἀντιάζειν

ὑπάπτειν. Ion. pro com. ὑφάπτειν. Succendere. Incendere. ὑπῆψαν τὴν ἀκρόπολιν. Arcem incenderunt. i. 176.

ὑπαργμένα, τά. Ion. pro com. ὑπηργμένα. Quæ jam exstant. Quæ jam facta sunt. εἰ χρὴ σαθμώσασθαι τοῖσι ὑπαργμένοισι ἐξ ἐκείνων. Si conjectura est facienda ex rebus ante gestis ab illis. vii. 11.

ὑπάρξαι ἀδίκων ἔργων ἐς ἄλλους. Alios injuria lacessere, provocare. i. 5. Sic ὑπάρξαι ἀδικίης. Injuria aliquem provocare. iv. 1. vii. 9. οἳ ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες. vii. 8. Qui me patremque meum injuria provocarunt, priores affecerunt. ὑπάρχειν ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας. ix. 78. [Ut barbarus] impia facinora in Græcos prior

patrare [caveat, id est, ut impiis facinoribus Græcos lacessere, vel provocare, caveat.]

ὑπαρπάζειν. Ion. pro com. *ὑφαρπάζειν*. Surripere. Præripere. *ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, τὸν ὁ Ἀριστ-αγόρης ὥρμητο λέγειν*. v. 50. Valla: Interpellata hujus, quam ordiri instituerat, oratione. Sed hoc verba sonant, Prærepta reliqua oratione, quam Aristagoras habere paratus erat. Vel, Interrupto reliquæ orationis cursu, quo Aristagoras ferebatur. *Λόγον ὑπαρπάζειν*. Orationem surripere, pro, dicentis orationem interpellare. *ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον*. ix. 91. Reliqua oratione interpellata.

Ὕπαρχος. Nomen Indicum fluvii, quod Græce significat, *φέρων πάντα τὰ ἀγαθά*. Omnia bona ferens. Ctesias Ind. 19.

ὑπέατι. N. H. quod in dativo reperitur, pro cultro. *τύψαντες ὑπέατι*. Percutiens cultro. Sed vocabulum hoc de mendo suspectum merito quibusdam videtur. Apud nullos enim alios ullum hujus vocis vestigium reperias. iv. 70.

ὑπέγγυος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui sponsioni est obnoxius. Qui alicujus potestati est subjectus. Qui sub alicujus manu est. Nam *ὑπέγγυος* et *ὑποχείριος* interdum *συνωνύμως* sumuntur. *γῦα γὰρ*, sive *γυῖα* (ut docet Eustathius) *τὰ καθ' ὅλον σῶμα μέγη, ἰδίως δὲ οἱ πόδες, καὶ αἱ χεῖρες. ἐξαιρέτως δὲ αἱ χεῖρες. γυῖα δὲ ποδῶν, καὶ γυῖα χειρῶν, ἐντελῶς λέγεται. γυῖα δὲ καταμόνας, ἐλλιπῶς. οἵπερ* (inquit Herod. v. 71.) *ἐνέμοντο τὰς Ἀθήνας ὑπεγγύους, πλὴν θανάτου*. Qui Athenas incolebant suis judiciis obnoxias, ac obstrictas, excepta capitis pœna. Vel, Qui Athenas suæ potestati subjectas incolebant, excepta capitali pœna. Sensus; Qui summum imperium in Athenienses tunc habebant, ac exercebant ceteris in rebus, exceptis iis, quæ capitales erant, sive quæ ad judicium ac supplicium capitale spectabant. *ὑπέγγυα ἀγαθὰ*, dicuntur bona sponsioni obstricta, q. d. obligationi subjecta. Gallice, *Biens engagés, ou biens hypothéqués*. Quod autem sit discrimen inter pignus et hypothecam, docent Jurisconsulti. Nam pignoris appellationem ad res mobiles, hypothecæ vero, ad immobiles referunt. Alias *ὑπέγγυα ἀγαθὰ* vocantur, quæ sub alicujus manu ac potestate sunt.

ὑπείκειν. com. Cedere. Locum dare. *ὑπείξομεν τοῦ ἀρχαίου λόγου*. Valla: A superiore nostra oratione aliquantum decedemus. vii. 160. Bene. Nam hæc *ὑπὸ* præpositio in compositione sæpe remittit, et aliquid minus significat, quam ipsum simplex verbum. Ut, *ὑπείκειν*, Aliquantum cedere, nonnihil cedere de re aliqua, de qua verba fiunt. *ὑπείκειν τοῦ ἰδίου δικαίου*. Nonnihil de jure suo decedere. Sic *ὑπείκειν τοῦ ἀρχαίου λόγου*. De priore sua oratione nonnihil decedere, et aliquid remittere, atque concedere alicui, quod ante concedere nolebamus.

ὑπεῖναι. Ion. pro com. *ὑφεῖναι*. Remittere. *ὑπεὶς τῆς ὀργῆς*. Cum de ira remisisset. i. 156. iii. 52.

ὑπεῖναι. ὑπάρχειν. Esse. Adesse. i. 31.

ὑπείροχος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. pro com. *ὑπέροχος*. Eximius. Excellens. v. 92. § 7.

ὑπείσαντες. Participium aorist. 1. act. ab *ὑπείω*, pro *ὑπέω*, quod Ion. dictum pro com. *ὑφίημι*. Summitto. Clam mitto. *Νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας οὗτοι κτείνουσί μιν*. Isti noctu viris summissis ipsum interficiunt. vi. 103.

ὑπεκθέωνται. 3. pers. plur. subjunct. modi aor. 2. med. Ion. formata inserto *ε* ante *ω*, pro com. *ὑπ-*

ἐκθῶνται. viii. 4. Clam exportassent. Subduxissent. Subducerent. ab ὑπεκτίθεμαι.

ὑπεκκεῖσθαι. V. H. Clam aliquo exportatum esse, et in aliquo loco clam collocatum esse. In aliquem locum subductum esse. ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε, καὶ γυναῖκες. viii. 60. In quam [insulam] a nobis liberi, et conjuges clam exportatæ, vel subductæ sunt. Vel, In quam [insulam] nostri liberi, et conjuges subductæ, collocatæque sunt. Vel etiam, In qua [insula] liberi, et uxores a nobis [ex patriis sedibus] clam exportatæ, sunt collocatæ.

ὑπεκκομίζεσθαι. com. Clam exportare. ὑπεξεκομίσαντο πάντα. ix. 6. Omnia clam exportarunt.

ὑπεκχωρεῖν. com. Ex aliquo loco se subducere. πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐμβαλεῖν ὑπεξεχώρεε. ix. 13. Priusquam Pausaniæ milites in Isthmum ingrederentur, se subduxit [Mardonius.] ix. 14.

ὑπεναντίον. Contrarium. τὸ ὑπεναντίον τούτου. Quod huic est contrarium. Contra. Gall. *Au contraire*. iii. 80.

ὑπεξειρύειν. Ion. et poet. pro com. ὑπεξέλκειν. Subtrahere. Sic autem formatur, ῥύω, ἐρύω, εἰρύω, ἐξειρύω, ὑπεξειρύω. Consule Eustath. in Εἰρύω. Ἐς ὃ τοῦτον [τὸν νεκρὸν] ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ὑπεξείρυσαν. vii. 225. Donec Græci [sua] virtute [cadaver] hoc subtraxerunt.

ὑπεξέσχε. V. H. pro quo com. ὑπεξέφυγε. Clam effugit. v. 72. ὑπεξέσχε ἐς Θεσσαλίην. In Thessaliam clam effugit. Vel, Clam se subduxit. vi. 74.

ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου. viii. 132. Ex Chio se subduxerunt. Est autem aor. 2. act. 3. plural. ab ὑπεξέχω. μ. ὑπεκσχήσω, ab ὑπεκσχέω, ῶ. aor. 2. ὑπεξέσχον, ες, ε. Clam abeo, me subduco.

ὑπεξέρχεσθαι. com. Clam exire. ὑπεξῆλθε ἐς γῆν τὴν Μηδικήν. Clam egressa in agrum Medicum ivit. i. 73.

ὑπεξῄσαν. vii. 211. Se subduxerunt. Vide ᾔσαν.

ὑπεράκριοι. Ion. et com. Qui loca montana incolunt. i. 59. τὰ ὑπεράκρια ἔδοσαν ἐκτῆσθαι. Loca montana dederunt possidenda. vi. 20. q. d. τὰ ὑπὲρ τὰς ἄκρας χωρία.

ὑπεραπολογεῖσθαί τινος. ὑπέρ τινος ἀπολογεῖσθαι. Pro aliquo causam agere. Aliquem purgare. vi. 136.

ὑπεραρρωδέειν, εῖν. V. H. Proprie supra modum, vehementer, metuere. γενικῶς tamen pro simplici sumendum videtur interdum, si Vallæ versionem sequaris, qui sic locum istum interpretatur, ὑπεραρρωδέοντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ. viii. 72. Metuentes Græciæ periclitanti. Æ. P. Vehementer metuentes G. p.

ὑπεραχθεσθαί τινι πρήγματι. Rem aliquam supra modum graviter ferre. Iniquissimo animo ferre. Ἀθηναῖοι ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει. Athenienses Mileti expugnationem iniquissimo animo ferentes. vi. 21

ὑπερβάλλειν. com. Superare. Redundare. Exundare. οἱ λέβητες ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν, καὶ ὑπερέβαλον. Lebetes sine igne efferbuerunt, et exundarunt. i. 59.

ὑπερβάλλειν et ὑπερβάλλεσθαι. com. Superare. Vincere. Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων. Thebani pecuniarum donatione [ceteros] superarunt. i. 59. Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι. Darium superare. v. 124. vi. 9, 13. οὐ δύνανται τὸν βάρβαρον ὑπερβαλέσθαι. vii. 163. Barbarum superare non possent. Sic enim hæc οὐ δύνανται, pro οὐ δύνωνται ἄν ibi sunt accipienda, ut ex præcedentibus illius loci verbis patet. ὑπερβαλέεσθαι. Ion. pro ὑπερβαλεῖσθαι, superatum iri. vii. 168. ὑπερβαλέειν τὴν Μαλήν. vii. 168. viii. 24,

140. ix. 28. *ὑπερεβάλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι.* ix. 71. Lacedæmonii virtute [ceteros] superarunt.

ὑπερβάλλεσθαι. com. pro *ἀναβάλλεσθαι.* Differre. *ἢν ὑπερβάληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος.* ix. 45. Si Mardonius prælium distulerit. *ἢν ὑπερβάλωνται κείνην τὴν ἡμέρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν ποιεύμενοι.* ix. 51. Valla: Si Persæ supersederent eo die committere prœlium. *κείνην τὴν ἡμέρην,* pro *κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέρην, Ἀττικῶς καὶ Ἰωνικῶς* est dictum.

ὑπερβόριοι, ων, οἱ. com. q. d. Superaquilonares. Populi, qui supra Aquilonem, vel ultra Aquilonem, habitant. iv. 32, 33, 34, 36.

ὑπερδείδειν. Ion. et poet. pro com. *ὑπερφοβεῖσθαι.* Supra modum timere. Vehementer metuere. viii. 94.

ὑπερέχειν. Eminere supra alios. Excellere. Præstare. Superare. *ἐπιμελίης τε, καὶ παιδεύσιος προσγινομένης, αὐτίκα πολλὸν τῶν πάντων ὑπερεῖχε.* V. Hom. 5. Diligentia vero, et institutione accedente, statim omnes [suos condiscipulos] longe superavit. *ἐπιμελίην* intellige, qua Homerus in bonis literis discendis utebatur. *παίδευσιν* vero vocat Herodotus institutionem, qua præceptores Homerum instituebant. Valla tamen *τὴν ἐπιμελίην* refert ad matrem, quæ filium institui curabat. Sed uterque bonus est sensus.

ὑπερήδεσθαι. Supra modum lætari. Vehementer lætari. com. *ὑπερήσθη.* cum dat. i. 54. *ὑπερήδετο.* i. 90.

ὑπερημίσεες τῶν ἀστῶν. vii. 156. Ultra dimidiam civium partem.

ὑπέρθυρον, ου, τό. com. Superum, sive superum limen: quod superliminare nominatur. i. 179. Latinus interpres vertit cardines. (*ὑπόθυρον.* Inferum, sive infernum limen.)

ὑπερμεγάθης, ὁ καὶ ἡ. Ion. pro com. *ὑπερμεγέθης.* Supra modum magnus. Maximus. *ὑπερμεγάθεες ὄφιες.* Serpentes supra modum grandes. iv. 191. *κέρεα ὑπερμεγάθεα.* vii. 126. Cornua maxima.

ὑπερμήκης, ὁ καὶ ἡ. N. H. quod in vulg. Lex. sine ullius auctoritate legitur. Præcelsus. Prælatus. Prælongus. Procerus. *οὔρεα μεγάθεϊ ὑπερμήκεα.* vii. 128. Montes magnitudine prælati. Altissimi vel longissimi montes. *ὑπερμήκεσι οὔρεσι.* vii. 129. [*ἡ βασιλῆος*] *χεὶρ ὑπερμήκης* [*ἐστί.*] viii. 140. Regis manus est prælonga. Huc referri potest illud tritissimum carmen, An nescis longas regibus esse manus? Consule Eras. Ad. Chil. 3. cent. 4. adag. 60. Fuge procul a viro majore.

ὑπερνότιοι, ων, οἱ. com. q. d. Superaustrales. Populi, qui supra, vel ultra austrum habitant. iv. 36.

ὑπεροικέειν, εἶν. V. H. Supra [aliquem] habitare. *Ἰσσηδόνων ὑπεροικέειν Ἀριμασπούς.* Supra Issedonas habitare Arimaspos. iv. 13. *ὑπεροικέουσι τούτων.* iv. 21, 37. vii. 113.

ὑπέροικος, ὁ καὶ ἡ. N. H. Qui in superiore parte domum, domicilium, sedes habet. *ὑπέροικοι τῆς χώρης.* Qui superiorem regionem, vel regionis partem superiorem incolunt. iv. 7.

ὕπερος, ου, ὁ. com. Pistillum. *ἐσβάλλουσι ἐς ὅλμιον, καὶ λεήναντες ὑπέροισι, σῶσι διὰ σινδόνος.* Injiciunt [pisces arefactos] in mortarium, et ubi pistillis [eos] contuderunt, linteo servant reconditos. i. 200.

ὑπερπίπτειν. Herod. verbum, pro com. *παρέρχεσθαι,* Præterlabi. Præterire. *ἢν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη.* Si dies hodiernus nos præterlabatur, prætereat. iii. 71.

ὑπερτιθέναι, vel *ὑπερτίθεσθαί τι τινί.* Aliquid alicui committere. Alicujus rei onus alicui imponere. Aliquid cum aliquo communicare.

τούτῳ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης. Candaules huic res majoris momenti committebat; vel, cum eo communicabat. i. 8. [ταῦτα] ἐμοὶ ὑπερέθεσθε. Hæc mihi commisistis. Hæc mecum communicastis. iii. 71. εἰ μέν τοι ὑπερετίθεσα τὰ ἔμελλον ποιήσειν. Si tecum communicassem ea, quæ facturus eram. iii. 155. ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι. Ut eas [res] tecum communicem. v. 24. ὑπερθέντι τὰ ἐκ τοῦ Ἀρισταγόρεω λεγόμενα. Cum ea, quæ ab Aristagora dicebantur, cum eo communicasset. v. 32. ταῦτα ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι. Hæc cum somniorum conjectoribus, ac interpretibus, communicans. v. 56. [vide ὑποτίθεσθαι, pro προτίθεσθαι. ubi de re eadem verba faciens Herod. dicit, τὸ ἐνύπνιον τοῖσι ὀνειροπόλοισι ὑποθέμενος, ἀντὶ τοῦ προθέμενος. i. 107, 108. iv. 135.] ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν, ὑπερθέωμαι ὑμῖν. Ut quod facere cogito, vobiscum communicem. vii. 8. ὑπερετίθετο ταῦτα Πέρσῃσι. Hæc cum Persis communicavit. vii. 18.

ὑπέσχε κυνέην. Galeam sustinuit. Tenuit galeam. ii. 151.

ὑπ' ἑωϋτῷ ποιήσασθαι. Ion. pro com. ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι. In suam potestatem redigere. Sibi subjicere, subigere. ἐν νόῳ ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπ' ἑωϋτῷ ποιήσασθαι. vii. 157. In animo habens totam Græciam in suam potestatem redigere.

ὑπερφέρειν. com. Excellere, præstare, superare. iv. 74. ῥόδα ὀδμὴ ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. viii. 138. Rosæ, quæ ceteras odore superabant. vel, Rosæ ceteris odore præstantiores. χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα. viii. 144. Regio pulcritudine et virtute [i. e. fertilitate] longe præstans. Τιγράνης κάλλεί τε καὶ μεγάθεϊ ὑπερφέρων Περσέων. ix. 96. Tigranes forma et statura Persas superans. Vel, Tigranes [omnium] Persarum pulcritudine, et corporis statura eminentissimus.

ὑπερφυὴς, έος, ὁ καὶ ἡ. com. ὁ ὑπὲρ φυὴν, ἤγουν φύσιν ὤν. Qui est supra naturam. Tam in bonam, quam malam, partem accipi potest. Immensus, eximius, præstans, excellens. ἔργον ὑπερφυὲς εἰργάσατο. viii. 116. Valla: Facinus eximium fecit. Sed si quis verteret, facinus immane patravit, fortasse non male mentem auctoris interpretaretur. Illic enim agitur de patre, qui sex suis filiis oculos eruit, quod præter sua mandata Xerxem Græciæ bellum inferentem sequuti fuissent.

ὑπερφρονεῖν. com. Superbire. Superbum ac insolentem esse. Contemnere. τῷ πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι. Opibus superbientes. Ob opes superbæ. i. 199.

ὑπήκοος, ὁ. com. Qui morem alicui gerit. Qui paret alterius imperio. ὑπήκοον ποιεῖν. Subigere. In nostram potestatem redigere. Efficere ut quis nostro imperio pareat. i. 102. ἔθνεα βασιλέος ὑπήκοα. Gentes regis imperio subjectæ; vel, quæ regis imperio parent. iv. 167. ὑπηκόους Δαρείου. v. 1. vii. 111, 149.

ὑπηρετέεσθαι. Ion. pro com. ὑπηρετεῖν, ut i. 109. Servire. Inservire. Suam operam alicui navare. i. 108.

ὑπήσειν. Ion. pro com. ὑφήσειν, ab ὑφίημι. μ. ὑφήσω. ἐλπίζων σφέας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης. ix. 4. Valla: Sperans contumaciam deposituros. Æ. P. Sperans ipsos de contumacia, vel de fastu, remissuros.

ὑπίεσθαι. Ion. pro com. ὑφίεσθαι. Remittere. (ἐπιτείνεσθαι. Intendi.) τὸ ὕδωρ ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ. Aqua de frigore remittit. i. e. Non est adeo frigida, ut ante. iv. 181.

ὑπίσασθαι. Ion. pro com. ὑφίσασθαι.

Subsidere. Subesse. In imo loco manere. (ἐπίσασθαι, pro ἐφίσασθαι. Suprastare. Supernatare.) In summo loco esse. Summum esse. τὸ μὲν τοῦ γάλακτος ἐπισάμενον, τὸ δὲ ὑπισάμενον καλεῖται. Lactis altera quidem pars supernatans, ac summa; altera vero, subsidens, ac ima nominatur. iv. 2. Hic autem subauditur nomen μέρος.

ὑπίσχεσθαι. Ion. et poet. pro com. ὑπισχνεῖσθαι. Promittere. Polliceri. ὑπίσχεσθαι δῶρα. Munera polliceri. v. 30. [Sic et Hom. Od. B. v. 91. Πάντας μέν ῥ' ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ. Omnes quidem sperare facit, et promittit unicuique. Idem Od. Θ. v. 347. λῦσον. ἐγὼ δέ τοι αὐτὸν ὑπίσχομαι (ὥς συ κελεύεις.) Et Od. N. v. 380. Et Od. O. v. 462. ὦνον ὑπισχόμενοι. Pretium promittentes. Et in hymno in Mercurium. v. 275. μὴ μὲν ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ὑπίσχομαι αἴτιος εἶναι. Sed hoc postremo loco τὸ ὑπίσχομαι potius accipiendum ἀντὶ τοῦ διϊσχυρίζομαι, assevero, affirmo. Vide ὑπισχνεῖσθαι, et ὑποδέκεσθαι.] ὑπίσχομαι οἷός τε εἶναι μάχεσθαι ἀνδράσι δέκα. Me cum decem viris pugnare posse promitto. vii. 104. τάδε ὑπίσχομαι. vii. 158. Hæc promitto.

ὑπισχνεῖσθαι. com. Affirmare. Asseverare. οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι. Nullus se [hoc] scire affirmavit. ii. 28. Vide ὑποδέκεσθαι.

ὑπὸ in compositione interdum Ionice pro com. ἀπό. Vide ὑποκρίνεσθαι, pro ἀποκρίνεσθαι. Et ὑπόκρισις, pro ἀπόκρισις.

ὑπὸ Ion. et poet. in nonnullis verbis compositis, pro com. ἀπό. ut ὑποκρίνομαι, et ὑπόκρισις, pro ἀποκρίνεσθαι, et ἀπόκρισις. Vide suo loco.

ὑπὸ, tempus denotans. ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα. Sub id tempus, quo templum est combustum. Eo tempore quo. Vel, Circiter tempus illud, quo. i. 51. ὑπὸ ταῦτα. Sub tempus, quo hæc acciderunt. ii. 142.

ὑπὸ, com. cum genitivo. Præ. ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς παρημελήκεε. Præ præsenti calamitate [cædem sibi jam imminentem] neglexit. i. 85. ὑπὸ δέους, καὶ κακοῦ φωνὴν ἔρρηξε. Præ metu, maloque vocem rupit. ibid. ὑπὸ μεγάθεος. Præ magnitudine. i. 191. ὑπὸ τοῦ παρεόντος κακοῦ. iii. 129.

ὑπὸ cum accus. loco præpos. κατὰ, vel ἐν cum dat. ὑπὸ τὸν παρεόντα τόνδε πόλεμον. ix. 60. ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸν π. τ. π. Vel, ἐν τῷ παρεόντι τῷδε πολέμῳ. In hoc præsenti bello. Vide συνοιδέναι.

ὑπὸ pro ἐν. ὑπὸ τοὺς θανάτους, pro ἐν τοῖς θανάτοις. In funeribus. In funere. ii. 36.

ὑπὸ Ion. et Herodoteo more, sæpe pro præpos. πρὸ, in compositione ponitur. ὑποθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, pro προθέμενος. Cum somniorum conjectoribus, ac interpretibus, insomnium proposuisset. i. 107, 108. ὑπεξιόντες, pro προεξιόντες. Progressi. i. 176. ὑπεξελθόντες, pro προεξελθόντες. ibid. ὑποτείνειν, pro προτείνειν. vii. 158. Sic ὑποφήτης, interdum pro προφήτης.

ὑπὸ βρυχέα. Sic legitur apud Herodotum, vii. 130. ὥστε Θεσσαλίην πᾶσαν ἔξω τῶν οὐρέων ὑπὸ βρυχέα γενέσθαι. Valla: A quo omnis Thessalia præter montes aquis submergeretur. Vel, montibus exceptis, aqua submergi posset. Sed apud Herodotum unica voce legendum videtur, ὑποβρυχέα. a recto ὁ καὶ ἡ ὑποβρυχὴς, aquis submersus. q. d. sub aquis rigatus, ac madefactus. aquarum profunditate tectus, et sub aquis latens. quod vocabulum erit Herodoteum, nec aliis familiare. Pro eodem alibi dicit ὑποβρύχιος. Vide suo loco. Vel ὑπόβρυχα scribendum, quod erit adverbium loco nominis ὑποβρύχιον. Hom. Od. E.

v. 319. *τὸν δ' ἄρ' ὑπόζρυχα θῆκε πολὺν χρόνον.* i. e. Illum vero sub aquis detinuit longum tempus. Vulgata Lexica, *ὑπόζρυχα.* In profundo, q. submersa. Suidas, *ὑποζρύχιον. τὸ ὑπὸ τὸ ὕδωρ πονττισθέν. παρὰ τὸ ὑποζρέχειν.* Proluere. Irrigare. Submergere.

ὑποζρύχιος. Ion. et poet. Submersus. *ὑποζρύχιον οἰχώκεε φέρων.* Submersum asportavit; pro asportavit, ac submersit. i. 189. Vide *ὑπὸ βρυχέα.* vii. 130. ubi vel *ὑποζρυχέα* legendum, pro *ὑποζρύχιον*, ab *ὑποζρυχὴς, εος.* vel *ὑπόζρυχα*, quod est adverb. poet. et jam pro nomine sumetur.

ὑποδεέστερος, ου, ὁ. com. Inferior. *οὐδὲν τοῦ Φημίου ὑποδεέστερος ἦν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ.* V. Hom. 5. Valla: Nihilo ipso Phemio in disciplinis factus inferior. Æ. P. Ipso Phemio in doctrina nihilo inferior erat. id est, In docendo, vel in pueris docendis, vel in docendi munere, nequaquam erat inferior Phemio.

ὑποδειμαίνειν. Vide simplex *δειμαίνειν.*

ὑποδέκεσθαι. Ion. pro com. *ὑποδέχεσθαι.* Suscipere. Recipere. Promittere. Polliceri. i. 24. *ὑπεδέκοντο Σκύθησι τιμωρήσειν.* Se Scythis opem laturos promiserunt. iv. 119, 148. vi. 11. *ὑποδέκομαι παρέξειν.* Me suppeditaturum recipio. vii. 158. *εἰ ὑποδέκεταί ταῦτα ποιήσειν.* viii. 102. Si pollicetur se hæc facturum.

ὑποδέκεσθαι. Ion. pro com. *ὑποδέχεσθαι.* Suscipere. Aliquid faciendum suscipere. *Ἀθηναῖοι [τοῦτο] ὑπεδέξαντο.* ix. 21. Athenienses [hoc] susceperunt. *οἱ [τοῦτο] ὑποδεξάμενοι.* ix. 22. Qui [hoc] susceperant.

ὑποδέκεσθαι. Suscipere. Excipere. *ὑποδεξάμενος αὐτὸν οἰκίοισι.* Qui ipsum hospitio excepit. i. 41, 44.

ὑποδέκεσθαι. Ion. pro com. *ὑποδέχεσθαι*, peculiari quadam ratione ab Herod. usurpatum. *ἠρώτα ὁ Δαρεῖος [αὐτὸν,] τὴν τέχνην εἰ ἐπίσαιτο. ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο, ἀρρωδέων,* &c. Ipsum Darius interrogavit, an hanc artem novisset. Ille vero non recepit, non dixit, non asseveravit, sc. se eam tenere. Dissimulavit se eam tenere, metuens, ne, &c. iii. 130. Sic etiam, *ὁ Ἀρυάνδης πέμψας ἐς Βάρκην κήρυκα, ἐπυνθάνετο τίς εἴη ὁ Ἀρκεσίλεων ἀποκτείνας. οἱ δὲ Βαρκαῖοι αὐτὸν ὑπεδεκέατο πάντες.* Aryandes caduceatore Barcen misso, quæsivit quisnam Arcesilaum interfecisset. Barcæi vero omnes responderunt illum a se cæsum. iv. 167. Hic autem post *αὐτὸν* sub. verbum *ἀποκτεῖναι.* Hinc igitur patet *τὸ ὑποδέκεσθαι* pro *ὑποκρίνεσθαι, ἤγουν ἀποκρίνεσθαι*, nonnunquam usurpari, vel eodem modo sumi, quo et *τὸ ὑπισχνεῖσθαι.* Affirmare. Asseverare. Vide suo loco. Quamobrem hoc minime novum videbitur. Nam *ὑποδέκεσθαι, καὶ ὑπισχνεῖσθαι*, sæpe *συνωνύμως* ponuntur. *ἠρώτα τίς εἴη ὁ μοι δούς. ἐγὼ δὲ ἐφάμην ἐκεῖνον. ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο.* Interrogavit quisnam mihi [corollas] dedisset. Ego vero dixi ipsum [has mihi dedisse.] Ille vero non recepit [hoc, id est, hoc negavit.] vi. 69.

ὑποδέξαι, pro *ὑποδεῖξαι.* Ion. Designare. i. 189. *ὑποδέξω*, pro *ὑποδείξω.* sublato *ι.* iii. 122.

ὑποδέξιος, ὁ. N.H. *ὑποδεχόμενος*, vel *πρὸς τὸ ὑποδέχεσθαι ἐπιτήδειος, ἱκανὸς*, q. d. Susceptor, ad suscipiendum aptus, idoneus. *λιμένες ὑποδέξιοι.* Portus ad naves excipiendas idonei. Portus ad naves recipiendas apti. vii. 49.

ὑπόδημα. com. Calceus. *τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μέν συ, ὑπεδήσατο δὲ ὁ Ἀριστάγορης.* Hunc calceum tu quidem consuisti, Aristagoras vero induit. vi. 1. Hæc vim quandam proverbii habent, et de illis dici possunt, qui dolos ali-

quos excogitarunt, quibus alii postea suo damno sunt decepti, licet eorum non fuerunt auctores.

ὑποδύειν, et *ὑποδῦσαι*. com. Subire. Suscipere. *εἰ μὴ ἑκόντες ὑπέδυσαν τὸν πόλεμον*. Nisi volentes, ac ultro, bellum suscepissent. iv. 120. *ὑπέδυσαν ποινὴν τίσαι Ξέρξῃ*. vii. 134. Hoc subierunt ut Xerxi pœnas luerent.

ὑποζάκορος, ου, ὁ. N. H. pro com. *ὑπηρέτης*, ου, ὁ. *νεωκόρος*, *ἱερεύς*, vel *ἱέρεια*. Minister. Famulus. Sacerdos vir, vel fœmina. *γυναῖκα ὑποζάκορον ἐοῦσαν τῶν χθονίων θεῶν*. Mulierem, quæ Deorum infernorum erat sacerdos. vi. 134. Vide *ζάκορος*, apud Suidam. Vocabulum compositum ex *ὑπὸ*, præposit. et particula *ζα*, quæ vim intendentis habet, [ut *ζάκοτος*, *ὁ ὀργίλος* iracundus,] et verbo *κορέω*, *ῶ*, verro, purgo, unde *νεωκόρος*, ædituus, qui templum verrit, purgat, qui templum tuetur, ejusque curam gerit. *ἡ ὑποζάκορος τῶν θεῶν*. vi. 135. *τὴν ὑποζάκορον τῶν θεῶν*. ibid.

ὑποθήκη, *ης*. Ion. et poet. Admonitio. Gallice, *Admonition. Avertissement*. *Κῦρος ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ*. Cyrus hac admonitione delectatus. i. 156. *ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑποθήκας*. Fecit quæ Crœsus monuerat. i. 211. v. 92. § 7. vi. 52. vii. 3. *τῷ Θεμιστοκλεῖ ἤρεσε ἡ ὑποθήκη*. viii. 58. Hæc admonitio, consilium hoc, Themistocli placuit. *ὑποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Περσέα*. viii. 109. Valla: Animo sibi apud Persam subsidium comparandi. Æ. P. v. s. Admonitionem facturus ad Persam, i.e. Cum Persam [de suo in eum beneficio collato] monere statuisset. Hoc ex sequentibus patet. Sed et hic, et viii. 108. si codex sanus, *Περσέα* dictum, ut a recto *Περσεύς*, pro com. *Πέρσης*, cujus accus. com. *Πέρσην*, ut *Ξέρξην*, et Ion. *Πέρσεα*, ut *Ξέρξεα*. Si Vallæ versio bona est, dicemus *ὑποθήκην* jam vocari subsidium, quod sibi quis parat beneficio in aliquem collato, et apud ipsum quodammodo reposito, ut servetur. Quod observatione dignum, quia præter tritas significationes usurpatum.

ὑποθωπεύειν. Adulari. Assentari. *οὐδὲν ὑποθωπεύσας*. Nihil assentatus. i. 30.

ὑποκαίειν. V. H. Succendere. Suburere. Ignem subdere. Gallice, *Bruler au-dessous*. *ὑποκαίοντες τὰ ὀστέα τῶν ἱρηΐων*. Victimarum ossa [sub ipsis lebetibus, lignorum loco] succendentes. iv. 61.

ὑποκινεῖν. V. H. Se commovere. Hoc autem vel ut verbum neutrum est sumendum, vel *Ἀττικῶς*, καὶ *Ἰωνικῶς*, activum pro passivo *ὑποκινεῖσθαι*, vel accusativus rei, vel personæ subaudiendus. *οὐδεμίῃ πόλις ὑπεκίνησε*. Nulla civitas se commovisset. v. 106.

ὑποκρητηρίδιον, *τό*. Interpres Latinus putavit diminutivum esse a nomine *κρητὴρ*, *ῆρος*. de quo ante. Quare vertit, parvulam pateram. Sed vocem non intellexit. Quod cum bona ejus venia dictum volo. Significat enim *τὸ ὑπὸ τῷ κρητῆρι τιθέμενον ἄγγος*, *εἴτε τὴν μικρὰν μηχανὴν τὴν ὑπὸ τῷ κρητῆρι τίθεσθαι φιλοῦσαν*. Quid autem hoc sit, aperte docet Athenæus lib. *τῶν δειπνοσοφιστῶν* quinto, pag. 106, l. et 3. et 4. et 7. vocat enim *ἐγγυθήκην*. Et subjicit, καὶ *Καλλίξενος εἴρηκε λεζήτων αὐτὰς* [*τὰς ἐγγυθήκας*] *ὑποθήματα εἶναι*. Idem 106, 10. *ἐγγυθήκη*, καὶ *ἐπ' αὐτῆς κύπελλον*. *Ἡγήσανδρος δὲ ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων*, καὶ *ἀγαλμάτων*, *Γλαύκου φησὶ τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα*, *οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν*, *ἀνάθημα Ἀλυάττου*. *οὗ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει*, *ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν*. Et paulo post, *ἡ δ' ὑπ' Ἀλεξανδρέων καλουμένη ἀγγοθήκη*, *τρίγωνός ἐστι*, *κατὰ μέσον*

κοίλη, δέχεσθαι δυναμένη ἐντιθέμενον κεραμίον. ἔχουσι δὲ ταύτην, οἱ μὲν πένητες ξυλίνην, οἱ δὲ πλούσιοι χαλκῆν, ἢ ἀργυρᾶν. Sed pro ἐγγυθήκη, quod multis in locis scriptum exstat, suspicor ἀγγοθήκη scribendum, ut ex illis verbis ἡ καλουμένη ἀγγοθήκη, patet. Festus Incitegam vocat. Est autem Incitega (ut ille tradit) machinula, in qua constituebatur in convivio vini amphora, de qua subinde deferrentur vina. Itali vocant, Fondello, quoniam supponitur sive amphorarum, sive patinarum fundo, idque munditiei potius, quam ornatus gratia. Herod. i. 25. Harpocration tamen vocem ἐγγυθήκη agnoscit, ac interpretatur, σκευός τι πρὸς τὸ κρατῆρας, ἢ λέβητας, ἤ τι τούτων οὐκ ἀλλότριον ἐπικεῖσθαι ἐπιτήδειον εἶναι. Quamobrem ἐγγυθήκη dicetur, quasi ἐγγυοθήκη. i. e. Vas, in quo tanquam ἐν τῇ ἐγγύᾳ, i. e. in fidejussione, rem aliquam deponimus. Vas, in quo aliquid tuto collocatur. Sic et Lucianus arcam, in qua nummi, et pretiosissima quæque reponuntur, et tanquam apud fidejussorem deponuntur, quodam loco vocavit.

ὑποκρίνεσθαι. Ion. et poet. pro com. ἀποκρίνεσθαι. Respondere. ταῦτα ὑπεκρίναντο Κροίσῳ. Hæc Crœso responderunt. i. 78. ταῦτα ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Λυδοῖσι. Hæc Pythia Lydis respondit. i. 91. ἔφασαν ὑποκρινέεσθαι. Se responsuros dixerunt. i. 164. ὑποκρίνασθαι. ii. 162. ὑπεκρίναντο. iii. 46. ὑποκρινόμενος. iii. 53. ὑπεκρίνετο τάδε. Hæc respondit. iii. 119. ὑποκρίνασθαι. Respondisse. iii. 121. ὑπεκρίναντο τάδε. iv. 119, 139. vii. 39, 168, 169. viii. 111, 144. ix. 8, 27, 49.

ὑπόκρισις, ἡ. Ion. et poet. pro com. ἀπόκρισις. Responsum. τῶν χρηστηρίων τὰς ὑποκρίσιας. Oraculorum responsa. i. 90. ὑπόκρισις ἐλευθεριωτέρη. Liberalius, ac ingenuo homine dignum, responsum. i. 116. ix. 9.

ὑποκύπτειν. com. Succumbere. Submittere se alicui. Se alicujus imperio subjicere. τὰς μὲν ἑθελοντὶ τῶν πολίων ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο. Urbium alias quidem ultro se submittentes, alias vero per vim sibi adjunxerunt, in suam potestatem redigerunt. vi. 25. ἦν ὑποκύψωσι τοῖσι Μήδοισι. Si Medis se subjiciant. Si Medorum imperio se subjiciant. vi. 109.

ὑποκύπτειν τινί. com. Succumbere alicui. Subjici alicujus imperio ac potestati. οἱ Μηδοῖ ὑπέκυψαν Πέρσῃσι. Medi Persarum imperio subjecti sunt. i. 130.

ὑπολάμπειν. com. Illucescere, incipere, apparere. ὡς τὸ ἔαρ ὑπέλαμπε. Cum ver illuxisset. i. 190. Primo vere. quod ἐπιλάμψαντος ἔαρος dicitur συνωνύμως. viii. 130.

ὑπομαργότερος, ὁ. H. V. q. d. subinsanus, vel vecordior, vel vecordiusculus, ut Valla. iii. 145.

ὑπὸ μαστίγων διαβαίνειν τινὰ χώραν. v. s. Sub verberibus aliquam regionem transire. Gallice melius, *Passer quelque pais à coups de fouet.* vii. 56.

ὑπομιμνήσκειν τι. Aliquid in memoriam revocare. ἡ Πυθίη ὑπομνήσασα ταῦτα. vii. 171. Pythia his in memoriam revocatis. Cum hæc ipsis in memoriam revocasset.

ὑπονοεῖν. com. pro quo et ὑποπτεύειν dicitur συνωνύμως. Suspicari. Suspectum habere. ὑπονοήσαντες τοὺς Σαμίους τὰ Ἑλλήνων φρονέειν. ix. 99. Suspicati Samios cum Græcis sentire, [illorumque partibus favere.]

ὑπόπετρος, ὁ καὶ ἡ. Sub se petras, sive lapides, habens. Saxosus. Regionis, ac telluris, epithetum. ii. 12.

ὑποπρήθειν. Ion. et poet. pro com. ὑποκαίειν. Succendere. Igne subjecto cremare. ὑποπρήσαντες αὐτά

Ipsis [sarmentis, sive cremiis,] succensis. iv. 69.

ὑπόπτερος, ὁ καὶ ἡ. Alatus. ὄφιες ὑπόπτεροι. Serpentes alati. iii. 107, 109.

ὑπόῤῥινον, ου, τό. Ctesias Pers. 52. Barba, quæ sub naribus nascitur, quæ μύσταξ, κος, ὁ. vocatur, Latine mustax, cis. Italice, *Mustachio*. Gall. *Mustache*. πώγωνα, καὶ ὑπόῤῥινα κατασκευάσαι, ἵνα ὡς ἀνὴρ φαίνοιτο. Barbam, et mustaces parare, ut ceu vir videretur. In vulg. Lex. legitur et ὑποῤῥίνιον pro eodem.

ὑποσῆναί τι. Aliquid suscipere faciendum. τίς ἄν μοι τοῦτο ὑποσὰς ἐπιτελέσειε; Quis hoc mihi faciendum suscipiet, ac perficiet? iii. 127, 128.

ὑποστρέφειν. com. pro quo frequenter et ἐπαναχωρεῖν, ἐπανέρχεσθαι. Redire. Reverti. iv. 124, 128. ὑπέστρεφον. iv. 140.

ὑποστρέφεσθαι. com. Converti. Se convertere. iv. 129.

ὑποστροφὴ, ῆς, ἡ. com. Reditus. Reversio. Conversio, qua quis se convertit, ut aliquo revertatur, unde venerat. ix. 22.

ὑπόσχεσιν ἐκπληρῶσαί τινι. Promissa alicui præstare. v. 35.

ὑποτάμνειν. Ion. pro com. ὑποτέμνειν. Succidere. Præcidere. ut τὴν ὁδὸν ὑποτάμνειν. Iter alicui præcidere. Quod Galli dicunt, *Couper le chemin à quelqu'un*. Iter alicui præcludere ne perveniat eo, quo cupit, ὑποταμομένους τὸ ἀπὸ τῶν νεῶν. Valla: A navibus disclusos. v. 86. Plena locutio videtur esse, τὸ ἀπὸ τῶν νεῶν διάστημα. Verba hoc sonant; Præclusos illo intervallo, quod a navibus ad ipsos erat. hocque καθ' ὑπαλλαγὴν dictum videtur, ἀντὶ τοῦ, τὸ ἀπ' αὐτῶν πρὸς τὰς νέας. Intercluso itinere quod ab ipsis, [i. e. a loco, in quo erant,] ad naves ferebat.

ὑποτείνειν. Ion. et poet. pro com. προτείνειν. Protendere. Præbere. Offerre. Exhibere. ὑποτείνοντος ἐμεῦ τὰ ἐμπόρια συνελευθεροῦν. vii. 158. Cum ego vobis offerrem meam operam ad vos in Emporiis liberandis adjuvandum. [Γέλων μὲν δὴ ταῦτα προετείνετο. vii. 161.]

ὑποτελέειν, εῖν. V. H. Persolvere tributum. Dicitur de illis, qui sunt ὑποτελεῖς. i. e. sub alicujus principis tributo, qui alicujus imperio subjecti tributum pendunt. iv. 201.

ὑποτίθεσθαι. com. Admonere. Ἁρπάγου ὑποθεμένου. Cum Harpagus [eum] admonuisset. Harpagi monitu, ac suasu. i. 80, 90. ὑπεθήκατο. i. 90, 156, 191. ταῦτα Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ὑπεθήκαντο. Hæc Ægyptii Eleis admonendi gratia dixerunt. Istud consilium ipsis dederunt. ii. 160. ὑποτίθοιτο. iii. 41. v. 72. ὑποθέμενος ἔπος οὐδέν. Cum nihil monuisset. Vel, Cum de re nulla eum monuisset. Vel, Cum nullum consilium suggessisset. v. 92. § 6. ὁ δὲ οὐδὲν οἱ ἔφη Θρασύβουλον ὑποθέσθαι. Ille vero dixit Thrasybulum se nulla de re monuisse, nullum consilium sibi dedisse. ibid. ὡς οἱ ὑπετίθετο. Ut eum monebat, v. 92. § 6. vi. 52. τὰ ἄριστα ὑποθέοιτο. Optimum consilium dedisset. vii. 237. δείσας μή τις τῶν Ἰώνων ὑποθῆται τοῖσι Ἕλλησι. viii. 97. Veritus ne quis de Ionibus suggereret Græcis; vel, Græcos moneret.

ὑποτίθεσθαι. Ion. pro com. προτίθεσθαι. Proponere. ὑποθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον. Cum somniorum conjectoribus, ac interpretibus, insomnium proposuisset. i. 107, 108. iv. 135. [pro eodem dicitur ὑπερτιθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι. v. 56.]

ὑποτοπεῖν, et ὑποτοπεῖσθαι. Herodoteum et Thucydideum verbum, pro com. ὑποπτεύειν. Suspicari. Suspectum habere. Λακεδαιμόνιοι ὑποτοπηθέντες Δημάρητον δόλῳ ἐπιχειρέειν, ἐδίωκον. vi. 70. Lacedæmonii suspicati Demaratum fugam

moliri, vel fugam parare, eum persequi cœperunt.

ὑποτοπεῖσθαι. Ion. et Attice, pro ὑποτοπεῖν, καὶ ὑπονοεῖν, quæ frequentiora. Suspicari. οὐδὲν ὑποτοπηθέντα τῶν ἐκεῖνος ἐφρόνεε. ix. 116. Nihil suspicatum eorum, quæ ille cogitabat.

ὑποτρόχαλα κείρειν. Herodotea locutio. In rotundum tondere. iii. 8.

ὑποτύπτειν. V. H. Suffringere. ὑποτύπτουσα αὐτέων ἑκάστη, φιάλην τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα. οὕτω δή τι δωψιλέϊ δωρεῇ, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων ςατῆρας ἐπόμενος ὁ οἰκέτης, τῷ οὔνομα ἦν Σκίτων, ἀνελέγετο, καὶ οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη. Valla: Tunc earum singulæ, auream phialæ thecam suffringentes, Democedem donarunt tam amplo munere, ut famulus nomine Sciton, qui sequebatur, excidentes ex percussione phialarum stateras colligens, non parvam auri summam coegerit. iii. 130. Sensus quidem bonus: at verba Græca aliquid aliud nobis indicant. ὑποτύπτειν enim non suffringere significat, sed potius (ut ita loquamur) subverberare, succutere, leviter verberare, quatere verberando, pulsando decutere. Sic igitur hæc melius vertentur. Ipsarum unaquæque phialæ thecam auream leviter verberans, succutiens, una cum ipsa theca Democedem [aurea phiala] donavit. Tam autem amplo dono [eum donavit,] ut famulus, cui nomen erat Sciton, [dominum] sequens, stateras ex phialis [ob succussionem] excidentes collegerit, ipsique magna auri vis coacta fuerit. Si phialæ, in quibus erant aurei stateres, vitreæ fuissent, hic τὸ ὑποτύπτειν, fortasse commode sumi posset pro suffringere, vel frangere: at aureæ erant, ut et ipse Valla vertit. (nam φιάλην χρυσοῦ, ἀντὶ τοῦ φιάλην χρυσῆν, Herodotus videtur appellare. Nisi dicas φιάλην χρυσοῦ vocari, in qua aurum inesset, quæ aureos stateras contineret: quod a veritate non alienum esset.) Quare quid opus erat phialam suffringere? Metallum hoc haud tam facile frangitur. At succussione, ac agitatione, et quassatione, opus erat ad excutiendos, et ejiciendos, stateras aureos in phialis conclusos. Hæc longe verisimiliora. Nullam tamen necessitatem cuiquam impono in nostra verba jurandi. Sequatur quisque sententiam, quam ceteris anteponendam judicarit. Nobis enim satis esse duco, si Græcorum verborum proprietatem, si vim significationemque, cum ipso Germano sensu, nude vereque declaremus.

ὑποτύφειν, ὑποκαίειν. Proprie quidem succendere, vel igne subjecto, vel clam accendere significat; sed tamen transfertur etiam ad inimicitias ab aliquibus susceptas, quæ primum odii flammis accenduntur, deinde paulatim aluntur, et crescunt, donec tandem ex inimicorum pectoribus in manifestam lucem, incendiorum instar, erumpant. Vel etiam accipiendum pro simultates occultas cum aliquo suscipere, habere, gerere, exercere. παλαιὰ αὐτοῖς ἔχθρα ὑπετύφετο. Ctesias Pers. 45. Vetus simultas ab ipsis succendebatur. i. e. Clam alebatur, et, ceu flamma quædam in ipsorum pectore latens adhuc, fovebatur. Vel, Clam accendebatur. Vel etiam, Illi veteris odii flammam in pectore latentem, ac ardentem, adhuc servabant.

ὑπουργεῖν τι τινί. In aliqua re suam operam alicui navare. Inservire alicui aliqua in re. vii. 38. σοὶ βουλόμενος ὑπουργέειν. viii. 110. Tibi volens inservire. χρηςὰ ὑπ-

ουργέειν. viii. 143. Bonam ac fidelem operam alicui navare. *ἐκέλευσε αὐτὴν αἰτῆσαι ὅ, τι βούλεταί οἱ γενέσθαι ἀντὶ τῶν αὐτῷ ὑπουργημένων*. ix. 109. Jussit ipsam petere quid sibi fieri vellet pro opera sibi navata. i. e. pro obsequii remuneratione.

ὑπούργημα, τος, τό. com. Ministerium. Opera, quam alicui navamus. i. 137.

ὑπόφαυσις, ιος, ἡ. Valla sic interpretatur hunc Herodoti locum, qui exstat vii. 36. *διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον*. Relicto ad auroram transitu. Sed dicendum potius, transitum sub auroram, vel sub primum diluculum, reliquerunt. Erit autem ἔλλειψις præpositionis *πρὸς*, vel *κατὰ*, quod Atticis et Ionibus familiare. Verum hæc quidem sic accipientur, si codex sanus. Alioqui crediderim legendum separatim *ὑπὸ φαῦσιν*, sub diluculum. *φαῦσις*, ut docet Suidas, *φῶς, φέγγος*. hinc deductum nomen compositum apud Pindarum Olympiorum Ode vii. ver. 71. *φαυσίμβροτος*, Solis epithetum, quod alias *συνωνύμως* dicitur *φαεσίμβροτος*. Mortalibus lumen ministrans. Mortalium illuminator. *φαῦσις* vero formatur a verbo *φαύω*, quod a *φάω* deductum, inserto *υ* Æolice. ab eodem *φάω*, fit et *φαίνω*, et *φαείνω*, luceo, splendeo.

ὑποχείριος, ὁ καὶ ἡ. com. Qui in alicujus manu ac potestate est. Qui sub alicujus manu ac imperio est. Alicujus potestati imperioque subjectus. *τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχειρίους ἐποιήσαντο*. Assyrios in suam potestatem redegerunt. Assyrios subegerunt. i. 106. *τὰ πάντα ὑποχείρια ἐποιήσατο*. Omnia subegit. i. 178. vi. 45. *ἀναδεκομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας*. Qui receperant, qui promiserant se nobis tradituros, ac in potestatem nostram redacturos, Athenas. v. 91. *Πέρσῃσι ὑποχείρια*. Persis subjecta. vi. 33, 44.

ὑπόψαμμος. V. H. Subarenaceus. Epithetum soli, regionisque arenam sub se habentis. *γῆν ὑπόψαμμοτέρην*. ii. 12.

ὑποψίην ἔχειν. Herodotea locutio. pro qua com. dicitur, *ὑποπτεύεσθαι*, et *ὕποπτον εἶναι*. Suspicionem sustinere. In suspicionem vocari. Suspectum esse. ix. 99.

ὑπώρεαι, ῶν, αἱ. Ion. pro com. *ὑπώρειαι*. Montium radices. i. 110. ii. 158. dicitur et in singulari *ὑπώρεα*, pro com. *ὑπώρεια*. iv. 23. *ὑπώρεια* cum diphthongo *ει*. vii. 129. *τὴν ὑπωρείην*. vii. 199. *τῆς ὑπωρείης*. ix. 19, 56.

ὑπωρείη, ης, ἡ. Ion. pro com. *ὑπώρεια, ας*. Montis radix. vii. 129.

υσι. Terminatio tertiæ plur. pers. 4. conjug. verborum in singulari in *υμι* desinentium; quæ frequentius, ut a gravitonis in *ύω* deducta, in indicativi tertia plur. in *ύουσι* desinunt. *ἀπολλῦσι*, pro magis usitato *ἀπολλύουσι*. Perdunt. iv. 68. *κατειργνῦσι*, pro *κατειργνύουσι*. Concludunt. iv. 69.

ὑστεραίη ἡμέρη. Ion. pro com. *ὑστεραία ἡμέρα*. Posterior vel sequens dies. Est autem integra locutio: sed *ὑστεραία* tantum est elliptica. nam subauditur *ἡμέρα*. *τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ*. viii. 22. Posteriore die. Postridie. Sequenti die. [*ἐλλειπτικῶς* dicitur *τῇ ὑστεραίῃ*. viii. 25.] *ἐς τὴν ὑστεραίην*, et *ὑστεραίη*. ix. 8.

ὑστεραῖος, η, ον. Ion. pro com. *ὑστεραῖος, α, ον*. pro quo usitatius *ὕστερος, α, ον*. Posterior. *ἡ δὲ βασιλῆος αἴρεσις ἐς τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηΐην, δεκάμηνος ἐγένετο*. ix. 3. Valla: [Urbem cepit,] decimo mense quam fuerat ab ipso rege capta. Æm. P. Hoc verba sonant, ut barbari loquerentur: Regis vero captio ad secundam Mardonii hostilem expeditionem, decimestris fuit, i. e. Inter pri-

mam urbis a rege captæ expugnationem, et secundam bellicam Mardonii expeditionem, decem menses intercesserunt. Sed Valla majorem sensus, quam verborum, hoc loco prudenter habuit rationem. Hæc tamen paulo liberius, ita melius redderentur: ab illo vero tempore, quo primum urbs a rege capta fuit, ad secundam expeditionem militarem, quam Mardonius adversus eam suscepit, decem menses intercesserunt. Vel, Decimo vero mense post urbem ab ipso rege captam, Mardonius secundam militarem expeditionem adversus eam suscepit, ei bellum intulit, desertamque cepit. *ἀνεβάλλοντο ἐς τὴν ὑστεραίην ὑποκρινασθαι.* ix. 8. Responsum in sequentem diem distulerunt. *τῇ ὑστεραίῃ.* ibidem.

ὕστερον. τὸ ἐγὼ τῆσι ἐμεωϋτοῦ γνώμῃσι ὕστερον ἐπυθόμην. Quod ego postquam hoc in animum meum induxissem intellexi. ii. 18.

ὕστερον τουτέων. ix. 105. Post hæc. Postea.

ὑστέρῳ χρόνῳ. com. pro quo alias *ὕστερον.* Postea. i. 130. iv. 166. v. 32.

ὑφαίνειν. com. Texere. *μεταφορικῶς* vero, Moliri dolum. *ὥστε ταῦτα συνυφανθῆναι τὸν Μιλήσιον Ἀριστα-γόρην.* Ut hæc Milesius Aristagoras cum aliis molitus fuerit. v. 105.

ὑφιστάναι, ὑποστῆσαι. com. Substituere. i. e. Sub re aliqua statuere, ponere, collocare aliquid, ejus fulciendæ ac sustinendæ gratia. Sustinere. Fulcire. *ὑποστήσαντες αὐτῷ τρεῖς χαλκέους κολοσσούς.* Ipsi subjectis tribus æreis colossis. Valla vero sensum secutus vertit, sustinentibus illud tribus colossis. At dicendum potius, Cum tres æreos colossos ei subjecissent, ejus fulciendi ac sustinendi causa. Omisit autem vocem *χαλκέους*, quæ nequaquam erat omittenda. iv. 152.

Φ.

Φ *Ἰωνικῶς* interdum in *θ* vertitur. *ἄφλαστον*, pro *ἄθλαστον. φλᾶν* pro *θλᾶν.* vi. 114.

φ in *β* interdum apud Macedones vertitur. *Βρίγες*, pro *Φρύγες.* vii. 73.

φάκελος, ου, ὁ. com. Fascis. Fasciculus. *φρυγάνων φάκελοι συννενέαται.* iv. 62. Sarmentorum, vel cremiorum fasciculi congeruntur. *ῥάβδων φακέλους.* Virgarum fasces. iv. 67.

φαλακρός. com. Calvus. iii. 12.

φαλακρόω, ῶ. com. Calvum facio. *φαλακροῦμαι.* Calvesco. Calvus fio. ibid.

φάμενος, η, ον. Passive sumtum *ἀντὶ τοῦ λεγόμενος.* Qui dicitur. *τῶν Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι.* Lyciorum, qui Xanthii dicuntur esse. i. 176. Vel est Græcismus elegans, et *τὸ φᾶσθαι ἀντὶ τοῦ φάναι, καὶ λέγειν*, est sumendum, hoc modo; *τῶν Λυκίων φαμένων, φάντων, καὶ λεγόντων, ἑαυτοὺς εἶναι Ξανθίους.* Lyciorum, qui se Xanthios esse dicunt.

φαρετρεών, ῶνος, ὁ. V. H. pro com. *φαρέτρα.* i. 216. ii. 141. vii. 61.

φάρσος, εος, ους, τό. Herod. V. Plaga. Tractus. Regio. Pars. *ἔστι δύο φάρσεα τῆς πόλιος.* Sunt duæ urbis plagæ, vel partes. i. 180, 181. *τῆς πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων.* i. 186.

φαρμακεύειν. com. Pharmacis aliquibus, vel venenis, vel remediis, vel incantamentis, ad aliquid peragendum uti. *φαρμακεύσαντες ταῦτα ἐς τὸν ποταμόν.* vii. 114. Valla: His medicamentis in flumen factis. [Cur autem hoc illi fecerunt? ut his rationibus fluvii sævitiam compescerent, ejusque benevolentiam sibi conciliarent.]

φαται. Ion. 3. pers. plur. perf. pass. 1. conjugat. gravit. terminatio pro communi, quæ effertur per participium pass. perf. et plusq.

cum verbo substantivo εἰσί. Sic autem formatur: τέτυπται, quæ est 3. pers. sing. inserto α. τετύπαται. verso π in φ, τετύφαται. et singul. in plur. migrat, pro τετυμμένοι εἰσι. vel τετυμμέναι, vel τετυμμένα εἰσι. τετρίφαται, pro τετριμμένοι εἰσι. Sunt attriti. ii. 93. τεθάφαται, pro τεθαμμέναι εἰσι. Sepultæ sunt. vi. 103.

φατίζειν. Ion. et poet. Rumorem spargere. ἐφάτισαν. Rumorem sparserunt. v. 58.

φάτις, ἡ. Ion. et poet. pro com. φήμη. Rumor. i. 60. κατέξαλον φάτιν. Rumorem sparserunt. i. 122. ἐνθεῦτεν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε. Hinc rumor iste manavit, i. 122. vii. 3. ὡς φάτις ὥρμηται. vii. 189. Ut fama fert. Ut fama fertur. τούτους τοιαύτη φάτις ἔχει ὑπὸ Ἀθηναίων. viii. 94. Valla: Hic de illis apud Athenienses rumor exstitit. Bene. Sed est Herodotea locutio.

φατο. Ionica 3. pers. plur. plusquamperf. pass. 1. conjug. gravit. terminatio, pro com. quæ effertur per participium verbi pass. perf. et plusq. cum verbo substantivo, ἦσαν. Οἱ Ἕλληνες αὐτῷ κατεσ-ράφατο, pro ὑπ' αὐτοῦ κατεσ-ραμμένοι ἦσαν. Græci ab eo subacti sunt. i. 27. Formatur autem a tertia pers. sing. desinente in πτο, inserto α, et mutata tenui π in aspiratam φ, ut τέτυπτο, τετύπατο, τετύφατο. κατεσ-ράφατο, pro κατεσ-ραμμένοι ἦσαν. Subacti fuerunt. ibid. pro eodem κατεσ-ρέφαλο. i. 141. ἀπεσ-ράφατο, pro ἀπεσ-ραμμέναι ἦσαν [αἱ νῆες] τοὺς ἐμβόλους. Naves rostris retusæ fuerant. id est, Navium rostra fuerant retusa. i. 166.

φερέγγυος, ὁ καὶ ἡ. com. Suidas, φερέγγυος, ἀσφαλής, ἀξιόπιστος ἐγγυητής. Subjicitur deinde hoc Herodoti exemplum. Idem, φερέγγυος, ὁ ἐκδεξάμενός τι, καὶ δυνάμενος ἀποτίσαι. οἷον ἀξιόχρεως, δυνάμενος ἀναδέξασθαι τὴν ἐγχείρησιν, &c. v. 30. Sic igitur appellatur sponsor fide dignus, et locuples, ac idoneus ad persolvendam pecuniæ summam, vel ad præstandum id, quod alicujus gratia promisit. Qui aliquid in se recepit, ac præstare potest. φερέγγυος ἔσαι διασῶσαι τὰς νέας. Naves servare poterit. vii. 49. Vel, Ad naves tutandas erit idoneus.

φέρειν, καὶ ἄγειν. com. Agere, et ferre. Diripere. Populari. (διαρπάγειν. i. 88.) φέρουσί τε, καὶ ἄγουσι τὰ σά. Res tuas ferunt, et agunt. Res tuas diripiunt. ibid. ἄγον, καὶ ἔφερον ἅπαντας. Omnes agebant, ac ferebant, diripiebant, populabantur. i. 166. ἔφερε, καὶ ἦγε πάντας. iii. 39. μὴ ἀλλήλους φέροιεν, καὶ ἄγοιεν. vi. 42.

φέρειν. συμφορήν τινα ὡς κουφότατα φέρειν. Calamitatem aliquam quam levissime ferre. i. 35. ἔς τι ὑμῖν ταῦτα φαίνεται φέρειν; Quonam hæc vobis videntur spectare? Quid significare? Quid portendere? i. 120. βαρέως ἤνεγκε. Graviter tulit. iii. 155. ὥσπερ τὸ δίκαιον ἔφερε. Ut æquitas ferebat, postulabat. v. 58. βαρέως φέρων. v. 19. pro quo συνωνύμως unica voce dicitur, δυσφορέων. ibid.

φερέοικος, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Qui secum ipse suam domum fert. iv. 46.

φέρεσθαι πλέον. com. Aliquid amplius ferre, reportare, quam alii ferant, ac reportent. Plus proficere. Meliore conditione rem gerere. pro quo συνωνύμως dicitur et ἀποφέρεσθαι πλέον, et πλεονεκτεῖν. Οὗτοι οὐδὲν πλέον ἐφέροντο τῆς στρατιῆς τῆς Μηδικῆς. vii. 211. Isti nihil amplius, quam Medicus exercitus, reportabant. Nihil magis reportabant. Non magis proficiebant. Non meliore conditione rem gerebant.

φερνή. Ion. et poet. Dos, quam uxor marito dat. Αἱ Λυδῶν θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς. Lydorum filiæ

omnes scortantur, dotem sibi colligentes. i. 93.

φεύγειν ὑπό τινος. Ab aliquo fugari. In exilium pelli. iv. 125. ἐκ Νάξου ἔφυγον ἄνδρες τῶν παχέων ὑπὸ τοῦ δήμου. v. 30. Valla: Ex Naxo quidam locupletes e plebe in exilium missi sunt. Sed a plebe dicendum, non autem e plebe. Vide παχέες.

φεύγειν. com. ἐκ κακῶν μεγάλων ὠφευγότας ἐπυνθάνετο. Ex magnis malis [Lacedæmonios Crœsus] evasisse audiebat. i. 65.

φεύγω cum infinitivo junctum. Fugio. Vito. Caveo. ξεινικοῖσι νομαίοισι χρᾶσθαι φεύγουσι. Peregrinis institutis uti fugiunt. Vel, Peregrinis ritibus uti cavent. iv. 76.

φήμη. Ion. et poet. pro com. προφητεία, καὶ προρρήσις. Prædictio. ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην. Insomnii prædictionem explevit, implevit. Id, quod ab insomnio prædictum fuerat, ad exitum, finemque perduxit. i. 43. τῷ Κλεομένεϊ ἡ φήμη ἐπετελέετο. v. s. Prædictio Cleomeni perficiebatur. i. e. Quod Cleomeni prædictum fuerat, ad suum finem perducebatur. v. 72.

φήτρη, ης, ἡ. Ion. et poet. pro com. φυλή, ῆς. Tribus. i. 125.

φθέγγεσθαι ἀντὶ τοῦ χρεμετίζειν. Loqui, vocem edere, pro hinnire. ὅτευ ἂν ὁ ἵππος ἡλίου ἐπανατέλλοντος πρῶτος φθέγξηται. Cujus equus exoriente sole primus hinnisset. iii. 84.

φθειρίζεσθαι. Verbum Herodoteum, quod in vulgat. Lex. sine ullius auctoritate legitur. Idem autem valet ac τὸ φθεῖρας θηρᾶν. i. e. Pediculos venari. τοὺς φθεῖρας ζητεῖν. Pediculos quærere. Quod plerumque mendici facere consueverunt. Ἅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθα. ἃ δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα. V. Hom. 35. Quæcunque cepimus, [ea] reliquimus. Quæ vero non cepimus, [ea nobiscum] portamus. Quid sibi velit hoc ænigma, docet ibidem Herodotus his verbis. Οὐ δυναμένων δὲ τῶν παρεόντων γνῶναι τὰ ῥηθέντα, διηγήσαντο οἱ παῖδες, ὅτι ἁλιεύοντες οὐδὲν ἐδύναντο ἑλεῖν. καθημένοι δὲ ἐν τῇ γῇ, ἐφθειρίζοντο, καὶ ὅσους μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν, κατέλιπον, ὅσους δὲ μὴ ἐδύναντο, ἐς οἴκους ἀπεφέροντο. i. e. Cum autem illi, qui [tunc] aderant, illud ænigma non possent intelligere, pueri [piscatores ipsis] dixerunt se, piscantes, nihil capere potuisse; sedentes vero humi, pediculos captasse, [vel venatos fuisse;] et quotquot quidem pediculos cepissent, [eos ibi] reliquisse; quotquot vero [capere] non potuissent, [eos secum] domum asportasse.

φθειροτραγέειν, εῖν. V. H. Pediculos edere. Pediculis vesci. iv. 109.

φίλα ποιεῖσθαί τινι. Ion. et poet. locutio, pro com. χαρίζεσθαί τινι. Res gratas alicui facere. Alicui gratificari. φίλα βουλόμενος ποιέεσθαι τῇσι πόλισι. Civitatibus gratificari volens. v. 37.

φιλέειν, εῖν. com. εἰωθέναι. Solere. Consuevisse. αὔρη πνέειν φιλέει ἀπὸ ψυχροῦ τινος. Aura ab aliquo frigido loco spirare solet. ii. 27. ἔχθεα ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι. Odia vehementia solent ingenerari. iii. 82. vi. 27. ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. Omnia mortalibus experientia fieri consueverunt. vii. 9, 10, 50. ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ φιλέει ἐπαναγειν τὸν θυμόν. Probra, quæ in hominem jaciuntur, iram commovere solent. vii. 160. φιλέουσι γίνεσθαι. viii. 68. Esse solent. οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ. viii. 128. Ut in bello accidere solet. φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. ix. 122. Ex locis enim mollibus molles homines nasci consuevisse [dicebat.]

φίλημι, et φίλημαι. Ion. et poet. pro com. φιλέω, ῶ. et φιλέομαι,

οὖμαι. Amo. Amor. ἥτις αὐτέων ἐφίλεετο μάλιστα ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Quænam ipsarum a viro maxime amaretur. v. 5.

φίλιος. φιλιώτερος. φιλιώτατος. Ion. et poet. Amicus, carus, dilectus. οὐδεμίην νομίζειν πόλιν Ἄργεος φιλιωτέρην. vii. 151. Nullam urbem Argis cariorem existimare.

φιλοδέσποτος, ὁ καὶ ἡ. com. Domini amans. ἀνδράποδα φιλοδέσποτα. Mancipia dominorum amantia. iv. 142.

φιλότης, ἡ. Ion. et poet. pro com. φιλία. Amicitia. κατὰ φιλότητα. Pro amicitiæ necessitudine. Prout fert amicitia, quæ nobis cum aliquibus intercedit. i. 172.

φιλοψυχίη, ης, ἡ. Ion. pro com. φιλοψυχία. Vitæ cupiditas. Vitæ desiderium. φιλοψυχίην τοιήνδε τινα ἀναιρέεται. v. s. Tale quoddam vitæ desiderium suscipit. ἀντὶ τοῦ, τοιήδε τις φιλοψυχίη αὐτὸν αἱρεῖ. Tale quoddam vitæ desiderium ipsum cepit. id est, Eo vitæ desiderio captus est, quod postea declaratur. vi. 29. Valla vertit, ob quandam vitæ cupiditatem captus est, quasi Herodotus dixisset, διά τινα φιλοψυχίην αἱρέεται. Sed locus intelligendus videtur, ut ante declaratum.

φιλύη, ης, ἡ. Ion. pro com. φιλύρα. Arbor, quæ tilia vocatur. Gall. *Til*, et *Tillet*. iv. 67.

φλαύρη τὸ εἶδος γυνή. Mulier deformis. vi. 61.

φλαύρως ἔχειν. Male se habere. Ion. et Attice. iii. 129. com. φαύλως ἔχειν. φλαύρως ἔχειν τὴν τέχνην. Artem aliquam male tenere. iii. 130.

φλεύειν. Vide περιπεφλευσμένων.

φλυηρέειν, εῖν. Ion. pro com. φλυαρέειν, εῖν. Garrire. Nugari. vii. 103, 104.

φλόος, οῦς, ὁ. Teges, tegetis, generis fœm. storea, stragulum ex ulva, vel scirpo, vel sparto, vel junco, ad Lodicis similitudinem factum, quo viliores utuntur. ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι. Valla sic locum vertit, ubi tegetem ex fluvio messuerint. iii. 98. Sed junci genus videtur esse, ex quo tegetes fiunt. unde ἐσθὴς φλοίνη. Vestis ex tegete, vel ulva, vel junco facta. ibid.

φόβος, ου, ὁ. com. Metus. ἐς φόβον κατιστέατο. viii. 12. Valla: Metu consternabantur. Sed hoc verba sonant, In metu constituebantur, i. e. metuebant, formidabant. φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε. viii. 38. Metus barbaros invasit.

φοιβόλαμπτος, ὁ καὶ ἡ. Ion. pro com. φοιβόληπτος. Phœbo afflatus. Phœbi numine correptus, ac afflatus. iv. 13.

φοιτᾷν ad tributa, et proventus relatum, quos quis alicunde percipit. ἐξήκοντα τάλαντα Δαρείῳ ἐφοίτα. 60 talenta ad Darium redibant [ex illa summa.] iii. 90. v. 17.

φοιτέω, ῶ. Ion. pro com. φοιτάω, ῶ. Ito. Frequento. φοιτέοντας ἐς ἄγρας. Qui eunt ad venationes. i. 37. ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα. Ex foro redeuntem. ibid. διαφοιτέοντες. Discurrentes. i. 60. φοιτεόντων. i. 73. φοιτέοντες. i. 78. ἐφοίτεον. i. 96. ix. 49. ἐπιφοιτέοντος. i. 97. ἐπιφοιτήσειν. i. 112. φοιτέοντι. ii. 2. φοιτέοντες. ii. 63, 172, 174. ἐπιφοιτέων. iii. 6. φοιτέουσι. iii. 69. φοιτέουσα. iii. 119. ἐφοίτεον. iv. 1. φοιτέοντες. iv. 172. καταφοιτέοντες. vii. 125, 126. &c.

φόνος Ἑλληνικὸς τίς κοτ' ἐγένετο πάντων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, μέγιστος. vii. 170. Cædes Græcanica quænam omnium, quas novimus, maxima fuerit.

φορβή, ῆς, ἡ. Ion. et poet. Pabulum. Victus. Commeatus. i. 202, 211. vii. 50. πλὴν ὅσα σφι ἐς φορβὴν ἱκανὰ ἦν. Exceptis iis, quæ ad victum ipsis sufficiebant. iv. 121. Οὐδὲν ἔτι φορβῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ. Nihil amplius commeatus in urbe erat. vii. 107. τὰ ἐς φορβὴν τασσόμενα. Quæ ad commeatum præ-

bendum imperata fuerant. vii. 119.

φορεῖν. Ion. poet. Att. pro com. φέρειν. Ferre. Gestare. Portare. ἐσθῆτα φορέουσι σκυτίνην. Coriaceam vestem ferunt. i. 71. προσφορεῖν. Afferre. προσφορήσας τὰ ὅπλα πρὸς τὸ ἑωϋτοῦ στρατόπεδον. Cum arma ad sua castra attulisset. i. 82. ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας. Sine manubriis clypeos gestabant. i. 171, 215. ii. 37, 73. ἐσεφόρεον ὕδωρ ἐς τὸν κρητῆρα. iii. 11, 12. ἐπεφόρησας. vii. 36. Intulerunt, injecerunt, congesserunt.

φόρος, ὁ. Tributum. φόρου ἀπαγωγή. Tributi pensio. i. 6, 27.

φορτίον, ου, τό. Onus. Merces, quas mercatores emunt, vehunt, ferunt, vendunt. i. 1, 194. ἐκ φορτίων μέγιστα ἐκέρδησαν. Ex mercibus maximum quæstum fecerunt. iv. 152, 196.

φόρτος, ου, ὁ. Onus. Merces. Idem ac φορτίον. i. 1.

φράδμων, ὁ καὶ ἡ. Ion. et poet. Prudens. τότε δεῖ φράδμονος ἀνδρός. Tunc opus est prudenti viro. iii. 57. παρὰ τὸ φράζεσθαι dictum vocabulum, quod significat, Animadvertere. Prævidere. ibid.

φράζειν. com. Dicere. Significare. Indicare. τῇ χειρὶ ἔφραζε. Manu significabat. iv. 113.

φράζεσθαι. Ion. et poet. pro com. καταμανθάνειν. Animadvertere. Observare. Gall. *Appercevoir. Observer.* ἐφράσθη. Hoc [ille vidit, animadvertit, ac] observavit. i. 84. Interdum accipitur et pro animadvertendo cavere, vitare. φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον, κήρυκά τ' ἐρυθρόν. [i. e. Oportet cavere ligneasque insidias, et præconem rubrum.] iii. 57. ἐφράζετο. Animadvertebat. iii. 154. φρασθέντα τοῦτο. Cum hoc animadvertisset. v. 92. § 3. φρασθεὶς Ξέρξεα δακρύσαντα. Cum animadvertisset Xerxem lacrymantem. vii. 46. φρασθέντες τοῦτο. ix. 19. Cum hoc animadvertissent.

φράτορες, ων, οἱ. Quinam dicantur, vide apud Eustathium, et Suidam. Contribules. V. Hom. 29, 31. Hinc φρήτρη, ης, ἡ. V. Hom. 31. Consule Suid. et Eust.

φρενήρης, ὁ καὶ ἡ. com. Mentis compos. Sana mente præditus. iii. 30. [qui συνωνύμως dicitur ὁ τὰς φρένας ὑγιαίνων. iii. 33. et νοήμων. iii. 34, 35. v. 42. ix. 55.

φρενοβλαβὴς, ὁ καὶ ἡ. com. Mente captus. Desipiens. Insanus. ii. 120.

φρῆγμα, τος, τό. Ion. pro com. φράγμα, τος. ut scribitur in vulgatis Lexicis, et apud Herod. viii. 52. Sed fortasse melius, si scribas φρᾶγμα προπεριστωμένως, ut πρᾶγμα, quod Ionice πρῆγμα dicitur. Septum. Vallum. τοῦ φρήγματος προδεδωκότος. ibid. Valla: Inscenso vallo. Æ. P. Cum vallum [ipsos] prodidisset, i. e. præter exspectationem ipsos diutius tutari non potuisset. Vide προδιδόναι.

φρήν, φρενὸς, ἡ. com. Mens. Animus. Ingenium. Prudentia. Αὐξανομένῳ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι, καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται. Crescente corpore, simul etiam crescit ingenium, senescente vero, consenescit, et ad res omnes hebetatur, hebes languidumque redditur. iii. 134. Vel, Crescente corpore, simul etiam crescit prudentia, consenescente vero, consenescit, et ad res omnes hebetatur, hebes, et languida redditur. φρενῶν ἐς τὰ ἐμεωϋτοῦ πρῶτα οὔκω ἀνήκω. Ad summum prudentiæ fastigium, quo mihi perveniendum est, nondum perveni. vii. 13. Οἱ δὲ ἐν φρενὶ λαζόντες τὸν λόγον. ix. 10. Valla: Quod in animum admittentes Ephori. Æ. P. Illi vero [Ephori] cum illa [Chilei] verba in animum recepissent. Vel, animo, mentique mandassent. Sed hoc loquendi genus a Gallis felicius,

et ἐμφατικώτερον, exprimi videtur his verbis, *Et iceux ayans pris à cœur ses propos.*

φριμάσσεσθαι. De equorum fremitu dicitur, vel (ut aliis placet) de vehementi calidoque flatu, qui ex eorum naribus emittitur. φριμάξασθαι, καὶ χρεμετίσαι. Infremuisse, ac hinnisse. iii. 87.

φρονεῖν τωὔτό. Ion. pro com. ὁμοφρονεῖν. Idem sentire. Consentire. Conspirare. τωὐτὸ φρονήσαντες οἵτε Μεγακλέους στρατιῶται, καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου. Cum Megaclis, et Lycurgi milites conspirassent. i. 60. Pro eodem dicitur φρονεῖσθαι κατὰ τωὐτό. Idem sentire. Consentire. Conspirare. v. 3. τὰ αὐτὰ φρονήσαντες. Consentientes. v. 72.

φρόνημα, τος, τό. com. Res, quam quis in animo habet. Propositum. χρήματα οὐκ εἶναι ἡμῖν κατὰ τὰ φρονήματα. Pecunias nobis non suppetere pro eo, quod animo agitamus. Vel, Ut in animo habemus. iii. 122, 125. vel, pro nostris spiritibus.

φρόνημα, τος, τό. com. Sensus. Sententia. Voluntas. ἐπεὶ ἐξεμάθεἶε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σαφέως. ix. 7. Postquam manifeste nostram sententiam cognovistis.

φρόνημα, τος, τό. com. Ingenium. Animus. ἐπισάμενοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων, καὶ ἄλλα λεγόντων. ix. 54. Cognoscentes Lacedæmoniorum ingenia, ut alia sentientium, alia dicentium.

φροντίζειν σφέων αὐτέων πέρι. Herodotea locutio, pro com. περὶ ἑαυτῶν φροντίζειν. viii. 36. De se ipsis solicitos esse.

φροντίζειν cum accus. τοῦτο ἐφρόντιζον. Hoc cogitabam. vii. 8. τά τις ἡμέρης φροντίζει. Quæ quis interdiu cogitat. vii. 16.

φροντὶς, ἰδος, ἡ. com. Cura. Solicitudo. ἦσαν ἐν φροντίδι ἀμφότεροι ἀλλήλων πέρι. Ambo soliciti erant alter de altero. Ambo mutua solicitudine tenebantur. i. 111. ἐν φροντίδι ἐγένετό μοι. Mihi curæ fuit. ii. 104. ἀπελήλατο τῆς φροντίδος περὶ τῆς βασιληίης. vii. 205. A cura de regno repellebatur. A regni obtinendi solicitudine removebatur. [Propter duos fratres natu majores, ad quos hæreditario jure regnum pertinebat, ipse de regno obtinendo solicitus non erat.]

φυγὴν τινι ἐπιβάλλειν. Fugam alicui injicere. Aliquem fugare. Aliquem exilio mulctare. φυγὴν ἐπιβαλὼν ἑωὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος. Lacedæmone profugus. Qui Lacedæmone ultro profugerat. vii. 3.

φύειν. com. Gignere. Producere. οὐ γὰρ τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι, καρπόντε θωὔμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ix. 122. Non enim ejusdem agri esse [dicebat] fructum ferre admirandum, et viros rebus bellicis egregios, [vel præstantes.]

φυλακὴ, ῆς, ἡ. Custodia. ἔχειν τινὰ ἐν φυλακῇ. Tenere, servare aliquem in custodia. i. 24. τοῦτον ἔχουσιν ἐν φυλακῇ. Hunc accurate servant. i. 57. δεινῶς ἔσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι. Babylonii accurate sibi cavebant. iii. 152. Gall. melius hæc ita redderentur, *Les Babyloniens étoient, ou se tenoient soigneusement sur-leurs gardes.* ὅσους εἶχον ἐν φυλακῇ. Quotquot in custodia tenebant. v. 77. τὸν Ἰσθμὸν ἔχειν ἐν φυλακῇ. vii. 207. Isthmum custodire. τὸν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν φυλακῇ. viii. 208. Nuntium in custodia servabant. viii. 40.

φυλακὴν ἔχειν. Ionic. et poet. pro com. φυλάττεσθαι. Observare. Cavere. Gallice, *Se donner garde. Prendre garde. Se garder.* φυλακὴν ἔχων εἰ δυναίμην σε διακλέψαι. Observans si te a clade subtrahere possem. i. 38. περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν. De me custodiendo solicitum esse. i. 39.

φύλακος, ὁ. Ion. et poet. pro com.

φύλαξ. i. 84, 89. ii. 113, 121. § 3, 4. iii. 4, 48, 77. iv. 103. vi. 75.

φυλάττειν. τηρεῖν. com. Observare. φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων. Observato statuto dictoque die. i. 48. Δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες. viii. 9. Observato serotino diei crepusculo. φυλάξασα τὸν ἄνδρα δεῖπνον προτιθέμενον. ix. 110. Observato viro cœnam proponente. ἀντὶ τοῦ, φυλάξασα τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ὁ ἀνὴρ δεῖπνον προετίθετο. Observato tempore opportuno, quo vir cœnam proponebat. Quod patet ἐκ τῆς ἑξῆς ἐπαναλήψεως. ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἀμηστρις. Amestris igitur hoc die observato. ibid.

φυλλὰς, άδος, ἡ. Foliorum acervus. Folia congesta. Frondes arborum. φυλλάδα ἐπιβαλών. viii. 24. Injectis arborum frondibus, sive foliis.

φύσας, pro φυσήσας. a φυσάω, ῶ, κατὰ συγκοπήν. v. 91. Vide δόξαν φύσας.

φύσει γεγονότες εὖ ἄνδρες. vii. 134. Viri egregio ingenio præditi.

φυσίζοος, ὁ καὶ ἡ. Telluris epithetum. Alma. ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα. Hic Agamemnonidem continet, vel detinet alma tellus. i. 67. Alias dicitur φυσίζωος. Magn. Etym. 802. 53. ἡ τὰ πρὸς τὸ ζῆν, [ἢ τὴν ζωὴν] φύουσα γῆ.

φύσις. Peculiari quodam modo nomen hoc apud Herodotum reperitur positum, ἕνα Ἡρακλέα ὄντα, καὶ ἔτι ἄνθρωπον, κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; Cum Hercules unus esset, et præterea homo, quomodo naturæ consentaneum est, [quomodo verisimile videtur,] eum tot myriadas hominum trucidasse? ii. 45. Latin. interpres Græca verba sic expressit, Quomodo tot virorum millia interemisset? Sed hæc parum fideliter ab eo videntur expressa.

φυσσᾶν. com. Inflare. φυσσῶσι τοῖσι στόμασι. [Ea] ore inflant. iv. 2. Gallice melius res exprimitur his verbis, *Les enflent en soufflant avec la bouche.* Vel, *Les remplissent de vent en soufflant avec la bouche.* τὰς φλέβας φυσσεωμένας. Venas inflatas. ibid. φυσσῶσι τοῖσι στόμασι. Ore [ea] inflant. ibid.

φυσσεῖν. Ion. pro com. φυσσᾶν. Inflare. ἄλλων φυσσεόντων ἀμέλγουσι. Aliis [equarum ubera, per partes genitales fistulis inflatoriis injectis,] inflantibus, [lac] emulgent. ibid.

φυσσητὴρ, ῆρος, ὁ. com. Instrumentum sufflatorium, vel inflatorium, quo utimur ad aliquid inflandum, ac vento replendum. ibid.

φωνή. com. Vox. φωνὴν ἱέναι, pro ἱέναι, ἀφιέναι. Vocem emittere. Videtur enim (si modo codex est sanus) ἱέναι Ἰωνικῶς et Αἰολικῶς dictum, verso aspero in tenuem spiritum. ii. 2. φωνὴν ῥῆξαι. Rumpe vocem. i. 85. ii. 2. φωνὴν ἰδίην ἱέντες. Propriam vocem emittentes. iv. 23. Propriam linguam habentes. τὴν φωνὴν τῶν γυναικῶν οἱ μὲν ἄνδρες οὐκ ἐδυνέατο (sic enim videtur scribendum, non autem ἐδυνάλατο, ut scriptum exstat in Stephani codice) μαθεῖν, τὴν δὲ τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες συνέλαβον. Viri quidem vocem linguamque mulierum intelligere ac discere non potuerunt, mulieres vero linguam virorum perceperunt, ac didicerunt. iv. 114, 117.

φῶρ, φωρὸς, ὁ. com. hinc Latinum fur. ii. 174.

φώσκειν. et compos. διαφώσκειν. Illucescere. iii. 86.

X.

X Ion. pro κ. Vide κ pro χ. Ion. χαλεπός. com. Asper. Severus. ἦν τὸ δίκαιον φυλάσσων χαλεπός. In observando jure, et exercenda justitia, severus erat. i. 100.

χάλκεοι ἄνδρες τίνες, καὶ διὰ τί. ii. 142. et deinceps.

χαλινὸς, οῦ, ὁ. Interdum accipitur non pro fræno, quod in equorum os inditur, ut in officio contineantur; sed pro ipsis equini fræni loris, ac habenis, quibus equi reguntur. ἀνείρας τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου, περὶ τοὺς αὐχένας σφέων ἔδησε. Quem locum Valla sic est interpretatus. Lora fræni equini ad cervices ipsorum alligavit. Sed quamvis ipse sensus sit bonus, ipsa tamen Græca verba non explicantur. Nam illud ἀνείρας omittitur, quod non prætereundum. Sic igitur hæc interpretari præstat. Cum equini fræni lora nexuisset, circa cervices ipsorum illaqueavit. iii. 118. ἐκ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου, τὸν ἂν αὐτὸς ἐλαύνῃ, ἐξάπτει. Ex equi, quem ipse agit, habenis suspendit. iv. 64.

χαλκήϊον, ου, τό. Ion. et poet. pro com. χαλκεῖον. Ahenum. Vas aheneum, sive æreum, ad calefaciendam aquam aptum. Gallice, *Chaudiere. Chaudron. Coquemar.* iv. 81. Vocabulum hoc in vulgatis Lexicis non exstat. Exstat quidem χαλκεῖον: at pro fabri ferrarii officina. ἐποιήσαντο χαλκήϊον, χρητῆρος Ἀργολικοῦ τρόπον. Ahenum ad Argolici crateris exemplum fecerunt. iv. 152.

χαλκήϊον. Ion. pro com. χαλκεῖον. Fabri ferrarii officina. i. 68.

χαλκόπυλος. ὁ καὶ ἡ. V. Herod. ac poet. pro com. χαλκᾶς πύλας ἔχων. Æreas, vel ferreas portas habens. i. 181. ἱρὸν χαλκόπυλον. Templum ferreas habens portas.

χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται. αἵματι δ' Ἀρης Πόντον φοινίξει. &c. Bacidis oraculum. viii. 77.

χαμόθεν. Adverbium Herodoteum, et poeticum, pro com. ἐκ τῆς γῆς. Ex humo. E terra. τῆς χαμόθεν σποδοῦ λαζόντες λείχουσι. Sumtum e terra cinerem lingunt. iv. 172.

χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ. com. Nota. Figura. Typus. Forma. Genus. Γλώσσης χαρακτήρ. Linguæ forma. Linguæ genus. Gall. *La sorte, la maniere de langue, vel langage.* i. 57. τοῦ προσώπου χαρακτήρ. Vultus figura. i. 116. τέσσαρες γλώσσης χαρακτῆρες. i. 142.

χαρμόσυνά τινα ποιεῖσθαι. Herodotea locutio. Lætitia aliqua se exhilarare. q.d. Aliquas res lætas facere. διά τι χαίρειν, alias diceretur. Ob aliquid lætari. iii. 27.

χαται. Ion. terminatio 3. person. plur. perf. pass. verborum 2. vel 4. conjug. gravitonorum, quæ fu. in ξω. perf. in χα. desinens habent. Sic autem formatur; a 3. perf. sing. desinente in κται, inseritur α et fit χαται, et κ in χ vertitur. ἀναμεμίχαται, pro ἀναμεμιγμένοι εἰσί. Permixti sunt. i. 146. ἔθνεα ἀναμεμίχαται. Gentes permixtæ sunt. pro ἀναμεμιγμένα εἰσί. ibid. ἀποδεδέχαται, pro ἀποδεδεγμένοι εἰσί. Recepti sunt. ii. 43. et ἀποδεδέχαται, pro ἀποδεδειγμένοι εἰσί. Designati sunt. ii. 65, 77. Interdum τὸ κ retinetur, nec in χ mutatur, ut ἀπίκαται, pro ἀφίκαται. vii. 209. Vide suo loco.

χατο. Ion. terminatio 3. pers. plur. plusquamp. pass. verborum 2. vel 4. conjugat. gravitonorum, quæ fut. in ξω. perf. in χα desinens habent. διετετάχατο, pro διατεταγμένοι ἦσαν. Instructi fuerant. Vel in acie dispositi, collocatique fuerant. i. 80. Sic autem formatur; a 3. singul. desinente in κτο, inseritur α, et fit κατο, et κ in χ vertitur. ἐτετάχατο. i. 191. προσετετάχατο. προσεταγμέναι ἦσαν. i. 192. προσετετάχατο ἄνδρες. ii. 175. ἐτετάχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. vi. 113. vii. 21. ἐσεσάχατο, pro σεσαγμένοι ἦσαν. Instructi, vel ornati erant. vii. 62. προσετετάχατο. vii. 65, 70. ἐσεσάχατο. vii. 70. κατειλίχατο, pro κατειλιγμένοι, hocque pro καθειλιγμένοι ἦσαν. Erant involuti. vii. 76. ἐπι-

τετάχατο. ἐπιτεταγμένοι ἦσαν. vii. 85. ἐσσεσάχατο. vii. 86. ἐτετάχατο. vii. 87. εἰλίχατο, pro εἰλιγμένοι ἦσαν. vii. 90. ἐτετάχατο. viii. 85. παρατετάχατο. viii. 95. ἐτετάχατο. ix. 33, 57.

χέειν, εἶν. χέαι. καταχέαι. καταχέασθαι. Liquefacere. Gallice, *Fondre.* ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος χρυσὸν ἄπλετον, ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε. Cum autem ex eo sacrificio rediisset, auri immensa vi liquefacta, ex ea semilateres conflavit. Interpres Lat. non videtur hæc verba satis intellexisse. Vertit enim, Quo ex sacrificio cum immensa vis auri defluxisset, ex ea dimidiatos lateres conflavit. i. 50. Sed verba Græca non sunt ita sumenda. Nam illud ἐγένετο jam pro ἐπανῆλθεν est accipiendum, et ad Crœsum cum sequenti participio καταχεάμενος est referendum. Ἀττικῶς autem mediæ vocis verbum pro activo sæpissime poni constat.

χειμαίνειν, et χειμαίνεσθαι. Tempestate vexare. Tempestate vexari. viii. 118. Μᾶλλόν τι χειμαίνεσθαι γεμούσης τῆς νηός. Longe gravius agitari tempestate, quod navis onusta sit [vectoribus, vel oneribus aliis.] ibid.

χειμερίζειν. V. H. quod in vulgatis Lexicis Græcol. legitur sine ullius auctoritate. Hyemare. Hyemem traducere. Μαρδονίου χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην. viii. 126. Mardonio per Thessaliam hyemante. Vel, circa Thess. hybernante. Thuc. Διαχειμάσαι dicit. ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. viii. 130. Cumæ hybernavit. Vel hyemavit, hyemem traduxit. ἐχειμέρισαν αὐτοῦ. ibid. Illic hyemarunt.

χειμών, ῶνος, ὁ. com. Tempestas. Vehemens turbo. Violentus imber. λέγεται χειμῶνα καταῤῥαγῆναι. Vehemens imber cœlitus delatus fertur. i. 87.

χειραπτάξειν. V. H. Manibus attingere, tractare. ii. 90.

χεῖρες. ἐν χειρῶν νόμῳ. Jure belli. viii. 89. Dicitur et συνωνύμως ἐν πολέμου νόμῳ. Qua de re pluribus in vulg. Lex. in voce χεῖρες. ἐς χειρῶν νόμον ἀπικέσθαι. ix. 48. Ad manus belli jure conserendas venire.

χειριδωτοὶ κιθῶνες ποικίλοι, λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέες [ἔχοντες. Hoc enim subauditur.] vii. 61. Valla: Tunicæ variis squamis e ferro consertæ, in similitudinem piscium. Æ. P. Tunicæ manicatæ, variæ, speciem [habentes] squamarum ferrearum, piscium squamis similium. Sic autem vocantur militares, eæque breviores, et variis pictæ coloribus vestes, quæ manicas habent, et ex minutioribus ferreis laminis artificiose contextis constant, quæ laminæ piscium squamis speciem similem habent. Quod armaturæ genus nunc etiam apud multos est in usu. χειριδωτὸς χιτὼν (inquit Suidas) ὁ χειρίδας ἔχων.

χειρονομέειν, εἶν. Manus movere. Manibus gesticulari. τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. Cruribus ut manibus gesticulatus est. vi. 129. τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα. ibid. Consule Eustath. ἐν τῷ χειρονομεῖν, καὶ χειρονομία.

χειροήθης, ὁ καὶ ἡ. Mansuetus. Cicur. iii. 28.

χειρόμακτρον, ου, τό. Mantile. Gall. *Serviette à essuyer et nettoyer les mains.* παρὰ τὸ τὰς χεῖρας μάσσειν, εἴτε ἀπομάσσειν. Manus abstergere. ii. 122. iv. 64. A nonnullis Gallis vocatur *Pane-main. Paner*, i. e. abstergere.

χειροποίητος, ὁ καὶ ἡ. com. Manufactus. i. 195. ii. 149.

χειροτέχνης, ου, ὁ. idem ac χειρώναξ. ii. 167.

χειρῶν. com. In suam potestatem redigere. Subigere. Capere. Proprie tamen manibus capere significat. Νῆσον εὐπετέα χειρωθῆναι. Insulam captu facilem. Insulam, quæ facile capi potest. iii. 120.

ἐόντας εὐπετέας χειρωθῆναι. Captu faciles. iii. 145. ἐχειρώθησαν. iv. 96. τοὺς ἂν χειρώσωσι. Quos ceperint. iv. 103. τινὰς χειρωσάμενοι. Quibusdam captis. iv. 164. ἡ Πέρινθος ἐχειρώθη. Perinthus capta est. v. 2. ἐχειρώθησαν. v. 16, 17. et passim.

χειρώνακτες, οἱ. com. Opifices, qui propriis manibus victum sibi quæritant. i. 93. ii. 141. χειρώναξ autem ἐκ τοῦ χειροάναξ contractum. q. d. ὁ τῆς χειρὸς ἄναξ, ὁ τῶν χειρῶν ἄναξ. sed rejectum est σ, et contractio facta τοῦ ο καὶ τοῦ α εἰς ω μέγα. Qui rex et dominus est suarum manuum, ut ipsis imperet opera, quæ sunt facienda. Vocabulum est honestius, quam αὐτουργὸς, et τεχνίτης. Illis autem tribuitur, qui propter fortunarum tenuitatem, victus quærendi causa, propriis manibus opus facere coguntur.

χειρωναξίη, ης, ἡ. Opificium, quod manibus fit victus quærendi gratia. ii. 167.

χελώνη. Testudo. com. οἷα χελώνης Ἐψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν. i. 47. χελώνην, καὶ ἄρνα κατακόψας, ὁμοῦ ἕψεε ἐν λέβητι χαλκέῳ. i. 48.

χερσονησοειδὴς, ὁ καὶ ἡ. N. H. Qui Chersonesi, i. e. peninsulæ, speciem habet. vii. 22.

χεῦμα, τος, τό. Ion. et com. Proprie Vas ex metallo liquefacto factum, et conflatum, quod fusile vas appellatur. χεύματα ἀργύρεα κυκλοτερέα. Vasa fusilia argentea orbiculata. i. 51.

χηλευτὸς, ἡ, όν. Valla vertit, forcipiculatus. κράνεα χηλευτά. vii. 89. Cassides forcipiculatæ. Jul. Pollux. lib. vii. cap. 21. Ὀπήτεια (inquit) καὶ ὀπητείδια, ἃ καὶ χηλεύματα ἐκάλουν οἱ ποιηταί. μάλιστα δὲ οὕτως ὠνόμαζον τῶν τὰς σχοίνους πλεκόντων, ὡς καὶ κράνη χηλευτὰ, τὰ πλεκτὰ Ἡρόδοτον λέγειν. Vide et ὀπήτειον in vulgatis Lexicis. Sic igitur vocantur galeæ, quæ consutæ compactæque sunt, et quæ speciem quandam habent, quam forcipes. Quod vel ad earum cristas, vel ad prominentes hinc inde partes tam anteriores, quam posteriores, est referendum.

χῆτος, εος, ους, τό. Ion. et poet. pro com. ἔνδεια. σπάνις. σἔρησις. Sic enim Suidas hanc vocem interpretatur. Vide et Eust. Indigentia. Inopia. Penuria. Privatio. χήτεϊ συμμάχων. ix. 11. Sociorum inopia. Vel, Ob sociorum penuriam.

χθόνιος, ὁ. com. pro καταχθόνιος. Subterraneus, inferus, infernus. θεοὶ χθόνιοι. Dii inferi. vii. 153.

χιλίη, et μυρίη in singulari. Vide ἵππος. et ἀσπὶς ὀκτακισχιλίη. pro plur. χίλιοι. μύριοι. ὀκτακισχίλιοι.

χιονίζειν. Nive conspergere. Et nive conspergi. εἰ ἐχιόνιζε, ὑπ' ἂν ταῦτα τὰ χωρία. Nisi enim hoc verbum ἐχιόνιζε ad nomen Νεῖλος referas, activum pro passivo Ionice et Attice positum dices pro ἐχιονίζετο. ii. 22. Si hæc loca nivibus conspergerentur, pluviis etiam irrigarentur. εἰ ταύτην τὴν χώρην ὁ Νεῖλος ἐχιόνιζε. Si Nilus hanc regionem nivibus conspergeret. ibid.

χολοῦσθαι. Ion. et poet. pro com. θυμοῦσθαι, et ὀργίζεσθαι. Irasci. Infensum esse. οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι. viii. 31. Thessali Phocensibus irati, vel infensi.

χόνδρος. ου, ὁ. Grumus. ἁλὸς χόνδροι. Salis grumi. iv. 181, 185. ἁλίνων χόνδρων.

χορδεύειν. Vide καταχορδεύειν.

χοῦσι. Ion. et poet. pro com. χέουσι. Fundunt. Spargunt. Injiciunt. Congerunt. χοῦσι χῶμα. Aggerem aggerunt. Humum injiciunt. iv. 71.

χρᾷν. Oraculum reddere. Respondere. Vaticinari. ἡ Πυθίη οὐκ ἔφη χρήσειν. Pythia vates dixit se non responsuram ipsis, se nullum redditurum oraculum. i. 19. τὰ μὲν δὴ

ἐκ Δελφῶν οὕτω τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη. Hæc igitur sunt responsa, quæ Delphis Crœso sunt reddita; vel, quæ Delphis Crœso sunt allata. i. 49. τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε Ἀμφιάρεως. Amphiaraus Lydis respondit. ibid. ἡ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε. Pythia vates hoc responsum ei dat. i. 55, 62, 63, 66. ἡ Πυθίη σφιν ἔχρησε. i. 69. χρήσαντος τοῦ θεοῦ. Cum Deus hoc oraculum reddiderit. Cum Deus hoc responsum dederit. ibid.

χρᾶν. Oraculum reddere. Respondere. Vaticinari. ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε. Pythia vates oraculum ipsis reddidit. Respondit. i. 167. ἡ Πυθίη σφι χρᾷ ἐν τριμέτρῳ τόνῳ τάδε. Pythia vates hæc ipsis versu senario respondit. i. 174. ταῦτα τῆς Πυθίης χρησάσης. Cum Pythia hæc respondisset. ibid. οὕτω σφι ταῦτα ἐχρήσθη. Sic ipsis hæc ab oraculo sunt responsa. ii. 18. ἐκέχρησο, idem ac ἐχρήσθη. ii. 147, 151. ἐκέχρησο. iii. 64. vii. 220. χρᾷ. iv. 67, 150, 155. vii. 220. χρᾷς. iv. 155. ἔχρησε. iv. 156, 157. χρήσασα. iv. 159. ἔχρησε. iv. 159. v. 1. vii. 140, 141, &c.

χρᾶν. Commodare. Mutuo dare. Gall. *Prêter*. ἐδέοντο δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι. Rogarunt ut decem talenta sibi mutuo darent. iii. 58. χρήσειν. ibid. χρήσαις ἄν τι; commodaresne aliquid? i. e. gratificareris? vii. 38.

χρᾶσθαι. Ion. et com. pro magis usitato χρῆσθαι. Uti. i. 172. ii. 15, 52, 91, 92, 146, 173. iii. 117. iv. 26. v. 36. vi. 77.

χρᾶται. Ion. pro com. χρῆται. Utitur. iv. 65.

χρέεσθαι. Ion. pro com. χρῆσθαι. χρέεσθαι μαντηίῳ. Uti oraculo. Oraculum consulere. i. 157. ἀσπίσι χρέεσθαι. Clypeis uti. i. 171, 187.

χρέεσθαι. Peculiariter apud Herod. accipi videtur pro διαπράττεσθαι. Transigere. δι' ἀγγέλων πάντα χρέεσθαι. Per internuntios omnia transigere. i. 99. [vide in Lex. ἀποχράομαι, ὦμαι. et παραχράομαι, ὦμαι. ubi constructionis cum accus. suppeditantur exempla.]

χρέεται. Ion. pro com. χρῆται. κατὰ διάλυσιν τῆς ῆ in εε. Utitur. i. 58. χρέεσθαι, pro χρῆσθαι, Transigere. i. 99. cum accus. vide Lexica Græca in ἀποχράομαι, ὦμαι, et παραχράομαι, ὦμαι.

χρέονται. Ion. pro com. χράονται, χρῶνται. Utuntur. i. 34.

χρέουσα. Ion. pro com. χράουσα, quod Attice χρῶσα. a χράω, quod Ionice sæpe χρέω dicitur. Vide ἐω Ion. form. pro com. άω. Πρόμαντις ἡ χρέουσα. Antistes oracula reddens. vii. 111.

χρέω. Ion. et poet. imperat. pro χρῶ. com. θυμῷ χρέω. Utere ira. Irascere. i. 155.

χρεώμενος, η, ον. Ion. pro com. χραόμενος. χρώμενος. Utens. i. 14. ἀποχρεωμένων. i. 37. χρεώμενος. i. 62, 97, 116. διαχρεωμένους. i. 171, 179. χρεώμενοι. ii. 15. et passim.

χρέων. com. Oportet. Cum oporteat. Cum oporteret. χρεών μιν μὴ λέγειν τὸ ἐόν. Cum oporteret ipsum non dicere id, quod erat, i. e. rei veritatem. v. 50. ix. 58. Est autem ἐλλειπτικὸν loquendi genus. Plerumque enim subauditur ἐστίν. Alias eodem modo sumitur, quo et τὸ Δέον. De utroque consule vulgata Lexica.

χρεών ἐστι. Opus est. Oportet. Necesse est. Fatale est. χρεών ἐστί σε ἰέναι. Oportet te ire. i. 41, 57. ποιέειν χρεών ἐστι ὑμέας. Hoc vos facere oportet. v. 109, 111. vi. 43.

χρέωνται. Ion. pro com. χρῶνται, præfixo ε τῷ ω post contractionem factam. vel a χράονται non contracto deductum, verso α in ε, et ο in ω. διαχρέωνται. i. 71. χρέωνται. i. 94, 132, 133, 153, 172, 173, 193, 195, 197, 215, 216, &c.

χρήζειν. Ion. et poet. pro com. βούλεσθαι. θέλειν. ἐπιθυμεῖν. δεῖσθαι. Velle. Cupere. Indigere. Rogare. φύλακα παιδὸς σε τοὐμοῦ

χρήζω γενέσθαι. Volo, Cupio te esse filii mei custodem. Vel, Rogo te ut mei filii sis custos. i. 41. Interpres Latinus male, Opus est te esse filii mei custodem. τιμωρέειν ἐωυτοῖσι χρήζων. Rogans ut sibi ferrent opem. i. 152. ἔχρηζε. Cupiebat. Volebat. Orabat. iv. 83. οὐδεμιῆς τυραννίδος προσέχρηζε. Nullum præterea regnum petebat, vel cupiebat. v. 11. πρόσχρήζετε τουτέων. Hæc præterea cupitis. v. 18. σεῦ χρήζω. Te rogo. v. 19. δοκέω τὸν ἄνδρα ποιήσειν τῶν ἂν χρήζωμεν. Hominem existimo facturum quæ petemus. v. 30. προσχρήζω δὲ ὑμέων πείθεσθαι Μαρδονίῳ. viii. 140. Vos vero præterea rogo, ut Mardonio pareatis. χρήζοντες χρημάτων. ix. 87. Pecuniam cupientes.

χρήζειν. Ion. et poet. pro com. δέεσθαι, εἴσθαι. Rogare. Orare. ix. 61. χρήζει τοῦ Ξέρξεω, δοθῆναι οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖκα. ix. 110. Xerxem orat ut Masistæ conjux sibi detur. Οὔ σφι δυνατόν ἐστι βασιληίου δείπνου προκειμένου, ἀτυχῆσαι τὸν χρήζοντα. ix. 111. Nefas est ipsis [Persarum regibus] proposita, orantem pati repulsam. id est, Quoties apud Persas regia cœna proponitur regiæ nobilitati, principibusque, nefas est regi denegare cuiquam, quod ab eo petierit. Vel, Nefas esse censetur, eum, qui aliquid a rege petierit, repulsam ab eo passum dimitti.

χρήζειν τι παρά τινος. Herodotea locutio. Aliquid ab aliquo petere. ἔχρηζε παρὰ τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλουν. V. Hom. 17. A nautis petebat ut se navigationis socium assumerent. pro quo συνωνύμως eadem V. Hom. 18. dicitur, ἔχρηζε τῶν ναυτέων. Nautas rogabat. A nautis petebat, ut, &c. ibid.

χρήζειν. Ion. sublato ι, pro χρήζειν, quod ἐκ τοῦ χρηίζειν, κατὰ συναίρεσιν. De quo suo loco. Rogare. Orare. ἔχρηζε τῶν Ἀθηναίων προχωρῆσαι πρὸς ἑωϋτούς. ix. 55. Athenienses orabat, ut ad se accederent, [seque sibi adjungerent.] Vide χρῆσαι.

χρηίζειν. Ion. et poet. unde κατὰ κρᾶσιν τὸ χρήζειν deductum. Orare. Rogare. χρηίζων ἐκ τῆς νηὸς ἐκβῆναι τὸν Εὐρυβιάδεα. viii. 58. Eurybiadem rogans ut ex nave exiret. χρηιζόντων Χίων. viii. 132. Rogantibus Chiis, vel Chiorum rogatu.

χρηίσκεσθαι. Ion. et poet. pro com. χρῆσθαι. Uti. χρηίσκονται τῷ ὕδατι. iii. 117. Utuntur aqua.

χρῆμα. Oraculum. παρὰ τὸ χρᾶν. Oraculum reddere. Οὐ τολμῶντες ἐς ἀφανὲς χρῆμα ἀποστέλλειν ἀποικίην. iv. 150. Valla: Ex incerto oraculo coloniam mittere non audentes. Quæ interpretatio si bona, hæc idem valent ac κατὰ τὸ ἀφανὲς χρηστήριον. Sed quia ante dicit H. οὔτε Λιβύην εἰδότες. ὅκου γῆς εἴη, fortasse χρῆμα γενικῶς ἀντὶ τοῦ χωρίον, εἴτε τόπον, non inepte sumetur, vel pro πρᾶγμα. Quare vertes, ad incertam rem, ad locum, vel in locum incertum, ac ignotum, coloniam mittere non audentes.

χρῆμα. Nomen hoc sæpe non rem, sed rei, de qua verba fiunt, magnitudinem quandam inusitatam, ac admirandam, significat. μέγα συὸς χρῆμα. Aper eximiæ magnitudinis. i. 36. ὀὸς χρῆμα μέγιστον. ibid. πολλόν τι χρῆμα τῶν ὀφίων. Ingentem quandam serpentum multitudinem. iii. 109. χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ. Magna quædam vis auri. iii. 130.

χρῆμα πολλῶν ἀρδίων. Multorum aculeorum, sagittarum copiam [allatam tradunt.] iv. 81. Sed fortasse πολλὸν legendum, ut χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ. Ingentem aculeorum sagittis detractorum copiam. Hoc longe commodius videtur, ac ἰωνικώτερον. χρῆμα πολλῶν νεῶν. Ingens navium copia. vi. 43. Quo in loco si quis dicat legendum potius πολλὸν, ei ne-

quaquam acriter adversari velim. Quia tamen et ante idem loquendi genus ab Herod. videtur usurpatum, nihil temere mutandum. ἦν τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἀφάρητον. vii. 188. Vis tempestatis erat intoleranda.

χρῆμα, τος, τό. Ion. in singulari, pro com. in plur. τὰ χρήματα. Pecuniæ. τοὺς παρεόντας εἴρετο ἐπὶ πόσῳ ἂν χρήμασι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι. Eos, qui aderant, interrogavit quanta pecunia parentibus defunctis vesci vellent. Gall. melius, *Pour combien d'argent ils voudroient bien manger leurs peres morts.* iii. 38. ἐπὶ τίνι χρήματι. Quanta pecunia. ibid. Act. Apost. cap. iv. v. 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, &c.

χρῆμα, τος, τό. Ion. et poet. pro com. πρᾶγμα. Res, σκοπέειν χρὴ παντὸς χρήματος τελευτήν. Omnis rei finem spectare oportet. i. 32. τὴν τελευτὴν παντὸς χρήματος ὁρᾶν ἐκέλευε. i. 33. χρήματος οὐδενὸς ἀμηχανήσεις. Nullius rei inopia laborabis. i. 35. χρῆμα κατηρτημένον. Res bene ordinata. iii. 80. ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον [ἔπεμψε.] Nescio quam rem petiturum misit. iii. 121. οἷόν τι χρῆμα ἐποίησας; Quamnam rem fecisti? Quidnam fecisti? v. 23. οὐδέν κω ἄλλο χρῆμα οὕτω ἐπεζήτησα. Nondum ullam aliam rem adeo desideravi. v. 24. χρῆμα σπουδαῖον. Res bona. v. 78. πᾶν χρῆμα ἐκίνεε. Rem omnem movebat. Latini dicunt, Omnem lapidem movere, pro nihil intentatum relinquere, sed quævis experiri. v. 96. πᾶν πείσεσθαι χρῆμα. Rem omnem, quidlibet passurum esse. vii. 49, 50. πρῶτον χρημάτων πάντων καταλλάσσεσθαι τὰς ἔχθρας. vii. 145. Ante res omnes, ante omnia, inimicitias componere, sedare, et in gratiam mutuam redire. Sic et Gallice, *Devant toutes choses appaiser les inimitiés, et se réconcilier les uns aux autres.* Valla nec istum nec sequentem locum fideliter est interpretatus; sed et a verbis Græcis, et ab ipso sensu, nimium recessit. Hoc autem manifestum exemplum τῶν χρημάτων, ἀντὶ τῶν πραγμάτων, nos monet, apud Xenophontem, ex Wechelianis typis, pag. 124. E. vocabulum χρημάτων eodem modo sumtum, quo sumtum hic videmus, sanum esse, nec pro eo, πραγμάτων legendum, ut Leunclavius in suis notis tradit. Nihil igitur temere mutandum. Δεινὸν χρῆμα ἐποιέοντο. viii. 16. Rem atrocem, vel gravem, indignam, intolerabilem judicabant. τῷ δὲ βασιλεῖ σημαίνει τίς τῶν παρέδρων οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς. viii. 138. Regi autem quidam de assessoribus nuntiavit qualem rem ille puer fecisset. i. e. quid ille fecisset.

χρήμασιν ἀνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα. vii. 134. Viri opibus inter primos.

χρήμη, ης, ἡ. Nomen Herod. quod Suidas interpretatur χρεία, καὶ σπάνις. Affert Herodoti locum, qui sic apud ipsum legendus, τοὺς ἐναντιωθέντας λόγους τῇ χρήμῃ αὐτοῦ. V. Hom. 14. i. e. Verba, quæ ipsius indigentiæ adversata fuerant. τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται ἐναντιωθῆναι τῇ χρήμῃ αὐτοῦ. V. Hom. 13. Unus e Senatoribus fertur ejus egestati, sive penuriæ, adversatus fuisse. Si Suidam sequaris, χρήμη significabit indigentiam, egestatem, penuriam, raritatem. Sed in his saltem duobus locis fortasse τὴν χρήμην pro petitione et postulatis accipi præstaret. Quare τῇ χρήμῃ τινὸς ἐναντιοῦσθαι, vertemus, Alicujus petitioni, sive postulatis adversari, repugnare, resistere. λόγους autem Herodotus jam μετωνυμικῶς posuit pro ipso orationis auctore, qui suis verbis

Homeri postulatis adversatus fuerat. Vide χρήζειν, et χρῆσαι.

χρηματίζειν τινὶ πρὸς γένος. Alicui genere junctum esse. οὐδὲν αὐτῷ Κῦρος πρὸς γένος ἐχρημάτιζεν. Ctesias Pers. 2. Nullo modo Cyrus ipsi genere junctus erat. Vel, Nullo generis vinculo Cyrus cum eo conjunctus erat.

χρηματίζεσθαί τινι. com. Agere cum aliquo. Cum aliquo colloqui. Convenire aliquem, ut cum eo agamus de rebus aliquibus. ἤθελε χρηματίσασθαι τῷ βασιλεῖ. Cum rege colloqui, cum rege de quibusdam rebus agere volebat. iii. 118.

χρηματίσασθαί τινι. Interdum accipi videtur pro responsum ab aliquo accipere. οἱ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων ἄγγελοι τοσαῦτα τῷ Γέλωνι χρηματισάμενοι ἀπέπλεον. vii. 163. Valla: Hoc responso Gelonis accepto nuntii Græcorum profecti sunt. Æ. P. Græcorum igitur legati accepto hoc Gelonis responso discesserunt. Quoniam autem iter navigio fecerant, ideo dixit Herod. ἀπέπλεον. χρηματισάμενοι vero Ἀττικῶς sumetur pro passivo χρηματισθέντες, ab activo χρηματίζειν, quod præter cetera significat etiam respondere, responsum dare. Alias τοῦ χρηματίζειν, καὶ τοῦ χρηματίζεσθαι, significationes in vulg. Lex. consulas. Hoc moneo, quia locus hic aliter etiam potest a nobis Latine verti: Cum igitur Græcorum legati cum Gelone sic fuissent collocuti, Vel, cum Gelone sic egissent, abierunt.

χρῆν. Ion. poet. et com. pro quo sæpius in soluta oratione dicitur ἐχρῆν. Oportebat. i. 8, 69. v. 89. Consule Eustathium.

χρῆσαι. Ion. et poet. Rogare. Orare. πρὶν Ἀρισταγόρεα τὸν Μιλήσιον χρῆσαι σφέων βοηθέειν. Priusquam Aristagoras Milesius eos orasset, ut opem [sibi] ferrent. v. 65. Hoc autem χρῆσαι non videtur jam a χράω, ῶ. χρήσω, deductum, cujus significationes ad rem præsentem non faciunt: sed a verbo χρήζω. Rogo. Oro. τὸ δὲ ι subscriptum, vel per typographi negligentiam est prætermissum, vel Ἰωνικῶς hoc ipsum factum dices, cum alioqui communiter χρῆσαι scribendum constet. Ipsa constructionis ratio nos docet verum esse, quod dicimus. χρήζειν enim cum genitivo personæ et accusativo rei ponitur. χρᾶν vero cum dativo personæ et accus. rei. Utrumque suo loco vide. Sic tamen et vii. 38. sine ι scriptum hoc verbum legitur. πᾶν μᾶλλον δοκέων μιν χρήσειν, ἢ τὸ ἐδεήθη. Existimans ipsum quidvis aliud potius petiturum, quam quod petierat. Quamobrem nihil temere mutandum.

χρῆσθαι, ἀρπαγῇ χρῆσθαι. ἁρπάζειν. i. 5. ἀληθεῖ λόγῳ χρῆσθαι. ἀληθεύειν. Verum dicere. i. 14. χρῆσθαι κώμῳ. Comessationibus uti: quod alias unico vocabulo dicitur, κωμάζειν. Comessari. i. 21. τῷ ἐόντι χρησάμενος. ἀντὶ τοῦ ἀληθεύσας. Usus eo, quod est, i.e. vera locutus. Id, quod res erat, elocutus. i. 30. χρῆσθαι συμφορῇ. Uti adversa fortuna. Fortunam adversam experiri. In aliquod infortunium incidere. Cladem aliquam accipere. i. 42. iii. 117. θείῃ πομπῇ χρεώμενος. Divino impulsu utens. i. e. Afflatu divino. i. 62. quod συνωνύμως dicit. ἐνθεάζων. i. 63. συντυχίῃ χρησάμενος. Felici fortunæ successu usus. i. 68. τῇ ἀληθηίῃ χρεώμενος. pro ἀληθεύων. Verum dicens. i. 116. τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο, pro οὕτως ἔθανεν. Ita obiit. i. 117. χρῆσθαι θυμῷ. Ira uti. Irasci. Iram exercere. Iram exserere. i. 137. χρῆσθαι ὁμολογίῃ. ὁμολογεῖν. Compositionem vel deditionem facere. i. 150. iv. 118. ὠνῇ τε, καὶ πρήσει χρέωνται. Emtione, et venditione utuntur. i. e. negotiantur. mercaturam ex-

ercent. i. 153. θυμῷ χρῆσθαι. Irasci. i. 155. χρῆσθαι βοῇ, pro βοᾷν. Vociferari. iv. 134. θείῃ πομπῇ χρεώμενοι. v. s. Utentes divina deductione. i. e. numine divino eos deducente. iv. 152. Numinis divini ductu. κότερα ἀληθείῃ χρήσομαι, ἢ ἡδονῇ; v. s. Utrum veritate utar, an voluptate? i. e. Utrum vere, an ad voluptatem, vel ad gratiam, vel ad voluptatem tuam loquar? vii. 101. ὁ δέ μιν ἀληθηίῃ χρῆσθαι ἐκέλευε. Ille vero eum veritate uti, vere loqui jussit. ibid. ἀληθηίῃ διαχρήσασθαι. Veritate constanter uti. Vera constanter dicere. vii. 102. ἀληθείῃ χρεώμενος. vii. 104. συμφορῇ χρεωμένων τῶν Λακεδαιμονίων. vii. 134. Cum Lacedæmonii adversa fortuna uterentur. Vel, Cum rem iniquo animo ferrent, quod ex præcedenti ἀχθομένων colligi potest. Vel, etiam, Cum gravi mœrore afficerentur. Sic et [illegible]. 141. locus accipiendus, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο. Maximo mœrore sunt affecti. εἰκόνι τινὸς χρῆσθαι. vii. 167. Uti alicujus imagine. Alicujus imaginem colere. ἐμοὶ χρᾶσθαι ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ. vii. 209. De me ut de homine mendaci statuas. ἀπορέοντος βασιλῆος ὅ, τι χρήσαιτο τῷ παρεόντι πρήγματι. vii. 213. Cum rex nesciret quonam modo in præsenti negotio se gerere deberet. κοινῷ λόγῳ χρησαμένοι. vii. 229. Consilio inter se communicato. εὐτυχίῃ χρησαμένη. viii. 87. Re feliciter gesta. Vel, Cum res ipsi feliciter successisset. οὐδὲ ἔχειν ὅ, τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι. viii. 135. Neque sciebat quomodo in præsenti negotio se gererent, vel gerere deberent. οὐ μέλειν οἱ [ἔλεγεν] ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χερί. ix. 72. [Dicebat] se non curare quod pro Græcia moreretur; sed quod manu non fuisset usus, [nec ullum præclarum facinus manu propria fecisset ante mortem.]

χρῆσθαι. Oraculum consulere. Ion. et com. Κροῖσος ἀπέστειλεν ἄλλους χρησομένους. Alios oraculum consulturos misit. i. 46. χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι. i. 47. χρησόμενοι τῷ θεῷ. Deum consulturi. ibid. ἐχρέωντο τοῖσι χρηστηρίοισι. i. 53. Oraculum consuluerunt. τὸ χρησθέν. Oraculum redditum. Responsum ab oraculo redditum. Vaticinium. i. 63. χρησόμενος. Oraculum consulturus. i. 85. χρεωμένῳ τῷ Γρίνῳ περὶ ἄλλων. Grino de rebus aliis oraculum consulenti. iv. 150. χρεωμένοισι. iv. 151. χρησόμενος. iv. 155. ἐχρέωντο. iv. 157. χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ περὶ κατόδου. Oraculum de reditu consulturus. iv. 163. περὶ ταύτης τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο ἐν Δελφοῖσι. Epidaurii de hac calamitate Delphicum oraculum consuluerunt. v. 82, 114. vi. 19. χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ. Oraculum consulere. vii. 141. χρεωμένοισι περὶ τοῦ πολέμου. vii. 220. Oraculum de bello consulentibus.

χρῆσθαι. Interdum cum genit. in compositione ponitur. Vide παραχρήσασθαι. ii. 141.

χρησθῆναι. Infinitus aor. 1. pass. a χράω, ῶ. Oraculum, responsum reddo. Oraculo editum esse. οὐκ ἂν οὕτω μοι δοκέειν χρησθῆναι. vii. 143. Ut mihi videtur, non adeo leniter oraculum redditum fuisset. Adeo lene oraculum non fuisset redditum. ἐχρήσθησαν αἱ νέες. vii. 144. Naves oraculo sunt declaratæ. De navibus oraculum est editum. καί σφι ἐχρήσθη. vii. 178. Et ipsis editum est oraculum. τὰ χρησθέντα αὐτοῖσι. ibid. Quæ oraculo ipsis edita fuerant. ἐκέχρηστο ὑπὸ τῆς Πυθίης. vii. 220. Oraculum a Pythia redditum fuerat. A Pythia responsum fuerat. τὰ μὲν χρηστήρια ταῦτά σφι ἐχρήσθη. ix. 94. Atque hæc quidem oracula ipsis sunt reddita.

χρησμολόγος, ὁ. com. Vates. i. 62. vii. 6, 142, 143. viii. 96.

χρησμοσύνη, ης, ἡ. Nomen Herodoto peculiare, pro quo passim alibi χρησμὸν, et χρηστήριον usurpat. Oraculum. Vaticinium. Oraculi responsum. μετίσσαν τῆς χρησμοσύνης τοπαράπαν. ix. 33. Oraculum omnino missum fecerunt.

χρησμῳδέειν, εἶν. com. Vaticinari. Oracula canere. vii. 6.

χρησμὸς, οῦ, ὁ. com. Oraculum. i. 48, 66, 75. χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι. Oraculo captioso, et male intellecto freti. Vel, oraculo incerto, nec vero freti.

χρηστηριάζεσθαι. com. Oraculum consulere. i. 55. χρηστηριαζόμενος. ibid. ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσιν. Oraculum Delphis consuluerunt. i. 66, 91. ii. 52. v. 67. ἔστι δὲ, κατά περ ἐν Ὀλυμπίῃ. ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι. viii. 134. Valla: Quod illic, quemadmodum in Olympia, fas est in templis sciscitari oracula. Si versionem hanc sequamur, dicemus ἔλλειψιν esse præpos. ἐν, ut integra sit locutio, ἐν ἱροῖς, τουτέστιν ἱεροῖς, ἤγουν ναοῖς. Bonus quidem sensus: sed tamen ita potius hæc videntur intelligenda. Ut enim Olympiæ, sic etiam illic, sacris [ante factis, et immolatis victimis,] oraculum consulere licet. Hunc oraculorum, sacrificiis potius rite factis, consulendorum morem, cum alii poetæ, tum etiam Homerus τῆς Ὀδυσσείας κ. nobis demonstrat, ubi Circe monet Ulyssem quid ei sit faciendum antequam ad Inferos descendat, ut ibi sciscitetur, ac discat, quod scire cupiebat. Sic autem ille pag. ex Hen. Steph. typis 304. βόθρον ὄρυξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα, καὶ ἔνθα. ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσι νεκύεσσι, πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδεῖ οἴνῳ, τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι. ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν. &c. At Eurip. in Ione, p. ex Commelini typis 415. hoc ipsum multo dilucidius, verbisque disertissimis testatur. Ion. ibi Chorum alloquitur, εἰ μὲν ἐθύσατε πέλανον πρὸ δόμων, καί τι πυθέσθαι χρήζετε Φοίβου, πάριτ' εἰς θυμέλας. ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις μήλοισι, δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν. i. e. Si [Deo] quidem placentam immolastis ante templum, et aliquid ex Phœbo sciscitari cupitis, Accedite ad aras. Non mactatis vero ovibus, ne in penetralia templi transite. Idem etiam a Virg. Æn. lib. vi. v. 249. confirmatur, quum describit quas ille victimas Diis inferis Æneas mactarit, antequam ad ipsos descenderat, ut patrem Anchisen adiret, et cum eo colloqueretur. Ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori Ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, vaccam. Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras, Et solida imponit taurorum viscera flammis, Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.

χρηστήριον, τό. Oraculum. Ion. poet. et com. παρὰ τὸ χράω, oraculum reddere, responsum dare. Et modo locum significat, in quo redditur oraculum, modo responsum ipsum, et oraculum a Deo, vel ab ejus ministris, editum. i. 20, 23, 47, 48, 53, 54, 63. [τὸ χρησθὲν, oraculum redditum. i. 63, 158. vel vaticinium.] i. 65, 69, 73, 75. et alibi passim.

χρίεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐν ἠέρι μετέωρον ἐόντα. In aere sublimem a sole ungi. Quænam sit hujus insomnii ac visi interpretatio. iii. 124. et deinceps. ἀναχρεμάμενος [ὁ Πολυκράτης] ἐχρίετο ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνιεὶς αὐτὸς ἐκ τοῦ σώματος ἰκμάδα. Suspensus Polycrates a sole ungebatur, emittens ipsemet ex corpore humorem. iii. 125.

χροΐ. et χρῷ. ἐν χροὶ κείρεσθαι, et ἐν χρῷ ξυρεῖν, quid. Vide λόφος. χροΐ autem a recto χρούς, genit.

χροὸς, unde dat. χροΐ, καὶ κατὰ κρᾶσιν Ἀττικὴν χρῷ.

χρόνον. Diu. q. d. multum tempus. quod apud Græcos temporis diuturnitas in accus. ponatur. οὗτοι ἀντέσχον χρόνον Ἁρπάγῳ. Hi diu restiterunt Harpago. i. 175. Subauditur autem πολὺν, vel συχνὸν, ut passim loquitur Herodotus. Alias subauditur ὀλίγον. i. e. exiguum tempus.

χρόνου ἐπιγινομένου. Interjecto tempore. Interjecto temporis spatio. i. 28. Progressu temporis. V. Hom. 5.

χρόνου ὀλίγου ταῦτα ἔσεσθαι τελεύμενα. Hæc brevi tempore perficientur. iii. 134.

χρόνου προϊόντος. V. Hom. 2. Tempore procedente, sive progrediente. Temporis progressu. V. Hom. 3, 9, 11, 25.

χρόνου ἐναλλαγή. Præsens pro præterito, vel aoristo. ἀποπλέειν, pro ἀποπλεῦσαι. i. 24. χωρέειν, pro χωρῆσαι. ibid. ἀπηγέεσθαι, pro ἀφηγήσασθαι. ibid. ἔχειν, pro σχεῖν. ibid. ἱζορέεσθαι, pro ἱζορήσασθαι. ibid. ἔχειν, pro σχεῖν. ibid. δίζεσθαι, et ἐπιμηχανᾶσθαι, pro ζητῆσαι, et ἐπιμηχανήσασθαι. i. 94. ut ibid. ἀποπλέειν, pro ἀποπλεῦσαι. ibid. αὐλέειν, pro αὐλῆσαι. i. 141. προσαπολλύεις, pro προσαπολέσεις. i. 207. ἐλῶσι, pro ἐλάσουσι. ibid. ἐλᾷς, pro ἐλάσεις, ibid. ἐπιτελέειν, pro ἐπιτελέσαι. ii. 91. ἀποπλέειν, pro ἀποπλεῦσαι. ii. 113. ἐῶμεν, pro ἐάσομεν. ii. 114. πέμπειν, pro πέμψαι. ii. 118. ἀπαιτέειν, pro ἀπαιτῆσαι. ibid. λέγειν, pro λέξαι. ibid. ἐλῶν, pro ἐλάσων. ii. 162. iv. 148. v. 63. vii. 33. ἀπαλλάσσεσθαι, pro ἀπαλλάξασθαι. iii. 56. παρίμεν, pro παρελευσόμεθα. iii. 72. οἰχεσθαι, pro οἰχήσασθαι, καὶ ἀπελθεῖν. iv. 10, 11, 14. ἀπικνέεσθαι, pro ἀφίξασθαι. iv. 14. διασκεδᾶς, pro διασκεδάσεις. viii. 68, &c.

χράω. com. pro quo alias σὺν χρόνῳ. Tandem. i. 80. χρόνῳ ἑξαιρέθησαν. Tandem expugnati sunt. i. 175. χρόνῳ παρέσχησαν. Tandem se dediderunt. iii. 13.

χρόνῳ ὕστερον πολλῷ. Multo post tempore. Multo post. i. 171.

χρυσόδετος, ὁ καὶ ἡ. H. V. Auro ligatus. σφρηγὶς χρυσόδετος, σμαράγδου λίθου ἐοῦσα. Sigillum confectum ex smaragdo lapillo, qui auro inclusus erat. iii. 41.

χρυσόπασος, ου, ὁ καὶ ἡ. com. q. d. Auro aspersus, i. e. auro tectus. Inauratus. τριήρεϊ χρυσοπάσῳ. viii. 120. Triremi inaurata. Valla vertit, Tiara auro intertexta. quare videtur legisse τιάρῃ χρυσοπάσῳ.

χρυσοφόρος, ὁ. com. Qui aurum gestat. Qui aurea ornamenta fert. iv. 104.

χρυσοφορεῖν. com. Aurum ferre. Aurea ornamenta gestare. i. 82.

χρυσοφύλαξ, κος, ὁ καὶ ἡ. com. Auri custos. iv. 13, 27.

χυτὸς, οῦ, ὁ. Substantive poni videtur apud Herod. pro aggeribus ex terra fusa congestaque factis. οἱ χυτοὶ τῆς διώρυχος. Aggeres fossæ. vii. 37.

χύτρος, ου, ὁ. Nomen quidem commune, si formationem spectes: at apud Herodot. accipitur præter vulgatam ollæ significationem, pro lavacro calido. ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ [τῶν Θερμοπυλέων] λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι. vii. 176. Sunt autem in hoc [Thermopylarum] introitu calida lavacra, quæ χύτρους, i. e. ollas, indigenæ vocant. Apud Dionysium de situ orbis, v. 433. ubi locus iste citatur, χύτρας legitur. Sed nihil mutandum. χύτροι etiam diem festum significant, de quo consule Suidam in voce χύτροι.

χῶμα γῆς. Agger terræ, terræ aggestæ moles. i. 93.

χῶν. Part. præs. pro χέων. Fundens. Aggerens. χώματα χῶν

πρὸς τὰ τείχεα ἐπόρθεε. Aggeres aggerens, congerens ad mœnia, expugnabat. i. 162.

χωρεῖν. com. Manare. Spargi. Disseminari. De rumore dictum. ἐνθεῦτεν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε. Hinc rumor iste manavit. i. 122.

χωρεῖν. Cedere. Succedere. Evadere. Evenire. Exitum aliquem habere. παρὰ σμικρὰ τῶν λογίων ἡμῶν ἕνια κεχώρηκε. Nonnulla de nostris vaticinationibus in exigua evadunt. i. e. exitum parum firmum certumque habent. i. 120. πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως. Omnia ei feliciter succedebant. iii. 39. χωρήσαντός οἱ τούτου. Cum hoc ei feliciter successisset. iii. 42. κάτοδος οὐ προσεχώρεε. v. 62. Reditus non succedebat. καὶ σφι χωρήσειν τὰ βούλονται. Ipsisque successura quæ cupiunt. v. 89. εὐπετέως τοι, δέσποτα, χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας. viii. 68. Facile, domine, tibi succedent, quæ cogitans [huc] venisti, [quæ in animo habebas quum huc venisti.] ἢν οἱ προχωρήσῃ τὰ νοέων λέγει. viii. 102. Si ei succedant quæ cogitans dicit. viii. 108.

χωρεῖν. com. Capere. Continere. χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους. 600 amphoras continens. i. 51, 70, 192. iv. 81.

χῶρος, ὁ. Ion. et poet. pro quo com. τὸ χωρίον, et τόπος. i. 1, 62, 64, 67, 82, 148, 157, 160. ii. 75. viii. 53.

χῶσαι. com. συγχῶσαι. Terra congesta tegere. τὴν σορὸν συνέχωσα. Loculum terra congesta texi. i. 68. χωσθῆναι. Terra aggesta firmum fieri. ii. 11, 137. iv. 173.

χῶσαι, et composita. Aggerem, vel terræ tumulum excitare. Humo aggesta tegere, obruere. ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τῇσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, καὶ χερσὶ, καὶ στόμασι, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες. vii. 225. Valla: Hoc in loco defensantibus sese gladiis, qui adhuc eis supererant, barbari circumfunduntur, et manibus et vocibus incessentes. Æ. P. Hoc in loco [Græcos] ipsos [hostem] propulsantes gladiis, qui adhuc ipsis supererant, et manibus, et ore, barbari [telis] petentes obruerunt. Sed locus videtur ita legendus, et distinguendus, μαχαίρῃσι, τοῖσι αὐτέων, ἀντὶ τοῦ, ἐκείνοις αὐτέων οἷς ἐτύγχανον, &c. Vel, μαχαίρῃσι, αἱ αὐτοῖς, &c. nisi dicas τὸ τῇσι sequi præcedentis casus constructionem, et pro αἱ sumendum, quod nunc, paulo durius videretur; deinde subjiciendum αὐτοῖς, &c. Alioqui erit ἀνακόλουθον. Post στόμασι vero distinctio notanda. Hæc enim non ad barbaros (ut Valla putat), at ad Græcos sunt referenda. Hic enim est hujus loci sensus: Græci, quibus adhuc gladii supererant, gladiis se tutabantur, et barbaros propulsabant. Quibus vero nec lanceæ nec enses nec gladii amplius supererant, illi manibus, illi pugnis, unguibus, ore, dentibus, morsuque, rem gerebant, ne morerentur ignaviter, ac inulti. Nostram sententiam Herod. ipse confirmat his verbis, vii. 224. δόρατα μὲν νυν τοῖσι πλέοισι αὐτέων τηνικαῦτα ἐτύγχανε κατεηγότα ἤδη, οἱ δὲ τοῖς ξίφεσι διεργάζοντο τοὺς Πέρσας. Sic autem summam fortissimorum virorum virtutem in barbaros exsertam vult demonstrare, quemadmodum idem vii. 223. testatur, ἀπεδείκνυντο ῥώμης ὅσον ἔχον μέγεθος ἐς τοὺς βαρβάρους, παραχρεώμενοί τε, καὶ ἀτέοντες. Lector eam sententiam sequatur, quam veritati favere judicarit. καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συγχώσαντες. vii. 225. Valla, Et munitionem muri subruentes. Æ. P. [telis, vel] aggesta terra obruentes, tegentes, et æquantes, ita ut pla-

nitiei parem redderent. Quod ex sequentibus colligi potest, τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ὀϊστῶν ἀποκρύπτουσι. τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι. vii. 226. χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν. viii. 97. Aggerem excitare conabatur. χώματα χῶσαι. ix. 85.

Ψ.

Ψάμμος. οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης. Novi autem ego et arenæ numerum, et mensuram spatiumque maris. i. 47.

ψελιοφόρος, ου, ὁ. vel potius ψελλοφόρος. ὁ ψέλλιον φορῶν. Armillatus. Qui fert armillas. N. H. Armillis ornatus. viii. 113. Suid. τὸ ψέλλιον, κόσμος τῆς χειρός. Ital. *Braccialetti*. Gall. *Des bracelets*. Vide vulg. Lex.

ψεύδειν. com. Fallere. Decipere. Frustrare. Frustrari. ἐψευσμένοι γνώμης. viii. 40. Opinione [sua] frustrati. μηδαμῶς σφέας ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος. ix. 61. Ne se sua spes frustraretur.

ψευδὴς ὁδός. com. Via mendax, pro ψεῦδος. Mendacium. οὐ τρέπεται ἐπὶ ψευδέα ὁδόν. Ad mendacem viam, ad mendacia, se non convertit. i. 117.

ψευδοπάρθενος, ἡ. Falsa virgo. Virgo non virgo. Non vera virgo. τὰς ἀποθνησκούσας παρθένους ἐκ τῶν τρωϋμάτων ψευδοπαρθένους καλέουσι. Virgines ex vulneribus decedentes falsas virgines appellant. iv. 180.

ψευδόρκιος, ὁ. Herod. nomen, pro com. ψεύδορκος. Perjurus. Qui facit præter juramentum, quod juravit. Qui jusjurandum violat. i. 165. (τὸ ὅρκιον φυλάσσειν. ibid.)

ψῆγμα, τος, τό. com. Auri ramentum. Ramentum. πάρεξ τοῦ ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένου ψήγματος. Præter auri ramenta, quæ ex Tmolo deferuntur. i. 93. iii. 94, 95, 98. v. 101. vi. 125.

ψὴν, ὁ. Culex. ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων. Culex palmulam ingrediens. βάλανον enim ita vertit Valla. Proprie tamen glandem. γενικῶς vero fructum omnem glandi similem, ut sunt et dactyli, præsertim immaturi. i. 193. ψῆνας γὰρ δὴ φέρουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, κατάπερ οἱ ὄλυνθοι. Palmæ enim mares in fructu ferunt culices. Vel, Masculæ enim palmæ producunt in fructu culices, ut caprifici. ibid.

ψηφιδοφόρος, ου, ὁ. N. H. pro com. ψηφοφόρος. Qui suffragium fert. Qui sententiam fert. ἐνδέκατος ψηφιδοφόρος. Undecimus in sententia ferenda. vi. 109. Est autem compositum ex diminutivo ψηφὶς, ψηφίδος, ἡ. quod jam idem valet ac ψῆφος, et verbo φορέω, ῶ, vel φέρω, quod in compositione τὸ ε in ο vertit.

ψῆφος, ου, ἡ. com. Calculus. Suffragium. Lapillus suffragiis, et sententiis ferendis, destinatus. Ipsum suffragium. Ipsa sententia. Ovid. τῶν Μεταμορφώσεων. lib. xv. v. 41. Mos erat antiquis niveis, atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolvere culpa. Οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους. viii. 123. Duces suffragia distribuerunt. id est, Milites in suffragia, lapillis distributis, miserunt. πᾶς τις αὐτέων ἐωϋτῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον. ibid. Eorum unusquisque sibi ipsi lapillum attribuebat. i. e. Secundum se ipsum sententiam ferebat. vel, sibi ipsi suffragia ferebat; suo suffragio præmium ac honorem sibi decernebat.

ψυχή. Mens. Ratio. ψυχὴν οὐκ ἄκρος. Mentis vel rationis minime compos. Herod. locutio. v. 124. v. s. Animo non summus, vel excellens. i. e. Qui animum, animique varios motus ac impetus regere, coercere, frænare nequit,

ita ut summum principatum in animo ratio obtineat. *μεταφορικῶς* pro eo sumitur, qui mentis non est compos. Sic *οὐκ ἄκρος ὀργὴν* vocatur iræ impotens; qui supra iram esse non potest, ut eam regat, moderetur, atque pro arbitrio frænet; sed ei paret, eique se subjicit, ac ab ea se transversum agi patitur.

Ω.

Ω *κατ' ἀποκοπὴν* formatum in quibusdam nominibus a recto *ὼν* deductis, quorum genitivus *ὦνος*, dat. *ὦνι*, accus. *ὦνα*, et *κατ' ἀποκοπὴν*, *ὦ*. Ut, Σαρδὼν, *ὦνος*, *ὦνι*. Σαρδῶνα, Σαρδῶ. v. 106. Steph. docet hanc insulam et Σαρδὼ, et Σαρδῶνα vocari. v. 124. Dicitur etiam Σαρδὼν, *όνος*. Dionysius. v. 82. Τῇ δ' ἔπι Σαρδόνιος *μορμύρεται ἐγγύθι πόντος*. Vide Græca Scholia. et 65, 66. ed Steph.

ω κατ' Ἰωνικὴν *κρᾶσιν*, *ἐκ τοῦ οα. ὁ ἀνήρ. ὠ 'νήρ.* i. 162. *τὠρχαῖον. τὸ ἀρχαῖον.* i. 173. *τὼ 'πὸ τούτου. τὸ ἀπὸ τούτου.* i. 199. *τὤγαλμα. τὸ ἄγαλμα.* ii. 42, 46, 63, 172. iii. 37. *τὼ 'ποδαῖνον*, pro *τὸ ἀποδαῖνον.* ii. 82. *τὼ 'πὸ τοῦδε*, pro *τὸ ἀπὸ τοῦδε.* iii. 40. *τὠληθές. τὸ ἀληθές.* vi. 68, 69. Illud autem observandum in his vocabulis, post factam *κρᾶσιν* remanere spiritum eundem, quo vocalis ante contractionem factam notabatur, ut originis vestigia melius appareant. Quinetiam eundem accentum retineri in multis, ut hic videmus. Alioqui dicendum esset *τὸ ο κατ' ἔκτασιν* in ω verti, vocalem vero *α κατ' ἀφαίρεσιν* tolli, sublatæque notam ac indicium relinqui, quod *ἀπόστροφος* appellatur, quæ sic pingitur'. Hæc autem vel in vocis initio, vel in fine collocatur. In initio, ut *ὠ 'νήρ*, pro *ὁ ἀνὴρ*, *ποῦ 'στιν*, pro *ποῦ ἐστιν*. In fine, ut *ὑπ' ἐμοῦ*, pro *ὑπὸ ἐμοῦ. παρ' ἐκείνου*, pro *παρὰ ἐκείνου. τὠρχαῖον*, pro *τὸ ἀρχαῖον.* ix. 45. ω *κατὰ κρᾶσιν* Ἰωνικὴν *ἐκ τοῦ οη* com. *ἀμβώσας*, pro *ἀναβοήσας*. Vociferatus. Edito clamore. i. 8. *ἀνέβωσεν*, pro *ἀνεβόησεν.* i. 10. *ἐννώσας*, pro *ἐννοήσας*. Cum animo volutasset. Cum perpendisset. Cum animadvertisset. i. 68. *ἐνένωτο*, pro *ἐνενόητο*. In animo habebat. i. 77. *ἐννώσαντα*, pro *ἐννοήσαντα*. Cum cogitasset. i. 86. *ἐπιβώσασθαι*, pro *ἐπιβοήσασθαι*. Invocasse. Implorasse. i. 87. *βῶσαι*, pro *βοῆσαι*. Vocare. i. 146. *ὀγδώκοντα*. Octoginta. pro *ὀγδοήκοντα*. Quamobrem in vulgatis codicibus male *ὀγδώκοντα* cum ι subscripto legitur. i. 163, 176, 189. ii. 9. *ἐννενώκασι*, pro *ἐννενοήκασι*. Animadverterunt. iii. 6. *ὀγδώκοντα* bene scriptum legitur. iii. 22, 95. viii. 44. *βεβωμένα*, pro *βεβοημένα*. iii. 39. *βώσαντες*, et *ἐπιβώσωνται*, pro *βοήσαντες*, et *ἐπιβοήσωνται*. v. 1. *προσεβώσατο*. vi. 35. *καταβωσομένους*. vi. 85. *ἐβώσθησαν*, pro *ἐβοήθησαν*. vi. 131. *ἐνενῶντο*, pro *ἐνενόηντο*. vii. 206. *διενεννῶντο*, pro *διενενόηντο*. vii. 207. tertia plur. plusq. p. pass. a διανοέομαι, οῦμαι. Cogito. In animo habeo. *ἐβώσθη*, pro *ἐβοήθη*. viii. 124.

ω Ion. et Doric. terminatio nonnullorum nominum genitivi sing. communiter in ου desinentis. Μενελάω, pro Μενελάου. vii. 169.

ώ. Attica et Ionica terminatio quorundam nominum substantivorum, in genitivo casu, quartæ simplicium, a recto *ὼς* pro com. nominativo *ὁς*, et genitivo *οῦ*. ut *λεώς*, *λεώ*. populus. *νεώς*, *νεώ*. templum. Sic Νεκὼς, Νεκώ. Nomen proprium regis Ægyptiorum. iv. 42. *φενεὼς*, *φενεώ*. vi. 74.

ω pro οῦ in genitivis quorundam nominum Attice et Ionice in *ῶς*, vel *ῶν*, habentium desinentem nominativum, *ῶς* quidem in masc.

g. ὦν vero in n. ἀξιόχρεω, pro ἀξιοχρέου inusitato. v. 111. Θεράμβως. Θεράμβω. Nomen urbis. Herod. vii. 123. Sed non constat ibi utrum masc. an f. g. sit.

ω non solum Attice, sed et Ion. pro com. α in nominativis accusat. et vocativis plur. quartæ decl. simplicium, neutrius gen. ut τὰ εὔγεω pro τὰ εὔγεα. Sic τὰ ἀξιόχρεω, pro ἀξιόχρεα, quod inusitatum. v. 65.

ω. Ion. ἀντὶ τοῦ αυ. com. τρῶμα, pro τραῦμα. Vulnus, plaga, clades. nisi παρὰ τὸ τορέω, ὦ. τρῶ, τρώω. τρώσω, τρώσκω, τιτρώσκω. Perforo, penetro, vulnero, saucio, deductum dicas. i. 18. τρωματίζειν, pro τραυματίζειν. i. 59.

ῳ. Ion. pro com. οἳ. δυῷν pro δυοῖν. Duob. i. 94, 130. ἀνῷσαι, pro ἀνοίσαι. Retulisse. i. 157. δυῷν, pro δυοῖν. iv. 1, 90.

ῳατο. Ion. 3. pers. plur. imperf. 2. conjug. contract. pro com. in ῶντο desinente. ἐπειρώατο, pro ἐπειρῶντο. Tentabant. Periculum faciebant. i. 68. Sic autem formatur, ἐπειρῶντο, sublato ν, et inserto α. ἐπειρώατο, circumflexo in acutum mutato, quia duæ syllabæ sequuntur. Circumflexus enim in ultimam tantum, aut penultimam verbi natura cadit. Excipe τοῖσισεσσιν articulum, de quo Eustath. Sic τοῖσινδε apud Hippocratem 480. 22. typ. Froben.

ῳατο. Ion. 3. pers. plur. optat. mo. 2. conjug. pro com. in ῶντο desinente. πειρώατο pro πειρῷντο, conarentur. ἐκ τοῦ πειράοιντο, κατὰ κρᾶσιν. iv. 139. vi. 138. sic ὁρῴατο, pro ὁρῷντο formatur autem ab ῶντο terminatione communi, rejecto ν, inserto α, et circumflexo, propter duas sequentes syllabas, in acutum, ex grammaticis præceptis, mutato. Vel a 3. sing. in ῶτο desinente, inserto α. V. Hom. 32.

ῳϊος. Ion. et poet. pro com. et Attico ῷος. in adjectivis nominibus. πατρῳϊος, pro πατρῷος. Paternus. i. 41. ii. 1.

ὠθίζεσθαι. Verbum, quod proprie dicitur de iis, qui propter confertam populi multitudinem se mutuo pellunt, ut aliquo perveniant; ut fit in principum aulis, in prætoriis, ac magistratuum ædibus, quum quis ad principem, prætorem, et magistratum, accedere cupit, ut eum coram alloquatur. ὠθιζομένων αὐτῶν. Ipsis inter se concertantibus, atque conflictantibus. iii. 76. Hæc ita Galli patrio sermone feliciter exprimerent. *Iceux s'entre poussans l'un l'autre pour entrer.* Vel, *Iceux se debattans entre eux pour entrer.*

ὠθισμὸς, ου, ὁ. Impulsio. Propulsio. Conflictus. Prælium, in quo alii alios armis propellunt, ut aliquid in suam potestatem redigant. Περσέων τε, καὶ Λακεδαιμονίων, ὠθισμὸς ἐγένετο πολλός. vii. 225. Persarum, et Lacedæmoniorum multus, vel magnus, et vehemens conflictus fuit; id est, Persæ, et Lacedæmonii inter se vehementi conflictu pugnarunt. Pro Leonidæ cadavere obtinendo vehementer conflixerunt, ita ut se mutuo protruderent, atque propellerent.

ὠθισμὸς λόγων. Verborum conflictus. τῶν στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλός. viii. 78. Inter duces grave verborum certamen, gravis altercatio fuit. ἐν τῇ διατάξει ἐγένετο λόγων πολλῶν ὠθισμὸς Τεγεητέων τε, καὶ Ἀθηναίων. ix. 26. Valla: Ibi in distinguendis nationibus magna sane altercatio exstitit inter Tegeatas, et Athenienses. Æ. P. In ipsa [militum] dispositione [i. e. in acie instruenda, et loco singulis nationibus assignando,] multorum verborum altercatio inter Teg. et Athen. exstitit. ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν. ix. 62. Donec ad propulsionem venerunt. i. e. Donec alii alios armis propellere cœperunt.]

ὠκύτοκον, ου, τό. N. H. Partus celeritas. ἀποφέρειν τῇ Εἰλειθυίῃ τὸν φόρον ἀντὶ τοῦ ὠκυτόκου. Tributum Lucinæ pro partus celeritate, vel pro partu maturato, aut maturando, ferre. iv. 35.

ὦλλοι. Ion. et Dor. pro com. οἱ ἄλλοι. Alii. i. 48. ὦ῞λλοι. ii. 36. Sed ὦλλοι quidem, per contractionem, ὦ῞λλοι vero, per elisionem τοῦ α, et ι, subscripto, dictum. Et in altero quidem, spiritus asper articuli, vel Ionice mutatus in tenuem, vel sublatus, remanente tenui sequentis vocis ἄλλοι. In altero vero spiritus quidem articuli servatur, sed accentus tollitur, ne in eandem syllabam idem accentus bis, nulla particula enclitica sequente, cadat.] ii. 51. Sic viii. 67. ὦ῞λλοι.

ὠμοβοείη, ης, ἡ. Cruda pellis bovis. H. V. vide ὠμοβόεια apud Eustathium, 114. 13. In vulgatis lexicis perperam legitur ὠμοβοέων δερμάτων, crudarum pellium bovinarum; et Herodoto hæc tribuuntur, licet nec liber, nec libri locus notetur. At apud Herodotum legitur, ὠμοβοέων, καὶ τῶν ἄλλων θερμάτων ὀχετόν. i. e. crudarum bubularum pellium, et aliarum pellium canalem. Hic autem τὸ ὠμοβοέων est genitivus pluralis [Ionice formatus] a singulari ὠμοβοέη, si lexicis fides est adhibenda. Quod observandum. Nam alioqui genitivus iste pluralis esset in ultima syllaba circumflectendus sic, ὠμοβοεῶν. Consule tritas grammaticorum regulas, et exceptiones. Sed fortasse verisimilius fuerit, si a neutro τὰ ὠμοβόεια, τῶν ὠμοβοείων, quod crudas bovis pelles significat, καθ' ὑπεξαίρεσιν Ἰωνικὴν τοῦ ι, ὠμοβοέων formatum esse dicamus. qua de re suo loco fusius. Si nomen adjectivum esset, ὠμοβοείων scribendum esset; vel hic etiam eadem ratione τὸ ι subtractum dices: vel etiam hoc ὠμοβοέων in genitivo plural. 2. declin. simpl. nunc præter morem παροξυτονεῖται, quemadmodum et alia quædam ab aliis jam observata, et scripta. Sic est apud Thucyd. l. iii. § 110. ῾Ολπων, non ῾Ολπῶν scribitur, a recto ῾Ολπαι, quod erat castelli nomen. et l. viii. § 109. Φοινίσσων νεῶν, pro Φοινισσῶν, ut grammaticæ regulæ scribendum monent.

ὠμοβοέην μούνην περιτείνας. iv. 65. Solam crudam bovis pellem circuntendens. Vide ὠμοβόϊνος.

ὠμοβοίη, ης, ἡ. Cruda bovis pellis. vii. 91.

ὠμοβοΐνος, η, ον. N. H. Ex cruda bovis pelle factus. ὠμοβοΐνας ἀσπίδας εἶχον. Clypeos ex cruda bovis pelle factos gestabant. vii. 76, 79.

ὦν. Ion. pro com. οὖν. Igitur, ergo. i. 2, 4, 5, 8. οὔκων, pro οὔκουν. Non ergo. i. 11, 30. οὕτω ὦν, pro οὕτως οὖν. Sic igitur. i. 32, 39, 40, 68, 109, 124, 158. γῶν pro γοῦν. vii. 104. et passim.

ὦν. Ionice redundans. τοῦτον δὴ ὦν, pro τοῦτον δὴ οὖν. Nam δὴ et οὖν idem significant. Hunc igitur. i. 34. Οὐ γὰρ ὦν. i. 49, 58, 59, 75, 80, 82. τούτων γὰρ ὦν. Horum enim. i. 94, 108, 118, 132, 140. ii. 39, 87.

ῶν. Ion. pro com. οὖν, in nominibus. τὴν βῶν, pro τὴν βοῦν. Bovem. ii. 40. vi. 67.

ων. terminatio genitivi, non semper in secunda declinatione simplicium in εων Ionice, dissolvitur. ut ἁρπαζομένων γυναικῶν. non ἁρπαζομενέων. i. 4.

ὤ῞ναξ. Ionice pro ὦ ἄναξ. iv. 150.

ὠνεῖσθαι. com. Emere, pro quo et πρίασθαι. i. 70. et πράττειν. σω. χρυσὸν ὠνέοντο. Aurum emerunt. i. 69. Κροῖσος ὠνεομένοισι ἔδωκε δωτίνην. Crœsus [aurum] ementibus dono dedit. ibid. ὠνευμένοισι πωλέειν. Ementibus vendere. i. 165.

ὠνῆ, ῆς, ἡ. Emtio. com. ὠνῆτε, καὶ πρήσει χρέωνται. Emtione, ven-

ditioneque utuntur. i. e. Mercaturam exercent, atque negotiantur. Gallice, *Ils trafiquent en achetant et vendant.* i. 153.

ὠ ᾽νήρ. Ion. et Dor. pro ὁ ἀνήρ. i. 162. ii. 51. iii. 155. v. 104. ὦ ᾽νδρες, οἱ ἄνδρες. iv. 134, 161. vii. 143.

ὦ ᾽νθρωπε. Ion. et Dor. pro com. ὦ ἄνθρωπε. viii. 125.

ὠ ᾽νθρωποι. Ion. et Dor. pro com. οἱ ἄνθρωποι. vii. 11, 49.

ὡραίη, ης, ἡ. Ion. pro com. ὡραία ἐλλειπτικῶς. subauditur enim ὥρα. Vernum, sub. tempus. i. e. Ver. ὥρα enim apud poetas κατ᾽ ἐξοχὴν τὸ ἔαρ. i. e. ver significat. Unde ὡραῖος, veris instar formosus. Nam (ut poeta canit Ecloga tertia. v. 56.) Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos, Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus. Eustath. ὥρα τὸ ἔαρ καὶ ἁπλῶς μὲν οὕτω λεγόμενον, ἐλλιπῶς λέγεται. οἷον ἐν τῷ, Ὅσσα τε φύλλα, καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ. ἐν δὲ τῷ, ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ἐντελῶς. Herodotus vero iv. 28. quum dicit, τὴν μὲν ὡραίην οὐκ ὕδει λόγου ἄξιον οὐδέν, τὸ δὲ θέρος, ὕον οὐκ ἀνίει, videtur ἐλλειπτικῶς dixisse, ut ὥρην subaudiatur. i. e. Verno quidem tempore nihil pluit, quod memoratu sit dignum: æstate vero, pluere non cessat. ὡραίην ὥρην, Ἰωνικῶς, καὶ ποιητικῶς vocat, τὴν ὥραν τὴν εἰαρινὴν, i. e. tempus vernum, quod unico vocabulo ἦρ appellatur. Hic est, nisi fallor, Germanus hujus loci sensus, ac interpretatio. Valla tamen hæc ita vertit: Nam quum tempus pluendi est, nihil ibi, quod sit ullius momenti, pluit. &c. Lector de utraque interpretatione judicet. Sed et sic erit ἐλλειπτικὸν loquendi genus, ac ὥρην, vel aliquid ἰσοδυναμοῦν, subaudietur. Vel erit epithetum loco nominis substantivi, ὡραίη, pro ὥρη, ὥρη vero, pro ἔαρ, ut ante dictum. Quod minime παράδοξον. Consule Eustathium ἐν τῷ, Ἐπίθετά τινα καθ᾽ αὐτὰ λεγόμενα, συνεισάγοντα μὲν τὰ ὑποκείμενα, καθ᾽ ὧν λέγονται. ἀτελῶς δὲ ὅμως λεγόμενα, οἷον τὸ βροτὸς, ὅπερ ἐντελῶς βροτὸς ἄνθρωπος λέγεται. καὶ τὸ πολιαὶ, ὑπακουομένου τοῦ τρίχες. καὶ κεῖος, ὑπακουομένου τοῦ ἰμάς. &c. Vide et τρυφάλεια. Sic et Latine Cani dicuntur, subaudito nomine pili, vel capilli. Idem et in aliis multis factum invenias. Vel, ut ab ἀνάγκη, σελήνη, ἀθήνη, ποιητικῶς κατὰ παραγωγὴν dicitur ἀναγκαίη, σεληναίη, ἀθηναίη, sic etiam ab ὥρη deducetur ὡραίη, ης, ἡ. quod substantive sumetur.

ὡραῖος. com. Maturus. Qui propter ætatem maturam ad aliquid est aptus. παρθένος ὡραία ἀνδρός. i. 107. Virgo matura viro. Virgil. Æn. vii. v. 52. Sola domum, et tantas servabat filia sedes, Jam matura viro, jam plenis nubilis annis. αἱ παρθένοι γάμων ὡραῖαι. i. 196. pro quo συνωνύμως dicitur αἱ παρθένοι ἐς γάμου ὥρην ἀπικόμεναι. vi. 61. ἐπειδὴ ἐγένοντο ὡραῖαι γάμου. vi. 122.

ὥρη. Ion. pro com. ὥρα. Certum, statutumque tempus. τὴν ὥρην. Certo, statutoque tempore. ii. 2.

ὥρη, ης, ἡ. Ion. pro com. ὥρα, cum tenui; id est, cura, solicitudo. μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων γυναικῶν. Mulierum raptarum nullam curam gerere. De mulieribus raptis nullo modo solicitum esse. i. 4. quod paulo post dicitur, ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι. Gallice, *Ne tenir aucun compte. Ne faire aucun compte des femmes ravies. Ne s'en soucier aucunement.* ibid. Pro eodem dicitur et ὥρῃ cum tenui, quod com. φροντίς. τῆς οὐδεμίῃ ἔσται ὥρῃ ἀπολλυμένης. Cujus pereuntis nulla geretur cura. iii. 155. τότε ὥρην ἐποιή-

σαντο οὐδεμίην. ix. 8. Nunc nullo modo curarunt [hoc.]

ὡρμέατο. tertia plur. plusquamperf. pass. Ion. formata, pro com. ὥρμηντο. Formatur autem vel a 3. sing. ὥρμητο, dissoluto η in εα. vel a 3. plur. ὥρμηντο, rejecto ν, et dissoluto η in εα. Vide εατο Ion. formata. vii. 215. viii. 25, 109. ὡρμέατο βοηθέειν. ix. 61. Ad opem ferendam ferebantur.

ὠρώρυκτο. Ion. et Att. pro com. ὤρυκτο. ab ὀρύσσω, ξω. i. 186.

ὡς cum infinitivis Ἰωνικῶς junctum, loco imperfecti, vel aoristi. ὡς παρεῖναι αὐτούς. ἀντὶ τοῦ, ὡς αὐτοὶ παρῆσαν. i. 24. Cum illi advenissent. ὡς δὲ ἄρα μιν προσῆναι τοῦτο. pro, ὡς δὲ ἄρα τοῦτο αὐτῷ προέσῃ. Latin. interpres hæc ita, Quod ubi subiit Crœso. i. 86. Verba sonant, Quum autem hoc ante ipsum stetisset, id est, in mentem ei venisset. Sed τὸ μὲν hic ἀντὶ τοῦ αὐτῷ positum videtur, quod rarissimum. Nam alias in accusativo tantum reperitur pro αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτό. Interdum et in plurali dicitur μὲν, pro αὐτοὺς, αὐτὰς, αὐτὰ, ποιητικῶς, ut docet Eustathius. Hoc autem dicetur ad similitudinem τοῦ ἐμὲν, καὶ τὲν, quæ Δωρικῶς ἀντὶ τῶν, ἐμοὶ, καὶ σοὶ, ponuntur. Aristoph. ἐν Ὀρνισι, v. 929. Δὸς ἐμὲν ὅ, τι περ Τεᾷ κεφαλῇ θέλης Πρόφρων δόμεν ἐμὲν, τεὲν. Vide Scholia Græca. Theocritus Idyll. xi. ver. 29. Ἐκ τήνω δύναμαι. τὲν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν. Et ib. ver. 55. ὡς κατέδυν ποτὶ τὲν, καὶ τᾶν χέρα τεῦ ἐφίλασα. προσῆναι vero cum dativo usurpatur et alibi. τῷ Ἀστυάγεϊ προσὰς ὁ Ἅρπαγος. Cum Harpagus ante Astyagem stetisset. i. 129. Sed fortasse jam τὸ προσῆναι ἀντὶ τοῦ προσῆσαι sumendum, ut locus ita explicetur, προσῆσαι, δηλονότι τοῦ Κύρου, καὶ τῶν λοιπῶν Περσῶν, καὶ τούτων ἀκουόντων προενεγκεῖν. ἀντὶ τοῦ, ὡς δὲ αὐτὸς ὁ Κροῖσος τοῦτο τὸ τοῦ Σόλωνος ῥῆμα, εἴτε ἀπόφθεγμα, προέσῃσε τοῦ Κύρου, καὶ τῶν λοιπῶν Περσῶν, καὶ πάντων ἀκουόντων προηνεγκεν, ἀνενειχάμενός τε, καὶ ἀναβοήσας, ἐς τρὶς ὠνόμασε τὸ Σόλων. id est, Cum autem ipse Crœsus hoc Solonis dictum ante Cyrum ceterosque Persas statuisset, posuisset, ac omnibus audientibus protulisset, vocibus, et suspiriis repetitis, ac iteratis, Solonem ter nominavit. μεταφορικῶς vero dicetur τὸ προσῆναι, εἴτε προσῆσαί τι τινὸς, ἀντὶ τοῦ, κατενώπιόν τινος, καὶ παρόντος τινός, τι προενεγκεῖν. Aliquid aliquo præsente, coram aliquo, proferre. Si τὸ προσῆναι sumas pro ante aliquem, ante alicujus oculos, mentemque statui, ponetur pro παρασῆναι, καὶ παρασήσασθαι, quæ dicuntur de rebus, quæ nobis in mentem repente veniunt, pro quo συνωνύμως ibid. habemus, τῷ Κροίσῳ τὸ τοῦ Σόλωνος ἐσελθεῖν. Hæc igitur verborum varietas, et usus accurate nobis est observandus. Ὡς οὐ παύεσθαι [τὰ κακά.] pro, ὡς οὐκ ἐπαύετο. i. 94. Cum mala non cessarent. ὡς ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, pro ὡς ἐψεύσθη. Cum spe frustratus fuisset. i. 141. ὡς γεγονέναι, pro ὡς ἐγεγόνει. ii. 99. κτίσαι, pro ἔκτισε. ibid. ὡς τυχεῖν ἀνοίξαντα, pro ὡς ἔτυχε ἀνοίξας. ii. 121. § 2. Eodem loco multa sunt exempla constructionis ejusdem. ὡς δὲ τὴν παῖδα ποιεῖν, pro ὡς δὲ ἡ παῖς ἐποίει. ii. 121. § 5. ὡς ἐμοὶ δοκέειν, pro ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. ii. 124. ὡς οἴχεσθαι, pro ὡς ᾤχετο. ii. 140. ὅκως οἱ φοιτᾶν, pro ὅταν αὐτῷ ἐφοίτων. ibid. ὡς ἀπικέσθαι, pro ὡς ἀπίκετο. ii. 162. ὡς ἀπενειχθέντα, εὖ δοκέειν εἰρῆσθαι, pro ὡς ἀπηνέχθη, εὖ ἐδόκει εἰρῆσθαι. Cum hæc renuntiata fuissent, recte dicta videbantur. iii. 14. ὡς ἐγερθῆναι, pro ὡς ἐγήρθη.

Cum excitatus fuisset. iv. 9. *ὡς δὲ δόξαι*, pro *ὡς δὲ ἔδοξε*. iv. 11. *ὡς πλέονται γενέσθαι*, pro *ὡς πλέων ἐγένετο*. iv. 179. *ὡς ἐλθεῖν*, pro *ὡς ἦλθον*. vii. 148. *ὡς γενέσθαι πλώοντας*, pro *ὡς πλώοντες ἐγένοντο*. vii. 170. *ὡς ἐκβῆναι τὸν Ξέρξεα*, pro *ὡς ἐξέβη ὁ Ξέρξης*. viii. 118, &c.

ὥς. Ion. et poet. pro com. *οὕτως*. Ita. Sic. v. 30. ix. 35.

ὦσαι, pro *οἶσαι*, ab *οἴω*. *τὸ φέρω*, unde *ἀνῶσαι*. i. 157. Vide *ἀνῶσαι*. In vulg. Lex. *ἀνῶσαι* sine ι subscripto legitur, et ad *ἀνωθέω*, *ῶ*. perperam refertur.

ὡσαύτως. com. Similiter. Simili modo, simili ratione. Eodem modo. vii. 86. *ὡς δ' αὕτως*, pro *ὡσαύτως δέ*. vii. 86. ix. 81.

ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε, καὶ ἥσθη. viii. 101. Ut in malis gavisus, et lætatus est. At videtur *ἐλλειπτικὸν* esse loquendi genus, quod fortasse non inepte sic expleretur, *ὡς ἐκ κακῶν καλῆς ἐλπίδος φαινομένης ἐχάρη τε, καὶ ἥσθη*. Ut bona spe ex malis apparente, vel affulgente, gavisus, et lætatus est. Alioqui *ἰσοδυναμεῖ τούτοις, ὡς ἐν κακοῖς*, &c.

ὡς ἐόν. Ion. et Att. pro com. *ὡς ἐόντος*. *τοῦτον κατηλόγησε* [*τοῦ χωρίου*,] *ὡς ἐὸν ἄμαχον*. *ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐόντος ἀμάχου*. Hunc locum neglexit, quippe quod inexpugnabilis esset. Est autem *σολοικοφανές*. i. 84.

ὠσθῆναι, et participium *ὠσθείς, εῖσα, έν*. ab *ὠθέω, ῶ, ήσω*. Pello, cum suis compositis. *ἀπωσθέντες*. Expulsi. i. 173.

ὡς τάχος. com. Quam celerrime. v. 106. Plena locutio videtur esse, *ὡς τάχος ἔχεις*. Ut celeritatem habes. *ἀντὶ τοῦ, καθ' ὅσον τάχος δύνασαι*. *ὡς τάχιστα*. Quanta celeritate potes. Quanta maxima celeritate potes. pro quo *συνωνύμως* dicitur, *ὡς ταχέως εἶχε ἕκαστος*. viii. 107. Quam celerrime quisque poterat.

ὥστε. Ion. pro *ἅτε*. Utpote. Quippe qui. Quippe quod. *οὐδαμῶς εἶχε ἀσφαλέως σημῆναι, ὥστε φυλασσομενέων τῶν ὁδῶν*. Nullo modo tuto [rem illi] significare poterat, quippe quod itinera observarentur, custodirentur. v. 35.

ὥστε δέ. Ion. pro com. *τοιγαροῦν*. Igitur. Ergo. i. 8.

ὥσφραντο. Ion. 3. pers. plur. plus. p. p. ab *ὀσφραίνομαι*, fut. *ὀσφρανοῦμαι*. perf. pass. *ὤσφραμμαι, ὦσφρανσαι, ὦσφρανται*. plusq. p. *ωσφράμμην, ὦσφρανσο, ὦσφραντο*. Eodem autem modo jam et tertia singularis, et tertia persona pluralis Ionice formata fuerit, pro com. *ὠσφραμμένοι ἦσαν*. Vel *ὦσφραντο κατὰ συγκοπὴν* dictum, pro *ὠσφράναντο*, estque 3. plur. aor. 1. med. ab activo inusitato *ὦσφρανα, ωσφρανάμην, ωσφράνω, ώσφράνατο*, ut ab inusitato *ἐγεινα, τὸ ἐγεινάμην, ω, ατο*. quod inusitatum. 3. plural. *ωσφράναντο*, ut *ἐγείναντο*, Hoc verisimilius. Vel *ὦσφροντο* esset legendum, ut sit aor. 2. medii, tanquam ab *ὄσφρομαι. μ. ὀσφρήσομαι*. aorist. 2. med. *ὠσφρόμην, ου, ετο*. Suidas. *ὦσφροντο, ὠσφραίνοντο. ἀντὶ τοῦ ἥσθοντο*. Miror autem hoc ab istis Lynceis, qui *τῇ ὀξυδερκίᾳ* vel ipsa tartara penetrant, nec animadversum, nec in publicis scriptis notatum. *ὦσφραντο τάχιστα τῶν καμήλεων οἱ ἵπποι*. Equi camelos celerrime olfecerunt, ac eorum odorem senserunt. i. 80. Non absurdum tamen nec prorsus inauditum esset, si quis censeret hoc *ὦφραντο* nunc Ionice positum per syncopen, pro altero vocabulo Ionico, *ὠσφράναντο*, quod *κατ' ἀναλογίαν* formaretur a 3. sing. ejusdem temporis, *ὦσφραντο*, inserto *α* inter *ν* et *τ*, ut patet ex aliis sexcentis verbis eodem modo prolatis. Vide *φατο* et *φαται*, *χατο* et *χαται*, terminationes Ionicas in 3. plur. plusq. p. p. et perfecti passivi. Quod si, ut ab *ἰσ-άω, ἰσ-ῶ, ἴσ-ημι*, formatur

ἵσαμαι pass. et imperf. ἱσάμην, ἵσασο, ἵσατο. et in 3. plur. ἵσαντο, sic etiam ab ὀσφράω, ὀσφρῶ, ὄσφρημι, passivum ὄσφραμαι, et in imperfecto ὠσφράμην, ὤσφρασο, ὤσφρατο. et in 3. plur. ὤσφραντο, formatum dicas, (licet hæc omnia non sint apud alios in usu,) fortasse in legitima verbi formatione non peccâris. Vel est tertia persona plur. plusq. p. p. ab ὄσφρομαι non usitato, cujus futurum est ὀσφρήσομαι, ab ὀσφρέομαι, οὔμαι, de quo supra. Hinc perf. pass. ὤσφρημαι, σαι, ται, et plusq. p. ὠσφρήμην, ὤσφρησο, ὤσφρητο. 3. plur. ὤσφρηντο. et Ionice verso η in α, ὤσφραντο. Quod autem Iones sæpe τὸ η in α mutent, sive τὸ α pro η usurpent, patet ex variis exemplis, quæ suo loco notantur. Vel est tertia pers. plur. aoristi prioris medii, ab ὀσφρέομαι, οὔμαι, ήσομαι, formata, ὠσφρήσαντο, et per syncopen ὤσφραντο, ut εὗραντο, ab εὑρήσαντο, quod ab εὑρέω, ῶ, ήσω. deductum. singul. εὑράμην, pro εὑρησάμην, de quo Eustathius. Sic et ἐφιλάμην, pro ἐφιλησάμην, dilexi. Quæ ποιητικώτερα sunt. Quanquam alii putant ab εὕρημι, et φίλημι deductas voces imperfecti passivi εὑράμην, et ἐφιλάμην, ut ab ἵσαμαι, ἱσάμην. Quamobrem non ut ab ἐω, sed ut ab ἀω, ημι, hæc formata dices. Vel (quod probabilius) τὸ η εἰς α mutatum. Hæ duæ postremæ vocis hujus formationes et simplicissimæ, et maxime probabiles, videntur. Lector φιλομαθὴς καὶ φιλέλλην eam libere sequetur, quam optimam esse judicarit, illisque gratiam habere non gravabitur, qui ipsum hac prolixioris et difficilioris investigationis Græcorum vocabulorum molestia liberarint. Si vero τὸ ὤσφραντο plusquamperfecti passivi tertiam singularis numeri personam esse dicas, jam eadem erit constructio masculei, quæ solet esse neutrius nominis, quod tam singulari, quam plurali verbo gaudet ἀδιαφόρως, ut exempla nos passim docent. Sic et Pindarus Pyth. Ode ix. v. 57. κεχείμανται φρένες, pro κεχειμασμέναι εἰσὶ, τουτέστι χειμαίνονται, id est, fluctuant. Vel a χειμάομαι, ῶμαι, non a χειμαίνομαι, hoc deducetur. At in duobus sequentibus exemplis hæc παράδοξος constructio manifeste cerni potest. Pindarus Olymp. Ode xi. v. 4, 5. dixit ὕμνοι τέλλεται, pro τέλλονται, i. e. sunt; verbum singulare cum masculeo plurali, ut alias cum neutro nomine, conjungens. Idem Isthmiorum Ode v. v. 73, 74. Οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων ἔκνισ' ὄπιν. ubi τὸ ἔκνισε positum, pro ἔκνισαν. i. e. Nec sumtus quicunque spei solicitudinem molestia affecerunt. Sic et apud Hesiodum in Θεογονίᾳ, v. 321. legitur ἦν singularis cum nomine fœm. gen. κεφαλαὶ, pro ἦσαν plurali. Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. μία μὲν Χαροποῖο λέοντος. Et v. 824. ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος. Eustath. idem confirmat his verbis, ἦν, πρῶτων προσώπων, ᾧ ὁμοφωνεῖ καὶ τὸ τρίτον, ἐκ τοῦ ἦον γέγονεν, ἐξαιρέσει τοῦ ο. καὶ ἦν ἀντὶ τοῦ ἦσαν δωρικῶς παρ' Ἡσιόδῳ, ἐν τῷ, Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. p. 1759. 31. 1892. 47. Sed crediderim potius κατὰ συγκοπὴν δωρικὴν, ἀντὶ τοῦ ησαν, hoc a poeta dictum. Quum autem est tertia persona singularis, tunc ἐκ τοῦ ἦεν, quod ab ἔω deductum, κατὰ συγκοπὴν formatur. Sed apud Eustath. in Homer. Iliad. P. ver. 387. leguntur exempla, quæ novum, ac παράδοξον hoc Grammaticæ constructionis genus manifestissime demonstrant. Sic enim Homerus ibi: Χεῖρές τ', ὀφθαλμοί τε παλάσσετο μαρναμένοιϊν, ubi τὸ παλάσσετο cum fœm. masculeoque genere conjunctum est, ut cum

neutro, pro plurali ἐπαλάσσοντο. Eustath. eo loco docet, Pindarum hoc loquendi genus non invenisse; sed ab Homero inventum, et a Pindaro usurpatum. Sic etiam apud Epicharmum scriptum tradit, Ἦν δ' ἐρωδιοὶ μακροκαμπυλαύχενες. Et, ἦν δὲ νάρκαι, &c. Item Sophocles in Antigone, v. 1033. Οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιζδεῖ βοάς. Hic ὄρνις κατὰ συγκοπὴν positum pro ὄρνιθες, et ἀποῤῥοιζδεῖ, pro ἀποῤῥοιζδοῦσι, quod patet ex sequenti participio βεβρῶτες, quod cum ὄρνις jungitur. Sed Scholia hoc saltem loco falli videntur. Ea consule. Sic apud Aristotelem περὶ ζώων ἱστορίας lib. v. cap. 20. Οἱ δὲ ἡγεμόνες [τῶν μελιττῶν] γίνονται κάτω πρὸς τῷ κηρίῳ, ἀποκρεμάμενοι χωρὶς, καὶ ἔζηπται ἐναντίως τῷ γόνῳ πεφυκότες. Hic τὸ ἐζῆπται positum videtur pro com. ἐζημμένοι εἰσὶ, τουτέστιν ἐξάπτονται, quod patet ex præcedente participio ἀποκρεμάμενοι. Nam ἐξάπτεσθαι, et ἀποκρέμασθαι sunt συνώνυμα. Idem lib. vi. cap. 2. ὦπται γὰρ ἱκανῶς ἤδη ἀνόχευτοι νεοττίδες ἀλεκτορίδων, καὶ χηνῶν τεκοῦσαι ὑπηνέμια. Hic τὸ ὦπται positum pro ὠμμέναι εἰσὶ, sive ὤφθησαν, &c. Sed hæc observanda potius, quam imitanda, quod ab usu frequenti nimium sint remota. Pocticæ tamen licentiæ sunt condonanda.

ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Aures hominibus sunt magis incredulæ, sunt minus credulæ, quam oculi. i. 8.

ὠτακουστεῖν. com. Auribus attentis captare, quæ dicuntur, ut exploratores facere solent, qui ὠτακουσταὶ vocantur, i. e. auriti emissarii, qui sermones rumoresque varios auribus intentis captant, ut ad aliquem referant quicquid audierint. Subauscultare. ὠτακούστεον ὁκῃ πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα. viii. 130. Subauscultabant quonam res Mardonii spectarent. Sic Valla. Gallice, *Ils étoient auæ écoutes pour savoir quelle seroit l'issue des affaires de Mardonius.* Æ. P. Subauscultabant, [ut cognoscerent] quonam res Mardonii casuræ essent. Vel, quem exitum essent habituræ.

ωϋ. Ion. pro com. αυ. θωϋμαστὸς, pro θαυμαστός. Admirandus. i. 1. 3. πρωϊμ. ἀποθωϋμάζειν, pro ἀποθαυμάζειν. Admirari. i. 11. ii. 79. ἑωϋτοῦ, pro ἑαυτοῦ. Sui ipsius. i. 8. ἑωϋτῇ, pro ἑαυτῇ. Sibi ipsi. i. 11. τωὐτὸ, pro ταὐτό. Idem. i. 1. ἐν τωὐτῷ. in eodem. pro ἐν τῷ αὐτῷ. i. 5. ἑωϋτὸν, pro ἑαυτόν. i. 24. ἐμεωϋτοῦ, pro ἐμαυτοῦ. i. 35. σεωϋτοῦ, pro σεαυτοῦ. i. 45. ἐς τωὐτό. i. 53. Vide θώϋμα. θωϋμάζειν. et θωϋμαστός. ὡϋτὸς, pro ὁ αὐτός. Idem. ii. 79. iv. 119. κατὰ τωὐτὸ, pro τὸ αὐτό. ii. 82. ὡϋτοὶ, pro οἱ αὐτοί. Iidem. ii. 168. ix. 64. τρώϋμα, pro τραῦμα. iv. 180.

ὡϋ. Ion. pro com. ὁ αυ. vel οἱ αυ. ὡϋτὸς, pro ὁ αὐτός. Idem. ii. 79. iv. 119. ὡϋτοὶ, pro οἱ αὐτοί. Iidem. ii. 168. ὡϋτὸς, ὅσπερ. viii. 42. Idem, qui.

ὠφελέειν, εῖν. Ion. pro com. ὠφελέειν, εῖν. Juvare. Prodesse. Benemereri de aliquo. Ὀρσίτης Πέρσας οὐδὲν ὠφείλει. Orœtes Persas nihil juvabat. De Persis nullo modo bene merebatur. iii. 126.

ὠφελέειν. cum dativo. Juvare. Opem ferre. Auxiliari. προσωφελέειν ἐθέλοντες τοῖσι Ἕλλησι. ix. 103. Græcis opem ferre cupientes. Sic et apud Sophoclem in Antigone, v. 567. Τέθνηκεν, ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν. Schol. τὸ ὠφελῶ οὐ μόνον αἰτιαλικῇ, ἀλλὰ καὶ δοτικῇ [συντάσσεται,] ὡς καὶ ἐνταῦθα εὕρηται. φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος, Ὡς τοῖς θανοῦσι χρήματ' οὐδὲν ὠφελεῖ. Sed apud Æsch. in Persis, v. 843. legitur Ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ. Idem So-

phoc. in Œdipo Col. v. 454. dicit οἱ ἐπωφελεῖν τῷ πατρὶ δυνάμενοι. Idem in Philoctete, v. 892. Μεῖναι παρόντα, καὶ ξυνωφελοῦντά μοι. Et Euripid. in Oreste, versu 666. τοὺς φίλους Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν. Idem in Alcestide, vers. 42. Καὶ τοῖς δέ γ' οἴκοις ἐκδικως προσωφελεῖν. Idem in Andromacha, vers. 677. Οὐκοῦν δίκαιον τοῖς γ' ἐμοῖς ἐπωφελεῖν.

ὤφλεε. 3. person. singul. imperf. ab ὀφλέω, ῶ. quod per syncopen formatum ex ὀφειλέω, ῶ. μ. ὀφλήσω, &c. Vide οφλεῖν.

ΤΕΛΟΣ.

Ἡ δόξα τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ πάσης σοφίας δεναώ πηγῇ, τῷ τὰς ἡμετέρας διατριβὰς πρὸς καλὸν ὅρμον κατὰ γνώμην ὁρμίσαντι.

APPENDIX

AD

M. ÆMILII PORTI DICTIONARIUM IONICUM GRÆCO-LATINUM, TRACTATUS QUOSDAM COMPLECTENS DE DIALECTO IONICA:

NEMPE

I. Michaelis Maittaire, ex recensione et cum additamentis Frid. Guil. Sturzii;
II. Gregorii Corinthii;
III. Grammatici Leidensis;
IV. Grammatici Meermanniani;
V. Grammatici Augustani.

PRÆMITTUNTUR

Observationes quædam generales, huc spectantes, in M. Maittaire libello de Græcæ linguæ Dialectis, necnon in editione *Schæferiana* Gregorii Corinthii ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ ceterorumque supra laudatorum Grammaticorum, sparsim occurrentes.

APPENDIX

AD

M. ÆMILII PORTI DICTIONARIUM IONICUM GRÆCO-LATINUM.

Observationes quædam generales, ad *Dialectum Ionicam* pertinentes, in M. MAITTAIRE libello de Græcæ linguæ Dialectis, necnon in editione *Schæferiana* GREGORII CORINTHII ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ ceterorumque eandem rem tractantium Grammaticorum, sparsim occurrentes.

1. Etsi enim varias Dialectorum terminationes atque idiomata satis collegisse videtur *Æm. Portus* in Lexico Dorico et Ionico, non tamen est quod huic tuto confidas, propter multa vitiosæ scripturæ menda, quæ etc.—*J. F. Reitzii Præf. in Gr. Ling. Dialect. recogn. opera M. Maittaire, p.* vii. *ed. Sturz.*

2. Quamvis enim satis actum de Dialectis videatur in ampla illa appendice, quam *H. Stephanus* Thesauro suo adnexuit, satisque grandem verborum per Dialectos mutatorum copiam dederit atque exposuerit *Æmilius Portus* in Lexico Dorico atque Ionico, de quo supra; tamen etc.—*J. F. Reitzii Præf. &c. p.* viii.—ix.

3. Ionica [dialecto] Thales, Democritus, Heraclitus et Pythagoras philosophabantur: Hanc Hippocrates Medicorum, Herodotus Historicorum Princeps, licet alienam, sua vernacula commutavere.—*Primæ edit. Præf. M. Maittaire de Gr. Ling. Dialect. p.* xvii.

4. Nam lingua Ἑλληνική, h. e. antiquissima et primitiva Græcorum, (v. Clem. Alex. stromm. 6, p. 679. A.) quæ eadem κοινὴ vocatur a Moschopulo ad Hesiod. p. 10. b. fuit ea, qua olim Thessali, inprimis Phthiotidis incolæ, et Macedones locuti sunt. Hæc lingua deinde, incertum quo tempore, peperit duas dialectos, Ionicam, quæ non diversa tum esset ab Attica, et Doricam sive Æolicam. Postquam vero Iones, duce Neleo, Codri filio, eam regionis in Asia maritimæ partem, quam antea Cares et Leleges incolebant, occupaverant, lingua eorum differre ab Attica cœpit, et Ionica dicta est.—*Maittaire Introd. in Gr. Dialect. ex Sturzii Addendis, p.* xxxiii.

5. DIALECTUS IONICA.

Ea est, qua usi sunt (ut plurimum) Incolæ Asiæ minoris, et insularum quarundam adjacentium.

Eadem est ac Vetus Attica. Strabo l. 8. p. 333. A. *τὴν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀττίδι τὴν αὐτὴν φαμεν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοί.* hunc Strabonis locum citat Eustathius in Dionys. *Περιηγ.* p. 61. Cf. ad Il. *α*, p. 8. et Joh. Grammat. p. 364.

Herodotus Iones sic quadrifariam partitur 1, 142. *γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν νενομίκασι, ἀλλὰ (a) τρόπους τέσσερας παραγωγέων.* Μίλητος μὲν οὖν πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ, Μυούς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναι σφι. αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος, Κολοφών, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια. αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδέν, σφὶ δὲ ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες. τῶν αἱ δύο μὲν, νήσους οἰκέαται, Σάμον τε καὶ Χίον· ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραῖ. Χῖοι μὲν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τωὐτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἐωυτῶν μοῦνοι. Οὗτοι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες γίνονται.

Salmasius in libro de Hellenistica c. 7. p. 427. scribit, Iones Athenis profectos, cum eandem linguam haberent cum Atthide prisca, statim ac versari cum Caribus (*b*) *βαρβαροφώνοις* cœperunt et Lelegibus, loquelam suam plane *ἐκβαρβαρῶσαι*. tunc *ἐωϋτὸς* dixerunt, *λόγοισι, τρῶμα, Πληϊάδεω, κραδίη, δεσπότεα* et alia infinita, quæ barbariem redolent, *ἀπελέσθαι* quod Barbarum est; ita enim Scytha apud Aristophanem Thesmoph. 1016. 1125. 1137. pronunciat *πυλάξῃ, καίνεται, κεπαλῇ*. Cf. infra Maittaire de Dial. Ion. p. 122. C.

Idem etiam Atticis contigisse scribit Athenæus p. 122. A. *Μακεδονίζοντας οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν.*

Ionice scripserunt: (*c*) Abderitæ, (*d*) Abydenus historicus, (*e*) Agathocles Babylonius historicus, (*f*) Agathocles Cyzicenus historicus, (*g*) Alexander Ephesius historicus, (*h*) Amasis Rex Ægypti, (*i*) Anacreon Teius poeta, (*k*) Anaxarchus philosophus, (*l*) Anaximander Milesius historicus, (*m*) Anaximenes Milesius philosophus, (*n*) Antimachus Colophonius, (*o*) Aretæus Cappadox medicus, (*p*) Aristoxenus Pytha-

(*a*) [Quos Herodotus h. l. *τρόπους τέσσερας παραγωγέων* vocat, et paulo post *χαρακτῆρας γλώσσης τέσσερας*, pro iis Grammaticus Leidensis p. 303. dicit *μεταπτώσεις δ*. v. Kœn. ad Gregor. p. 233. et Fischer. l. l. p. 39. *S.*]

(*b*) Hom. Ιλ. *β*. v. 867. Καταλ. v. 374.

(*c*) Senatus populique Abderitani Epistola ad Hippocratem apud 8. Sect. Hippocr. p. 5.

(*d*) Hujus fragmentum habetur apud Euseb. Præpar. Evang. 9. 12. 14. 41.

(*e*) Athen. p. 375. F. lege Casaub. notas p. 649.

(*f*) Athen. p. 649. F.

(*g*) Steph. de. Urb. in Χαονία.

(*h*) Hujus Epistola ad Polycratem Sami Principem extat apud Epistol. Græcas. p. 455.

(*i*) Ἀναχρέων ἔγραψεν Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ, Suid.

(*k*) Hujus fragmentum nobis servavit Clem. Alex. Strom. l. 1. p. 287. A.

(*l*) Ἀναξίμανδρος ἱστορικὸς Μιλήσιος, τῇ Ἰάδι γεγραφώς. Diog. Laert. 2, 2.

(*m*) Hujus Epistolæ duæ ad Pythagoram leguntur apud Diog. Laert. 2, 4, et 5.

(*n*) Hujus reliquias collegit Car. Adol. Gotl. Sthellesberg, Halæ 1786. 8.

(*o*) Aretæus natione Cappadox fuit, in qua regione, licet barbara, tres tamen Gentes Græcæ, Doriea, Ionica, et Æolica floruere.—Sua patria Lingua Ionica scribit. Jun. Paul. Crass. Præf. in Aret. apud Med. Art. Princ. [De Maittairii ipsius in Aretæum meritis pauca dixi in præfatione. *S.*]

(*p*) Hujus nonnulla occurrunt apud Stob. Serm. p. 132.

goreus, (*a*) Arrianus historicus in Indicis, (*b*) Artaxerxes Rex Persarum, (*c*) Bias Prieneus unus e septem sapientibus, (*d*) Charon Lampsacenus historicus, (*e*) Ctesias Cnidius historicus, (*f*) Democrates philosophus, (*g*) Democritus Abderita sive (juxta alios) Milesius philosophus, (*h*) Empedocles Agrigentinus, (*i*) Epici poetæ, (*k*) Eusebius, (*l*) Hecatæus Milesius historicus, (*m*) Hellanicus historicus, (*n*) Heraclitus Ephesius philosophus, (*o*) Herodorus Heracleota historicus, (*p*) Herodotus Halicarnasseus historicus, (*q*) Hesiodus, (*r*) Hippocrates Cous medicus,

(*a*) διαλαμβάνει τὸν τοῦ Νεάρχου περίπλουν Ἰωνικῇ φράσει, ἡ ἐπιγραφομένη αὐτῷ ἰδίως Ἰνδική. Phot. Biblioth. Cod. 91. p. 214.

(*b*) Artaxerxis Epistolas legimus apud Sect. 8. Hippocr. p. 3. 4. 5.

(*c*) Hujus sententiæ quædam supersunt apud Diog. Laert. 1, 85.

(*d*) Hujus locum affert Athen. p. 520. D. [Charonis hujus, ut Hecataei Milesii et Xanthi Lydi reliquias collegit Frid. Creuzerus, V. Ill. in Historicorum Græcorum antiquissimorum fragmentis, Heidelb. 1806. 8. ubi locus a Maittairio laudatus legitur p. 117. sq. *S.*]

(*e*) Κτησίου τοῦ Κνιδίου τὰ Ἰνδικὰ, ἐν οἷς μᾶλλον Ἰωνίζει Phot. Biblioth. Cod. 72. p. 144. κέχρηται τῇ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου, καθάπερ Ἡρόδοτος, ἀλλὰ κατ' ἐνίας τινὰς λέξεις. p. 134. Quædam Ctesiæ fragmenta occurrunt apud Stephan. de Urb. in voce Δυρβαῖοι, et apud Harpocrat. in voce Σκιάποδες. His adde quædam ex Historiis Parthicis Callimorphi cujusdam medici, apud Lucian. de Conscrib. Histor. p. 673. et alterius Anonymi apud eund. ibid. p. 674.

(*f*) Hujus sententias collegit Lucas Holstenius, et inter Opuscul. Mythol. Ethic. Physic. edidit Galeus p. 626—632.

(*g*) Hujus scripta enumerat Diog. Laert. 9, 46—49. Epistolæ ad Hippocratem apud 8. Sect. Hippocr. p. 19. 22. Ex eo multa excerpsit Stob. Serm. p. 4. 40. 55. 82. 104. etc. Eum Ionice loquentem Lucianus inducit in Vitarum Auctione.

(*h*) [Hujus reliquias collectas et illustratas dedi Lips. 1805. 8.

(*i*) Saltem πολλοὶ ἐποποιοί, ut dicit Grammaticus Leidensis p. 303. Cf. quæ post Bentleium notavi ad Empedoclem p 95—98. *S.*]

(*k*) Hujus fragmenta crebra apud Stob. Serm. p. 58. 130. 137. 147. etc. Quis fuerit, incertus sum. Suidas mentionem facit Eusebii Arabii Sophistæ, et Eunapius Eusebii Myndo Cariæ oppido oriundi, in vita Maximi p. 81.

(*l*) Hujus meminerunt Athen. p. 70. B. et Steph. de Urb. in Ἄβαρνος, Δωδώνη, Ἔφυρη, Χαλάστρα, Χάλυβες, Χελιδόνιοι, Χέμμις, Χοῖ, Ὦρίαι, etc. Hecataeum Abderitam habet Diog. Laert. 9, 69. Ἑκαταῖος Μιλήσιος τῇ διαλέκτῳ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος, οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον πάνυ λη—Hermogen. p. 518. [v. quæ monui in not. (*d*). *S.*]

(*m*) Locum ex ejus Persicis citat Steph. de Urb. in Χαλδαῖοι. Hellanicos duos fuisse, Lesbium alterum, alterum Milesium, notat Ger. Joh. Voss. in Histor. Gr. 1. 4. c. 5. [Hellanici Lesbii fragmenta collegi, et cum commentatione de ætate ejus, vita et scriptis, ubi de hac quoque quæstione exposita est, edidi Lipsiæ 1787. 8. *S.*]

(*n*) Hujus fragmenta quædam apud Diog. Laert. 1, 88. 8, 6. 9, 1—3. Epistolæ ad Darium apud eund. 9, 14. Sententiæ apud Stob. Serm. p. 48. 74. Hunc Ionice loquentem induxit Lucianus in Vitarum Auctione. Ejus tamen Epistolæ extant Attico, non Ionico stylo scriptæ inter Epistol. Græcan. p. 333. 334. etc.

(*o*) Fragmentum ex ejus historia de Hercule apud Steph. de Urb. in Ἰθηρίαι Ἡρόδωρος Ἡρακλεώτης Athen. p. 474. F.

(*p*) Ἡρόδοτος τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών. Dionys. Halic. tom. 2. p. 130. l. 20. Phot. Biblioth. Cod. 72. p. 56. Quamvis Urbe Dorica oriundus fuerit, tamen ἐν τῇ Σάμῳ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον. Suid. Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόμις ἥδε Σαόντα, Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν, Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἀπο - - - Steph. de Urb. in Θούριοι. Ἡρόδοτος τῇ λέξει Ποιητικῇ κέχρηται διόλου. Hermogen. p. 509. Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος. Longin. 13, 7.

(*q*) v. Grammaticus Leidensis p. 303.

(*r*) τῷ γένει Δωριεὺς, πόλεως δὲ Κῶ. Pætus ad Artaxerx. apud 8. Sect. Hippocr. p. 3. Coi quidem Doricæ scribunt, sed et Ionismum admiscent, ut patet ex eorum responso ad Artaxerx. Ibid. p. 5. sed Hippocrates γέγονε μαθητὴς Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου (Suid. et Soranus in ejus Vita.) a quo forsan Ionicam didicit. Galen. in lib. de fract.

(*a*) Homerus, (*b*) Lucianus Samosatenus sophista, (*c*) Megasthenes historicus, (*d*) Menecrates Xanthius historicus, (*e*) Menippus Pergamenus geographus, (*f*) Mitylenæi, (*g*) Parmenides, (*h*) Pherecydes Syrius philosophus, (*i*) Phœnix Colophonius poeta, (*k*) Pittacus Mitylenæus unus e septem sapientibus, (*l*) Protagoras Abderita vel Teius philosophus, (*m*) Pythagoras Samius philosophus, (*n*) Asinius Quadratus historicus, (*o*) Teii, (*p*) Thales Milesius unus e septem sapientibus, (*q*) Thessalus Hippocratis filius, (*r*) Thrasybulus Milesiorum tyrannus, (*s*) Vranius historicus, (*t*) Xanthus Lydus, (*u*) Xenophanes Colophonius poëta.—*Maittaire Introd. in Gr. Dial.* p. xxxv.—xli.

6. Ἰάδος δὲ [φράσεως] Ἱπποκράτην τὸν Ἴωνα, καὶ τὸν Ἀλικαρνασέα Ἡρόδοτον, [κανόνα προθέμενοι], κτλ.—*Greg. Corinth. Præf. p.* 6. *ed. Schæfer.*

7. Ἰὰς ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ Ἴωνος, τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Κρεούσης, τῆς Ἐρεχθέως θυγατρὸς, ἣ ἔγραψεν Ὅμηρος.—*Greg. Corinth. de Dialect. p.* 10, *et Gramm. Meermann. p.* 627, *iisdem fere verbis.*

—τοῖς Ἀττικοῖς, ὧν τῇ διαλέκτῳ χρῆται κατά τι ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἀποφήνασθαι τινὰς αὐτὴν ἀρχαίαν Ἀθῖδα.

(*a*) v. Grammaticus Leidensis p. 303. et Gregor. p. 4.

(*b*) Ionice scripsit tractatus duos de Astrologia, et Syria Dea.

(*c*) Hujus fragmentum ex Abydeno affert Euseb. in Chron. p. 49. Ionice aut scriptum ab ipso Megasthene, aut ab Abydeno versum.

(*d*) Hujus locus legitur apud Dionys. Halic. Antiq. p. 38.

(*e*) Hujus periplum citat Steph. de Urb. in Καλλία. de quo Ger. Joh. Voss. in Hist. Gr. l. 3. p. 388.

(*f*) Lege eorum concionem apud Thucyd. 3, 9—14.

(*g*) [Parmenidis Eleatæ fragmenta edidit Ge. Gust. Füllebornius, Zullichau. 1795. 8. *S.*]

(*h*) Pittaci auditor fuit. Diog. Laert. 1, 116. Hujus epistola ad Thaletem apud eund. 1, 122. et fragmentum apud Scholiast. (cujus nomen Steph. de Urb. in voce Ἄβαρνος notat fuisse Sophoclem.) Apollon. Argon. 3, 1185. et Athen. p. 470. C. At forsan hoc ad Pherecydem Historicum, illa ad Philosophum pertinet; duos enim fuisse Pherecydas monet Ger. Joh. Voss. in Hist. Gr. l. 1. c. 1. et l. 4. c. 4. [Omnino v. Pherecydis fragmenta, a me cum Acusilai fragmentis edita Geræ 1789. 8. *S.*]

(*i*) Hunc citat Athen. p. 530. sq.

(*k*) Ejus Epistola Ionismo et Dorismo aut Æolismo mixta ad Crœsum extat apud Diog. Laert. 1, 81.

(*l*) De eo lege Diog. Laert. 9, 50. sqq. et Steph. de Urb. in Ἄβδηρα. Hujus fragmentum affert Plutarchus in libro de consolatione ad Apollonium (T. VII. p. 360.) p. 118. E.

(*m*) Hujus dicta quædam apud Diog. Laert. 8, 9. sq. et Epistola ad Anaximenem apud eund. 8, 49. Ionice loquitur apud Lucian. in Vit. Auct. et ibidem Ἰωνικὸς vocatur p. 360. 361. 362. 363.

(*n*) Ejus Chiliadem Romanam citat Steph. de Urb. in Ἰθηρίαι Κοδράτος, Ῥωμαϊκῶς ἱστορικὸς, ἔγραψεν Ἰάδι διαλέκτῳ ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν ἐν βιβλίοις ιἱ. ἐπέγραψε δὲ χιλιετηρίδα. Suid.

(*o*) Lege Teïorum diras apud Chishul. Antiq. Asiat. p. 99.

(*p*) Thaletis Epistolas ad Pherecydem et Solonem legimus apud Diog. Laert. 1, 43. sq.

(*q*) Thessali oratio ad Athenienses habetur apud 8. Sect. Hippocr. p. 25.

(*r*) Thrasybuli Epistola ad Periandrum apud Diog. Laert. 1, 100. lege eund. 1, 95. et Herodot. 1, 20.

(*s*) Vranii fragmenta exhibet Steph. de Urb. in Ἀβασηνοὶ et Ἐρυθρά.

(*t*) v. p. 5. ad not. (*d*).

(*u*) Hunc citat Athenæus p. 54. E. etc.

8. Ἡ δὲ Ἰὰς ἀπὸ Ἴωνος· οὗτος γὰρ κτίσας πόλεις ιγ̄, ἀφ' ἑαυτοῦ Ἰάδα προσηγόρευσεν. αἱ δὲ πόλεις εἰσὶν αὗται· Κλαζομεναὶ, Λέβεδος, Φώκαια, Πριήνη, Μίλητος, Μυκάλη, Ἐρυθραὶ, Τῖος, Σάμος, Κολοφῶν, Ἔφεσος, Χίος, Σμύρνα.—*Gramm. Meermann. p.* 643.

9. Ὑποθεσις εἰς τὴν Ἰάδα.

οὗθος ὁ ἔλλην (sic) ἔσχε παῖδας δύο, Ἴωνα καὶ Ἀχαιόν. ἀπὸ μὲν οὖν Ἴωνος βασιλεύσαντος τὸν τόπον ἐκεῖνον Ἰω (sic) προσηγορεύθη, ἀπὸ Ἀχαιοῦ Ἀχαΐα, ἀπὸ Ἕλληνος, τοῦ πάππου αὐτῶν, Ἑλλάς. τελευτήσαντος οὖν Ἀχαιοῦ ἔτι παιδὸς ὄντος, ὁ Ἴων κατώκησε τὴν καλουμένην ἀττικὴν γῆν. τιμηθεὶς δὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις διὰ τὴν ἐν λόγοις ἀρετὴν καὶ διὰ τὴν τοῦ σώματος ῥώμην, πάντας ἔπεισεν Ἴωνας προσαγορευθῆναι τοὺς πρὶν Ἀττικούς, καὶ τὴν διάλεκτον Ἰάδα, ὡς γενέσθαι ταύτην πρώτην διάλεκτον Ἀθηναίων. καὶ Ὅμηρος δὲ μαρτυρεῖ, λέγων οὕτως· Ἐνθάδε Βοιωτοὶ καὶ Ἴωνες ἑλκεχίτωνες.—*Excerpta e Cod. Vatic. (in Greg. Corinth. ed. Schæfer.) p.* 693.

10. Iones, quorum dialectus cum Attica veteri aut eadem erat, aut ab ea perparum distabat, etc.—*Kæn. ad Greg. Corinth. p.* 153.

97
A

I.

MICHAELIS MAITTAIRE

DE DIALECTO IONICA. B

ORTHOEPEIA.

CONSONÆ.

Γ

Γάμμα γέμμα φασὶν Ἴωνες, καὶ μάλιστα Δημόκριτος. Phauor. et Eustath. in Hom. C p. 370. l. 15.

Δ

Pro σ; ut ὀδμὴν Herodot. 1, 80. p. 21. l. 17. Hippocrat. Sect. 3. p. 66. l. 25. ὀδμῆς Aretæus p. 9. l. 9. κάκοδμον Id. p. 17. l. 35. (κάκοσμα Id. p. 123. l. 12.) ὀδμᾶσθαι Democrit. in H. Stephani Ποιήσ. Φιλοσ. p. 157. ἴδμεν. Herodot. 7, 111. p. 265. l. 10.

Eustath. p. 1570. l. 9. κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ὀζμὴ ὀδμή. ἵζμεν ἴδμεν Δωρικῶς. D Phauor. in ὀδμήν. ὀδμὴν ὀσμὴν Αἰολικῶς. Phryn. p. 30. διὰ τοῦ δ ὀδμὴ Ἰώνων.

Ζ

Pro (*a*) γ; ut πεφυζὼς Nicand. Ther. v. 128. Hom. Ιλ. φ. v. 6.

Pro (*b*) δ; ut ζορκάδες Herodot. 4, 192. p. 179. l. 18. ζόρκες Nicand. Ther. v. 142. ζορκὸς Ibid. v. 42. Callim. h. in Dian. v. 97.

(*a*) Eustath. p. 1643. l. 1. τὸ ὀλίγον ὀλίζον καθ' Ἡρακλείδην Ἴωνες φασὶν οἱ 98 νεώτεροι, τῷ ζ ἀντὶ τοῦ γ χρώμενοι, καὶ τὸ πεφυγὼς πεφυζὼς λέγοντες. ὃ γίνεται καὶ ἐν A τῇ φυγὴ φύζα. Hom. Ιλ. ξ. v. 140. etc. Sic Phauor. in voce ὀλίζων. ὀλίζονα Nicand. Ther. v. 372. ubi Schol. exp. μικράν. Steph. de Urb. in Ὀλίζων. Θεσσαλοὶ, ὡς ἱστορεῖ Δημοσθένης ἐν κτίσεσι, τὸ μικρὸν ὀλιζον καλοῦσι. at Etym. p. 270. l. 25. οἱ Αἰολεῖς σσ εἰς ζ τρέπουσιν, ὡς μέσσων μέζων, ὀλίσσων ὀλίζων.

(*b*) Eustath. p. 1259. l. 60. ζόρκων, μεταχωρήσει ἰθίμῳ τοῦ δ εἰς ζ. Id. p. 153. l. 16. μεταποιεῖται ἐν τοῖς Δωρικοῖς τὸ δ εἰς ζ. Id. p. 229. l. 44. ἀρίζηλον ἀρίδηλον. Hom. Ιλ. β. v. 318.

Κ

Pro γ; ut (*a*) ἐκόησε Callimach. Hecal. κοεῖν ἤγουν νοεῖν ἢ φρονεῖν B Phurnut. p. 41. (h. e. Cornutus de N. D. p. 177. in Galei opuscc. mytholog.)

(*a*) Phot. ex Helladii Chrest. p. 1582. (p. 8. ed. Meurs.) Suid. in ἐκόησε. Etym. in κοάλεμον p. 524. l. 22.

Pro π; ut (*b*) κοῖος Herodot. 1, 37. p. 10. l. 8. κοίη Id. 1, 30. κοίων Aret. p. 35. l. 18. Lucian. Astrol. p. 988. ὁκοῖος Ibid. et Pherecyd. ad Thal. in Diog. Laert. 1, 122. ὁκοῖον. Herodot. 1, 197. Aret. p. 13. l. 14. ὁκοῖα Id. p. 6. l. 30. κόσος Herodot. 8, 84. p. 309. l. 28. κόσου Id. 8, 84. κόσοι Id. 1, 153. ὁκόσον Hippoc. Sect. 2. p. 22. l. 9. Heraclit. in Ποιήσ. Φιλ. p. 130. Callimorph. in Lucian. tom.
C 1. p. 673. ὁκόσα Aret. p. 2. l. 16. κότερος Herodot. 1, 88. p. 24. l. 2. ὁκότερος Id. 1, 159. p. 41. l. 22. ὁκοτέρην Id. 1, 11. ὁκότεροι Id. 1, 82. τῷ κ πολλαχοῦ οἱ Ἴωνες ἀντὶ τοῦ π χρῶνται Phurnut. p. 41. (p. 177.)

Pro (*c*) χ; ut δέκομαι Herodot. 1, 60. p. 15. l. 2. Lucian. de Syr. Dea p. 882. [δεκόμεθα Herodot. 8, 137. ἐκδεκόμενος Herodot. 1, 7. ἐκδεκομένη Id. 4, 39. ἐνδέκομαι Id. 3, 115. προσεδέκοντο Id. 8, 130. *S.*] ὑποδέκομαι Arrian. Ind. c. 20. p. 182. [ὑπεδέκετο Herodot. 1, 24. 3, 130. δουροδόκης Hom. Od. α. v. 128. καπνοδόκης Herodot. 4, 103. Cf. infra p. 102. B. *S.*]

(*b*) Apollon. Synt. p. 61. οἱ Ἴωνες εἰς κ τὸ π τρέπουσι, κοῖός φασι, καὶ κόσος. [Diligentius Gregor. p. 192. de Ionibus: τῷ κ ἀντὶ τοῦ π ἐν τοῖς ἐρωτηματικοῖς καὶ ἀναφορικοῖς κεχρῆσθαι εἰώθασιν, οἷον πόσα κόσα, ὅπως ὅκως. οὐ μὴν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. *S.*] At Schol. in Hesiod. p. 246. extr. et Etymol. p. 523. l. 49. οἱ Αἰολεῖς τὸ κ ἀντὶ τοῦ π τίθενται. Cf. Gregor. p. 272. Phauor. κοῖον· ποῖον. Αἰολεῖς. et Id. κόσον· πόσον. Ἰωνικῶς. Idem derivat ἐγκόνει a πονῶ, π in κ mutato, velut in κοῖος, ἐγκόνει Aristoph. Acharn. 1087.

(*c*) Apollon. Synt. p. 61. μετατιθέασιν οἱ Ἴωνες τὰ δασέα εἰς ψιλά.

M

D Phauor. et Eustath. p. 370. l. 15. Δημόκριτος τὸ μῦ μῶ λέγει, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.

Ξ

99 A Æm. Portus in Lex. Ionic. habet ξ pro κ, ξοινὸς pro κοινός. Sed in textu Herodot. 7, 53. p. 255. l. 42. ξυνός. [ut 4, 12. et Hom. Ιλ. ο. v. 193. π. v. 262. σ. v. 309. Et ξυνοῦσθαι Arrian. Ind. c. 20. (qui tamen locus dubius est. Certe c. 15. extr. legitur ἀνεκοινοῦντο.) Neque tantum Iones hac forma usi sunt, sed etiam Dores, ut Heraclitus apud Sext. Empir. adv. mathematt. 7, 133. Pind. Olymp. Od. 3. v. 32. et Pyth. Od. 4. v. 274. Theocr. Idyll. 7, v. 35. Et Attici, ut Æschyl. Suppl. v. 372. ξυνῇ, Xenoph. hist. Græc. 1, 1, 21. ἀνεξυνοῦτο. de quo tamen loco v. lexicon Xenophont. T. I. p. 199.

Pro σ poni ξ ab Ionibus, vidimus p. 3.B. *S.*] [Nempe in Tractatu de Attica Dialecto. *ED.*]

Σ

σσ pro Ϭ; ut βυσσὸς Herodot. 3, 23. p. 108. l. 13. pro βυθὸς Exod. 15, 5. [ἀβύσσους et ἄβυσσοι Herodot. 2, 28.

v. Schol. Aristoph. Rann. 138. et Etymol. p. 217. l. 18. *S.*]

B T

[Pro δ; ut Ἄφυτις Thucyd. 1, 64. ubi Schol. Ἰωνικῶς δὲ εἶπεν Ἀφύτιος· ἴδει γὰρ διὰ τοῦ δ. *S.*]

Pro θ; ἐκτορμεῖν Suid. quod Ionice dictum pro ἐκθορμεῖν putat Æm. Portus. Apollon. Synt. p. 61. τὰ ψιλὰ εἰς δασέα μετατιθέασιν οἱ Ἴωνες, ὡς ἐπὶ τοῦ τάφος, καὶ ἐπὶ τῶν συναλοιφῶν, κατορᾶς.

[Additur initio; in articulo subjunctivo, ut κῶ Herodot. 1, 14. Hom. Ιλ. δ. v. 77. pro οὔ. κῆς Id. Od. ν. v. 268. Herod. 1, 100. et κῆσι

Ibid. c. 124. pro ἧς et ἥσπερ. τῷ Ibid. c. 9. Hom. Οδ. α. v. 17. τῇ Herod. 1, 60. τὸν Id. 1, 5. Hom. Ιλ. β. v. 309. τὴν Ιλ. α. v. 319. Herodot. 1, 173. τὸ Id. 1, 31. Hom. Ιλ. β. v. 101. τὼ Ιλ. γ. v. 238. τοὶ Οδ. α. v. 23. τῶν masc. Herodot. 1, 14. τῶν neutr. Hom. Ιλ. ε. v. 192. τοῖσι neutr. Herodot. 1, 18. τῇσι Id. 2. 151. τοὺς Id. 1, 11. Hom. Ιλ. ψ. v. 182. τὰς Ιλ. η. v. 468. Herodot. 1, 66. τὰ Id. 1, 11. Hom. Ιλ. δ. v. 219.

Gregor. p. 177. τοῖς ὑποτακτικοῖς ἄρθροις, τοῖς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένοις, προστιθέασι τὸ τ οἱ Ἴωνες. Cf. Johann. Grammat. p. 372. *S.*]

Demitur initio; Athen. p. 229. B. χωρὶς τοῦ τ' Ἴωνες τήγανον λέγουσιν ἤγανον, ὡς Ἀνακρέων.

Eustath. p. 1862. l. 11. ἤγανον Δωρικῶς. quod non probat Casaub. in Athen. p. 403. quia Anacreon moribus et scriptione fuit Ionicus, non Doricus. v. Schweighäuser. T. III. p. 325.

Alterna tenuium et aspiratarum commutatio notanda est in eadem voce; ut κιθὼν Herodot. 1, 8. p. 3. l. 15. 1, 50. 5, 87. pro χιτών. κύθρη Herodes in Stob. Serm. p. 453. pro χύτρα. κυθριδίοις Clem. Alex. pædagog. 2. p. 141. B. pro χυτριδίοις. κυθρογαύλους Joseph. Antiq. p. 233. et Var. Lect. in 3. Reg. 7, 38. pro χυτρογαύλους. C

Phauor. in κιθών. τρέπουσιν οἱ Ἴωνες τὰ δασέα εἰς ψιλὰ, καὶ τὰ ψιλὰ εἰς δασέα· οἷον ἀκάνθιον, ἀχάντιον, βάτραχος, βάθρακος, καὶ τὰ ὅμοια. Sic Gregor. p. 193. Hort. Adon. in ταφών. et Eustath. p 468. l. 32. Ἰώνων ἴδια ἡ τῶν δασέων καὶ ψιλῶν ἀντιμεταχώρησις εἰς τὰ σύστοιχα. δηλοῦσι καὶ τὰ τοῦ γλυκέος Ἴωνος Ἡροδότου, τὸ ἐνθεῦτεν, τὸ κιθὼν, τὸ βάθρακος, καὶ πολλὰ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν, τὰ γοῦν ἀκάνθια ἀχάντια τινές φασιν ἰώνων ἀνδρῶν. Biset. in Aristoph. Acharnn. 759. τὸ ψιλοῦν τὰ δασέα, Αἰολέων ἐστίν. Ἴωνες μέντοι καὶ αὐτοὶ τ' αὐτὸ ποιοῦσι. καὶ πάλιν Ἴωνες τὰ ψιλούμενα δασύνουσιν, οἷον ἀντὶ τοῦ χιτὼν κιθὼν λέγουσι, καὶ βάθρακος ἀντὶ τοῦ βάτραχος. Cf. Etymol. p. 454. l. 40.

VOCALES. D

A

Pro ε; ut (*a*) μέγαθος Herodot. 1, 98. p. 27. l. 19. ὑπερμεγάθεες Id. 4, 191. ὑπερμεγάθεα Id. 7, 126. (*b*) τράπω Id. 2, 92. p. 77. l. 22. ἐκτράποντται Id. 2, 80. ἐπιτράπειν Id. 3, 81. (*c*) τάμνω Id. 9, 88. p. 345. l. 14. Hippoc. Sect. 5. p. 41. l. 26. τάμνειν Aret. p. 8. l. 22. Hesiod. ἔργ. v. 426. ἀποτάμνοντες Herodot. 2, 92. περιτάμνονται Id. 2, 36. ἐπιτάμνειν Aret. p. 96. l. 18. κτάνει Id. p. 72. l. 32. pro κτένει verbo vix usitato nisi in compositis; ἀποκτένων Isai. c. 66. v. 3. juxta Editionem Aldinam; nam Complutensis habet ἀποκτείνων, Romana ἀποκτέννων. 100 A

(*a*) Gregor. p. 221. τὸ μέγεθος μέγαθος λέγουσιν Ἴωνες. Et laudat Herodotum 2, 76. Cf. Wesseling. ad Herodot. 1, 51.

(*b*) Etymol. p. 114. l. 19. τὸ φέρω Δωριεῖς φάρω λέγουσιν, ὡς τέμνω τάμνω, καὶ τρέπω τράπω.

(*c*) Etymol. p. 745. l. 28. τὸ τάμνω Δωρικόν. Gregor. p. 226. τὸ τέμνειν τάμνειν λέγουσιν Ἴωνες. *S.*]

[Pro η; ut μεμακυῖαι Hom. Ιλ. δ. v. 435. ἄλαστον Ιλ. ω. v. 105. ἀμφισβασίη Herodot. 8, 81. ἀμφισβασίας Id. 4, 14.

Gregor. p. 208. αἱ ἐναλλαγαὶ τοῦ η εἰς α βραχὺ Ἰώνων εἰσί. τὸ η εἰς α τρέπουσιν, ὅτε ἐστὶ τὸ α βραχύ. Cf. Wesseling. ad Herodot. 4, 14. *S.*]

[Initio additur. *S.*] [Ἀσταφίδων Herod. 2. 40. ἀσταχύων Id. 5. 92. ἀσταχύεσσι Hom. Ιλ. β. 148. pro σταφίδων, σταχύων, etc. *ED.*]

E

Pro α; ut ἔρσην Herodot. 1, 109. p. 29. l. 28. 2, 38. 6, 135. βέρεθρον. Hom. Ἰλ. Υ. v. 14.

B Etym. p. 188. l. 15. ὁ Ποιητὴς βέρεθρον διὰ τοῦ ε φησὶν Ἰωνικῶς. [Possit huc referendum videri φιέλη pro φιάλη, quod tamen Gaza l. 4. p. 501. barbarum vocat, ut ὕελον pro ὕαλον, quod Thom. Mag. p. 862. et Mœris p. 373. aliique grammatici, a Sallierio ad Mœr. laudati, Ἑλληνικῶς dici aiunt, quanquam legitur apud Diodor. Sic. 2, 15. et alios. Sic Phrynich. p. 136. damnat ψίεθος, μιερὸς et ὕελος. v. omnino Hemsterhus. ad Thom. Mag. l. l. qui hanc vocalium α et ε permutationem, quæ ex dialectis Dorica et Ionum ad usum communem deflexerit, tum maxime locum habere dicit, quando α præcedat vel sequatur literas λ et ρ. *S.*]

Excidit Vocis initio; ut ὀρτὴ Herodot. 1, 31. p. 8. l. 6. [ὀρτάζουσι Id. 2, 60.

Gregor. p. 209. sq. τὰ πρῶτα φωνήεντα στοιχεῖα τῶν λέξεων ἀφαιροῦνται οἱ Ἴωνες· ἐκεῖνος κεῖνος (ut Herodot. 1, 209. 2, 40. etc.), ἐχθὲς χθές, ἑορτὴ ὁρτή. Cf. Id. p. 214. Sed ut κεῖνος etiam apud Atticos legitur, ut Demosth. p. 187, 28. et Xenoph. (v. Lexicon Xen.) ita de χθὲς videnda sunt. *S.*]

Voci mediæ (*a*) post ι; ut ἰρὸν Herodot. 1, 31. p. 8. l. 7. Luc. de Syr. Dea p. 876. ἰρεὺς Id. p. 884. Herodot. 1, 140. p. 37. l. 23. ἀρχιρεὺς Id. 2, 151. p. 94. l. 33. ἰρήϊον Id. 1, 132. ἰροφάνται Id. 7, 153. ante ι; -ίη pro -εια; ut εὐηθίη Herodot. 1, 60. p. 14. l. 38. προμηθίη Id. 1, 88. p. 23. l. 42. ἐπιμελίη Id. vit. C Hom. c. 5. et 7. συμπαθίη Aret. p. 8. l. 20.

(*a*) Gregor. p. 225. ἡ κρᾶσις τοῦ ι καὶ ε εἰς ι μακρὸν τῶν Ἰώνων ἐστίν. ἱερεὺς ἰρεὺς, ἱέραξ ἴραξ, καὶ τροπὴ τοῦ α εἰς η Ἴρηξ, κατὰ τὴν αὐτὴν διάλεκτον. Ἡσίοδος. (ἔργ. v. 203.) Ejicitur autem ε e voce media etiam alias, ut προνώπιον Eurip. Hippol. v. 374. pro προεννώπιον. v. Eustath. p. 82. qui tamen non diserte hoc dicit esse dialecti Ionicæ. *S.*]

Inseritur; ut ἀδελφεὸς Herodot. 3, 61. p. 117. l. 42. ἀδελφεὴ Id. 3, 31. p. 110. l. 10. Hippoc. Sect. 7. p. 253. αἰελούρους Herodot. 2, 66. (Cf. Pierson. ad Mœr. p. 37.) προμαχεῶν Herodot. 1, 98. p. 27. l. 15. μνέαι Id. 2, 168. pro μναῖ. ἄεθλον Id. 1, 126. κενεὴ Aret. p. 64. l. 33. καινέης. Id. p. 74. l. 31. ξένεα Id. p. 8. l. 30. ἄκρεα Id. p. 14. l. 2. πεπέων Id. p. 125. l. 22. (πέπων Id. p. 135. l. 35.) πλευρέου Id. p. 14. l. 11. [Sic ἀείδουσι Herodot. 2, 60. pro ἄδουσι. ἐπαείδει Id. 1, 132. ἐπαείροντα Id. 1, 204. pro ἐπαίροντα. Et servatur ε in δέκων Herodot. 1, 35. *S.*]

v. Gregor. p. 216.

εα pro η; ut γέα Democrit. in Clem. Alex. Strom. lib. 1. p. 304. A. D unde γεάοχος Pind. Olym. Od. 13. v. 114.

In Hippoc. Sect. 4. p. 5. l. 50. legitur ὑστερέη pro ὑστεραίᾳ vel ὑστέρᾳ (Haud dubie perperam. v. Kœn. ad Gregor. p. 249. sq.)

H

Pro α; (*a*) ut πρῆγμα Herodot. 1, 19. p. 5. l. 20. Hippoc. Sect. 8. p. 101 6. l. 41. Arrian. Ind. c. 12. extr. p. 177. ἠὴρ Herodot. 1, 172. p. A 44. l. 26. Hippoc. Sect. 3. p. 91. l. 41. ἰητρὸς Herodot. 1, 197. Aret. p. 6. l. 2. ἠέριος Lucian. Astrol. p. 986. Θώρηξ Arrian. Ind. c. 16. p. 180. Aret. p. 7. l. 5. ἡμέρη Herodot. 1, 11. p. 3. l. 35. et

(*a*) [Gregor. p. 179. sq. laudat Ἥρη ex Hom. Ἰλ. α. v. 55. δημοσίη Herodot. 3, 55. Cf. infra p. 105. B. *S.*]

Diog. Laert. 7, 56. ex Diogene; κατὰ τὴν Ἰάδα, ἡμέρη. [Sic ἀγορῆν Herodot. 1, 21. ἠγεμονίη Id. 1, 7. εὐδαιμονίη, et συμφορὴ, et ἐπιθυμίην, et εὐτυχίη, et χώρη Id. 1, 32. ὥρη Id. 1, 10. ἀξιοθέητος Id. 1, 14. (*b*) ἄκρητος Id. 1, 207. (*c*) κρητῆρες Id. 1, 14. νηὸς Id. 2, 63. (*d*) ληὸν Id. 5, 42. πρῆσις Id. 1, 153. δήκονος Id. 4, 71. (*e*) ἀγγελίης Hom. Ιλ. γ. v. 206. Τιτῆνες Ιλ. ξ. v. 279.

(*b*) v. Kœn. ad Gregor. p. 164. sq.
(*c*) v. Etymol. p. 538. l. 27.
(*d*) Recte sic pro λαὸν legi docuit ex Eustathio Valckenarius.
(*e*) Schol. Ἰὰς ἡ διάλεκτος. *S.*]

Pro ε; ut ἐπηρωτέοντας Herodot. 1, 47. p. 11. l. 31. [(ubi Wesselingius edidit ἐπειρωτέοντας. v. paulo post.) Θηησάμενον Id. 1, 11. pro Θεησάμενον, i. e. Θεασάμενον. Θηήσονται Hesiod. ἔργ. v. 482. *S.*]

Pro αι; ut (*f*) ἠρίνεος Herodot. 1, 195. p. 50. l. 42. pro εἰρίνεος Id. 4, 73. p. 155. l. 6.

(*f*) Æm. Port. in Lex. Ion. et H. Steph. in Thes. Ind.

[Pro ω; ut Μαιῆτις Herodot. 4, 86. Μαιήτιδος Id. 1, 104. 4, 20. Μαιῆτιν Id. 4, 123. Μαιητέων ibid.

Inseritur medio; ut πολιήτης Herodot. 7, 237. πολιήτεω Id. 1, 120. πολιητέων Id. 4, 150. πολιήτῃσι Id. 1, 37. πολιήτας Id. 3, 80. *S.*]

Aristides Quintilianus l. 2. de Musica p. 92. 93. ἡ Ἰὰς τὸ στερεὸν ὑποστελλομένη τοῦ α, καταφέρεται πρὸς τὸ η· τὸ δὲ Θῆλυ μέν ἐστι κατὰ τὸ πλεῖστον. Eadem ratione Iones utuntur etiam vocali ε. nam ibid. p. 92. τεθήλυνται τὸ ε. B

I

Pro ε; ut (*a*) ἰστίη Herodot. 1, 176. p. 45. l. 28. ἰστιητόριον Id. 4, 35. p. 147. l. 22. C

(*b*) Demitur diphthongis αι et ει; ut ἐτάρῳ Herodot. 5, 95. ἐπιτήδεος Herodot 9, 37. p. 333. l. 13. τέλεον Aret. p. 32. l. 26. τέλεην Herod. 1, 121. τελεώτατος Democrit. in Stob. Serm. p. 4. χέρα Herodot. 7, 42. ἀπόδεξις Herodot. 1, 207. p. 54. l. 3. [διέδεξαν Id. 7, 172. ὑποδέξας Id. 1, 189. Unde Wesseling. 2, 46. recte dedit ἐπίδεξιν pro ἐπίδειξιν. et 2, 35. εὐμαξέη rescribere e codd. debebat pro εὐμαρίη, s. communi εὐμαξείᾳ. v. Valckenar. ad 4, 113. et Kœn. ad Gregor. p. 205. 247. *S.*]

Aliquando inseritur; ut ἠσύχιος Herodot. 1, 107. p. 29. l. 6. Legitur

